modicum corruptus non poteſt agi
109 actione redibitoria. †Item licet re-
gulariter frater, non ſit idoneus teſtis
pro fratre,vt.l.parentes.C.de teſti.fal-
lit in cauſa ciuili quando fratres ſeor-
ſum habitant,& examinatur pro parua
re,pro fratre,ita vult Bal.& Salic.in.d.
l.parentes.& Ioan.de Platea.Inſtit.de
gradib.in prin.& Alber.Maleta in ſuo
tracta.de teſtib.in.v.col. Item mo-
dica ſciſſura cum vnguibus nõ dicitur
eſſe vulnus,vt ſupra dixi in præceden-
110 ti.x.nota. †Item propter modicum
non ſolutum videtur quòd quis non

d debeat

debeat cadere in pœnam, vt eſt caſus,
& ibi omnino vide glo.& Doctor.in.c.
111 ſuam.extra de pœnis. †Item ſenten
tia arbitralis non reſcinditur propter
modicum.l.vnde ſi neruæ.cum.l.ſeq.
ſupra pro ſocio.& not.in.l.ſi de meis.in
§.recœpiſſe.ſupra de arbitr.& no.Ang.
in.l.in rebus.in.§.poſſunt.ſupra com-
mod.item adde quod dicit Bal.in.l.cui
dens.infra eod.& ibi dicam.in.ij.not.
112 †Item quia regulariter de modico
non eſt curandum, vt eſt glo.in ver.fi-
liis in ſalutatione. li.vj.& eſt caſus opti
mus ad hoc, in.c.& ſi quæſtiones. extra
113 de ſimo. †Item propter modicũ non
ſolutum per debitorem poteſt pignus
vendi.vult.l.quandiu.& quòd ibi nota-
114 ui. C.de diſtra.pigno. †In contra-
rium tamen videntur multa iura pro-
bare quæ volunt quòd etiam de mini-
mis ſit curãdum,primo in.l.ſi proprie-
tarius.in prin.infra de damno infecto.
115 Vbi†ſi vſufructuarius propter cautio-
nem de dãno infecto, eſt aliquod dam-
num etiam minimum cõſecutus poteſt
pro eo retinere poſſeſsionẽ vel ſolum
116 vt ibi. †Item ſecundo,in.§.gallina-
rum.inſtit.de rer.diuiſio.vbi etiam pro
vno ouo, & ſic propter minimam rem
poteſt agi actione furti. Item tertio,
in.l.ſi tamen. in.§.non ſolum.infra eo.
coniuncta glo.ibi, vbi etiam pro mini-
mis, vt in gallinis, & accipitribus, & in
ſimilibus habet locum hoc edictũ ædi-
litium,vt dixi ſupra eod.in princ.in.xj.
117 & vlt.q. †Item quarto pro quinque
pedibus terræ, & ſic pro modico poteſt
agi iudicio finium regundorum, licet
olim non poſſet, vt eſt caſus in,l.quin-
que pedum. C.fini.regun.& ibi omnino
118 vide Pau.de caſt. †Item pro re mo-
dica, & vili ablata pauperibus. vt pro
porcellis,& ſimilibus, vt eſt caſus, in.l.
illicitas.in.§.ne tenuis.& ibi glo.& Do-
119 cto.ſupra de offic.præſi. †Item pro
modica etiam parte fit contributio, ſe-
cundum titu.infra de coniungen.cum
120 eman.liber.eius, vt.l.j.§.illud. †Itẽ
licet ſit minima res legata vel per fi-
deicommiſſum relicta, & non caueatur
ab hærede legatarius vel fideicommiſ-
ſarius poterit mitti in bonorum poſ-
ſeſsionẽ hæredis,vt eſt text.in.l.quam-
uis.infra vt in poſſeſ.lega.& facit.l.j.in
121 fi.infra ex quib.cau.in poſſ.ea. †Itẽ
modica particula ex qua fuit inſtitutus
filius liberti excludit & repellit patro-
num à bonorum poſſeſsione, vt.l.& ſi
ex modica.in princ.infra de bon.liber.
122 †Item propter modicum fideicom-
miſſum poteſt peti dari arbiter ad exti
mandum an habeat locum lex Falci-
dia.l.j.§.cum dicitur. infra ſi cui plus
123 quam per.l.Falcid. †Item ſi debitor
obligauit pignus pro certa ſumma pe-
cuniæ, & omiſit ſoluere aliquam par-
tem etiam minimam, creditor poteſt
vendere pignus, & ſic modicum etiam
conſideratur, vt eſt text.in.l.quandiu,
C.de diſtra.pignor. coniuncta.l.ij. ibi
nam ſi vel modica. C.debitorem ven-
di.pig.imped non poſſe.& eſt tex.aper-
tus in.l.hæredes.in.§.idem iuris.el.j.&
in.§.idem obſeruatur.ſupra famil.erc.
& vide omnino ibi Floria.in.§.in illa.
& not.gloſſ.in.l.res bona fide. ſupra de
contrahen.emp.licet tex.& glo.faciant
in contrarium,in.c.ſuam.extra de pœ-
nis.& dixi ſupra in fi.pro alia parte, ad
idem pro hoc facit.l.tutor.§.Lucius.de
vſur

vſuris.& not.in.l.quidam extimauerunt.ſupra ſi cert.peta.quod tamen limita; vt ſupra dixi pro alia parte, per l.quamuis.ff.de condi.& demonſtr.& hæc habent locum in pœna conuentionali. Quid autem in pœna legali.vide quòd not.in.l.communi diuidundo. in princ.ſupra communi diuidun.& in.d.
124 c.ſuam.extra de pœnis. †Item propter modicum errorem in debito,quando datur res pro quantitate in ſolutum vitiatur tota datio in ſolutum, vt eſt caſus, qui non eſt alibi, ſecundum Doctor.ibi.in.l.ſi non ſortem.in.§.qui centum.ſupra de condi.indebi.qui tamen text.mihi non probat de modico, imò contrarium; quia ibi erat datus fundus in ſolutum pro debito de ducẽtis,tamen debitum eſſet niſi de cẽtum, ſecus tamen eſt ſecundum Doctor.ibi quando eſt error in extimatione rei, quæ datur inſolutum, vt ibi diſtingui-
125 tur per Docto.vbi vide. †Item propter modicam rem puta gallinam vel ſimilia poteſt agi etiam criminaliter, vt eſt text.notabilis in anth.vt omnes obed.iudi.prouin.in.§.hoc conſiderantes,ibi aut exiguum aliquod domeſticę gallinæ,col.v.facit.§.gallinarum.Inſti.
126 de rerum diuiſio. †Item & in minoribus cauſis,& propter modicum poteſt appellari,l.& in maioribus.C.de appellatio.& in.c.de appellationibus.extra de appellatio.cum ſimilib.& ratio eſt, quia eſt ſecundum ius commũne ipſa appellatio. ſecundum Anto.in.l.in rebus.in.§.poſſunt.ſupra commodati.vide tamen ad hoc text.& quòd ibi not. in.l.omnem honorem.C.quando pro-
127 uoc.non eſt neceſſe. †Item modicum beneficium tacitum ab impetrante reddit gratiam nullam, vt in.c.non poteſt. de præbend.lib.vj.vbi de hoc, & in.c.ſi motu proprio.& not.in.c.fina.
128 extra de offic.delega. †Item peccat ita ille qui modicum tranſgreditur præcepta, ſicut ille qui multum,quantum ad condemnationem, licet non quantum ad pœnam,quia maiori pœna plus deliquens, vt in.c.defleat peccator.extra de regu.iur.& not.Tullius.
129 in. j.lib.officiorum. † Item ſi quis non audet comparere coram iudice pro leui occaſione non dicitur contumax, Bald.ſingulariter, in.l.deberi. C.
130 de fideicommiſ.liber. †Item mandatum dicitur dubium quando aliquid modicum facit pro procuratore.l.iij. §.cauſæ.& ibi Bartol.ff.de Carbonia.
131 edicto. † Item propter modicum quòd facit pro agente vel excipiente excuſatur ab euidenti calumnia, vt eſt
132 caſus, in eod.§.cauſæ. †Item ſi factum eſt probabile in leuiſsimis, & quæ ſunt leuiſsimi præiudicii fama facit plenam probationem, vt not.glo. in.l.vbi. C.de iure dotium.& no.in.l.ſi conſtante. in princ. ff.ſolu.matrimo.& de eo qui cognó.conſan.vxor.ſuæ.c.ſuper eo.&.xxxiiij.q.ij.ſi quis.cum duobus,ita ſingulariter dicit Anto.de butr. in.c.veniens.j.in vlti.colum.in princi. extra de teſtibus. Multi alii caſus in quibus modicum conſideratur, & attenditur, & in quibus non inueniri poſſent quod potius eſſet laborioſum quàm ſubtile, ideo iſti ſufficiant quos alias recolligendo reperi. Sed in iſta materia pro concordando omnia prædicta, quæ videntur eſſe ad inuicem

contraria.dic ſecundum Doctor. quòd. 
133 †Regula eſt quòd de modicis & minimis quando agitur de iure communi eſt curãdum,vt in.d.§.gallinarum.&.§.hoc conſiderante,&.l.ſi tamen.§.non ſolum infra cum ſimi.ſupra allegatis.fallit in l.iuribus.in.§.poſſunt,ſupra commo. & in.l.item ſi ſerui.§.j.infra eo.& in.l.omnino infra de impenſis,cum ſimili,quia ibi compenſatur modica expenſa cum vſu.Fallit in actione de dolo.ſecundum Iac.Butriga.propter eius odium,vt.l.id eſt.ſupra de dolo.Fallit etiam in integrum reſtitutione,quia odioſa,vt.l.ſcio cum ſimili,ſupra de in integ.reſtitutio. vel ſecundum Bar.in.l.ſi proprietarius, ſupra de dam.infect. dic quòd quando de iure ſpeciali receditur à iure communi,tunc de modicis non eſt curandũ ita loquitur.l.ſcio cum ſimilib,&.l. res bonafide cum ſimi.de contrahen. emptio.& eadem eſt ratio.in actione de dolo.quia ibi quædam ſpecies reſtitutionis verſatur,vt ſupra de dolo.l.j.& not. in.l.de pupillo.in.§.ſi is, infra de noui operis nuntia.& intelligitur contra ius commune omne remedium,quòd reſtitutionem indulget,ſecundum Dynum. & Bar.in.d.l.ſi proprietarius,& ſic eadem ratio eſt in iſto.§.cum ſimili. quia hic tractatur de reſciſsione contractus, quando eſt redibitoria,& ſic pro ea receditur a iure communi.Si vero non receditur a iure cõmuni,tunc diſtingue ſecundum Gul.& Alberi.in.l.in rebus,in §.poſſunt,ff.commodati.quia aut agitur pro rebus principalibus,& tunc etiã pro modico agitur,vt in.dicto.§.gallinarum,&.d.§.conſiderantis,vt omnes obedi.iudic.prouinciarum,&.l.quamuis,vt in poſſeſſ.leg.&.l.j.§.cum dicitur.ſi cui plus quam per.l.falci.&.l.illicitas.§. ne ſenius,ſupra de offi.præſ.&.l.ſi ex modico.in prin.de bon.liber.&.l.quinque pedum.C.fini.regun.cum ſimi.ſupra allegat.Aut agitur pro rebus acceſſorijs,& tunc aut acceſſorium concernit periculum totius rei in ſuo ſtatu manentis, vt cum petitur cautio damni infecti.& tũc de modico curatur.vt.d.l.ſi. proprietarius,ſupra de dam.infect.aut non cõcernit totius rei periculum,& tunc de modico non curatur,vt.d.l.in rebus.§.poſſunt,& infra eod.l.item ſi ſerui.§.j.& in l.omnino.ſupra de impenſis cum ſimi. ad hoc ſupra allegatis, & ex prædictis poſſent inferri multę quęſtiones,de quibus in locis præallegatis,& infra ſtatim allegandis,& de iſta materia modici vide quòd notatur in omnibus iuribus,ſupra allegatis, & vide quod notatur per Rofred.,Beneuentanum in libello iuris canonici,in rub.quando cenſus non poteſt augeri vel minui,vbi de hoc multa iura ponit,& vide omnino per Archi.in c.non poteſt de præben.lib.vj.in princ. ſuper verbo modicum,& vide omnino plenè per Albe.de Roſa.in ſuo Alphab. in ver.modica pupilli bona,& in verſi. modicum tempus,& vide per Dynum, & Bar.& omnes Doct.in.l.ſi proprietarius.infra de damno infect.& per Iaco. Butr.Gulielm.& Alberic.& Angel.& omnes Doct.in dicta.l.in rebus.in.§.poſſunt commodati. & vide per Bartol.& plenè per Alberic.& omnes Doctor.in l.ſcio.ſupra de in integrum reſtitutio. & vide omnino.D.Paul.de Caſtr.in.l. quinque pedum.C.finium regundorũ. & vide glo.in procemi.gregoria.in fin.

& ſi

& glo.in.c.cùm quærente.extra de cle-
ri.non reſi.& gl.in.c.tuæ.extra de ſimo.
& vide per Alberi.de Roſa.in.l.natura-
lem.§.gallinarum.iufra de acquiren.re
rum domin.Et in effectu vide quod no-
ta.in omnibus iuribus quæ ſupra alle-
134 gaui de modico. †Not.xij.quòd i l-
lud quòd operatur in tuto integrali ope
ratur etiam in qualibet eius parte.dum
dicit partis velut cæcitas, ſecundũ An-
135 gel. †Not.xiij.etiam ibi velut cæci-
tas quòd oculus,digitus & alia membra
particularia corporis veniunt & conti-
nentur appellatione corporis.ſecũdum
Ang.hic qui ſubdit quòd alibi dicit gl.
ſingulariter,quòd ſicut quando fit exe-
cutio ſuper toto corpore animato ,re-
quiritur merum imperium ita & quan-
do fit ſuper eius parte.iſta eſt glô.ſingu
laris in.l.imperium.ſupra de iuriſdict.
omn.iud.facit quod no.glo.in.l.fina.C.
C.de offic.eius qui vicem alterius ge.

Not.xiiij.& vltimo in fin.ibi delictũ
quaſi pronuntiatum,quòd venditor qui
vendit rem morboſam vel vitioſam &
non notificat ipſi emptori vitium vel
morbum,dicitur delictum committere.
136 †Et adde quod delictum eſt genus ge-
neraliſsimum ſiue ex animo proueniat.
vt hic ſiue non.Crimen vero eſt genus
ſubalternum & continet ſub ſe delicta,
quæ ex animo proueniunt,vt nota.in.l.
prima.C.ſi aduer.delict.& not.in.c.j.ex
tra de cleri.coniu.libr.vj.& ibi per Ar-
chi.& vide quòd legitur & notatur pœ-
niten.diſtinct.j.ſi peccatum.in glo.ij.&
diſtinct.iiij.in.c.ille rex.in fin.Sed Gre
gorius indifferenter vtitur iſtis vocabu
lis delicto & peccato. Sed Auguſtinus,
in quæſtionibus Leuitici differentiam
ponit.dicens,declinare à bono eſt deli-
ctum.Peccatum eſt facere malum . vn-
de apparet quòd peccatum eſt mali per
petratio de pœniten.diſt.iij.inter hæc.
Delictum autem eſt boni deſertio. Vel
dic quòd delictum appellatur propriè
quid ignoranter.iuxta illud delicta iu-
uentutis & ignorantiæ.Peccatum vero
eſt quòd fit ſcienter vt not.hoc de pœ-
ni.diſtin.j.ſi peccatum.in gloſ.ſecunda,
& facit de pœni.diſtinct.iij.c. ille rex.
in princ.& diſtin.j.c.tres autem.& de o-
mnibus iſtis & quot importet hoc ver-
bum delictum & verbum crimen. vide
plene per Alberi.de Roſa.in ſuo Alpha
be.in verbo crimen & in ver.delictorũ.
137 †Oppon.modo primo contra iſtum
tex.qui vult quòd balbus dicatur vitio
ſus.d.l.idem offilius.§.fi.infra eod.vbi
dicitur quòd eſt ſanus.Solu.dicit hic gl.
ſolue vt ibi.& ibi glo.ſoluit quòd dici-
tor eſſe ſanus corpore vt ibi.ſed vitio-
ſus animo vt hic.de quo dic vt ibi ple-
nius dicam.Nota tamen ex hac ſolutio-
ne quòd vitioſus animo & mente non
dicitur morboſus vel vitioſus in corpo-
re de quo.dic vt ibi dicam & vide quòd
dicam infra ea.in.§.ſequen.in.ij.notabi.
138 †Opp.ſecundo & videtur quòd iſte
text.ſit ſibi contrarius in princip.& in
verſicu.ego puto.ſolu.glo.videtur fateri
contrarium dicens,quòd ſecundum Sa-
binum nomine morbi continetur vitiũ
corporis nomine vitii debilitas animi.
ſecundum ædiles quicquid eſt morbus
eſt vitium.& è contra.Tu dicas vt dixi
ſuper text.quòd Sabinus loquitur in ge-
nere & regulariter.ædiles vero & iuriſ-
conſultus hic loquuntur quantum ad
139 hoc edictum. †Oppon.iterum & ter

tio & videtur quòd imo ſit etiam alia differentia inter vitium & morbum, vt l. inter ſtuprum. §. verùm eſt, infra de verborum ſignifica. glo. hic fatetur contrarium, quia morbus eſt imbecillitas corporis temporalis, ſed vitium eſt perpetuum corporis impedimentum, vt ibi & bene. Sed contrarium ſolue quod illa differentia non releuat quantum ad hoc quia ita habet locum in morbo ſicut in vitio, vt hic, & ſupra dixi. Oppo. iiij. extra glo. de. l. ſi tamen. §. non ſolum cũ gloſ. ibi infra eo. vbi dicitur quòd etiam pro minimis reb', vt gallinis datur hęc actio. cuius contrarium videtur dicere iſte tex. in fin. Sol. hic loquitur de vitio minimo, ibi vero de re minima vendita, vt dixi etiam ſuper ea. in ſi. princi. in vltima queſtione.

Bartholomęus Cæpolla Iuris Vtriuſq; Doctor.

### SVMMARIVM.

1. *Leuis quis dicatur.*
2. *Superſtitioſus quomodo accipiatur.*
3. *Superſtitio quid ſit.*
4. *Contumax quomodo intelligatur.*
5. *Quæ cauſa exempli fiunt regulam non reſtringunt.*
6. *Differentia quæ ſit inter exemplum & exemplar.*
7. *Argumentum ab abſurdo valet.*
8. *Argumenta quomodo deſtruantur.*
9. *Inſulſa euitanda.*
10. *Dictio alioquin quid denotet.*
11. *Deus an iraſcatur.*
12. *Ira quid ſit.*
13. *Fanatici quare ſic dicti.*

§. EXEMPLI. Ille qui habet vitium animi tãtum vt eſt leuis, ſuperſtitioſus, iracundus, & contumax, nõ dicitur eſſe morboſus corpore. ita ꝙ pro eo ex vendito detur emptori actio redhibitoria. h. dic. vſq; ad. §. interdum, & aduerte quia hic iuriſconſultus incipit declarare qui dicantur morboſi, & qui vitioſi. In tex. ibi fanaticos. expone hoc verbum, vt in gl. & ego dicam, infra. in. j. q. Ibi non ſemper, dic. i. aliquando ſic, & aliquando nõ & hoc quia negatio præcedit verbum vniuerſale ſemper, & ſic fac æquipollere ſuo contradictorio, vt no. glo. & Doct. in. l. ſi ſeruus plurium. §. j. ſupra ſi quis cautio, ſed ſi negatio poſtponeretur negaret totum, vt ſi diceretur ſemper non licet. i. nunquam licet. lxxxviij. di. fornicari, & ibi nota. & ratio eſt quia negatio poſt poſita facit æqpollere ſuo cõtrario, vt patet bonis logicis, & de iſta dictione ſemper vide pleniſsimè per Albe. de Roſa. in ſuo Alphabe. in ver. ſemper. Ibi alioquin ideſt ſi aliter diceremus, & de iſta dictione alioquin vide quòd ſtatim dicam in. v. Ibi negare-
2 mus ſubaudi, & male. †Ibi leuem ideſt facilem fortè ad credẽdum vnde huius homines appellantur leues, & de hoc eſt glo. in terminis. ij. quæſtio. v. omnibus in verſicũ. bonis quæ dicit quòd leues ſunt qui ex facili credunt quæ probari non poſſunt, allegat. x. quæſtio. iij. in cunctis, vbi optime probatur, & cap. cùm in iuuentute extra de purga. canonic. vel melius accipitur hic leuis pro non conſtante qui ſæpe mutat. vt eſt text. qui hoc probat in. l. ſi quid venditor.

tot.in princip.infra eodem.& ibi dicam
in princip.& in.l.ſi cum dotem.§.ſed ſi
latitet.in verſicu.leuis.ff.ſoluto matri
monion.Aliquando tamen accipitur le
uis idest facilis.ideſt lenis cuius contra
rium eſt aſper.vt eſt tex.cum glo.inſti-
tu.de iuſtit.& iur.§.primo.ibi primo le
ui ac ſimplici via, item leuis accipitur
pro vili.vnde leues ideſt viles, vt.l.di-
2 uus,infra de bon.damnatorum. †Ibi
ſuperſtitioſum dic quòd ſuperſtitioſus
dicitur ille qui eſt inanis gloriæ cupi-
dus,vel hypocrita.xlj. diſtin.capit.pri-
3 mo.†Quid autem ſit ſuperſtitio vide
Archidiaco. de regulari,in.c.primo, li-
bro ſexto.& de plenè in ſecunda ſecun-
dæ de ſuperſtitione,& habetur in.l.nõ
autem.in.§.diuus.ſupra de iureiurand.
& in.l.quæ ſub conditione. in princip.
infra de conditio.inſtitution. & in.l.vt
prophanos.C.de ſacrific.pagano. & in
l.quandiu.C.qui admitti ad bonorum
poſſeſsio.& in.l.æris alieni.C.de dona-
tion.& in.l.ſuperuacuam.C.de tempo.
4 in integrum reſtitutio.pet. †Ibi con-
tumacem,ideſt non obedientem domi-
no,vt hic,&.l.ſecunda vel luxurioſum.
ſupra de ſeruo corrupto.facit.l.corrum
pitur eodem titulo.&.l.in eum,infra de
extraordina.crimini.& adde quòd ille
dicitur contumax qui omnino non re-
ſpondit,vt eſt text.in.l.de ætate. §. qui
tacuit,ſupra de interrogat.action.& in
alia materia iudiciorum quis dicatur
contumax verus vel fictus,& de materia
vide per Ioann.andrę.in clementi.pri-
ma,de dol.& contumac.& vide Docto.
in.l.properandum.in.§. ſin autem reus,
& ibi plenè per Alberi.& vide quòd ple
nè not.per Docto.in.l.fina.ſupra de in
integrum reſtitutio.& in.l.conſenſu.§.
fina.& ibi latè per Ioann.de Imo.& la-
tius per dominum meum Domin.Ange
lum de Aret.infra de appellatio.& not.
in capit.quoniam frequenter.in,§.por
ro,extra vt lit,non conteſta.& no.etiam
in.l.conſentaneum,& in authen.qui ſe-
mel . C . quomodo & quando iudex &
quæ ſit differentia inter contumaciam
& contumacem ceſſationem, vide per
gloſſ.in.l.ſi accuſatoribus in verſi.con-
tumacia.C.de accuſationib. Ibi pro-
mitti.d.c.ſcilicet debet à venditore, vt
ſupra,eodem.§.aiunt ędiles.&.§.ſed ſcië
5 dum in fi. †Not.primo in principio.
quòd ea quæ fiunt cauſa exempli non
reſtringunt regulam concordat.l. pri-
ma.§.quod vulgo.infra de vi & vi ar-
mata.&.l.ſcire oportet.§.final.infra de
excuſat.tuto.&.ibi vide de hoc,per Al-
beric.& vide.l.damni infecti ſtipulatio
in fin.& quòd ibi notat.infra de damn.
6 infect.vbi omnino vide.†Et quæ ſit dif
ferentia inter exemplum & exemplar.
vide quòd no.in.l.ſecunda.C.de fide in
ſtrumentor.vnde verſus.Exemplar li-
ber eſt exemplum ſcribis ab illo. No
ta.ſecundo quòd ille qui aliquando ia-
ctauit caput inter fanaticos dicitur eſſe
ſanus & non morboſus.licet dicatur eſ-
ſe vitioſus animo.ex quo no.ſecundum
Ange.quòd propter vitium animi non
dicitur per hoc minus ſanus in corpore,
vt dixi ſupra eadem.in.§.proximo ad
finem.in prima oppoſitione & dicam in
l.idem offilius.§.finali infra eodem.
7 †No.tertio ibi alioquin,ꝙ eſt bonum
argumentum ab abſurdo.l.nam abſur-
dum.infra de bon.liber.& nota.in.l.di-
uortio.in prin.ff.ſolu.matrim.& de mo

dis arguendi & quot argumenta poſ-
ſint fieri in iure,vide plene per Dyn.in
quodam ſuo tractat, de modis arguen-
di.& plene per Bald.in.l.conuenticulā.
C.de epiſcop.& cleri. & pleniſsime per
Alberi.de Roſat.in ſuo Alphabe.in ver
bum argumentum id eſt argute inuen-
tum vbi ponit centum & decem modos
arguendi,& vide etiam Do.Gabrielem
de Oſeletis in ſuo opere de fama in. §.
vltimo, & vide in libello diſputatorio
Pilei cum ſolutionibus. † Quomodo
autem deſtruantur argumenta vide o-
mnino latiſsime per Specula.in titu.de
diſputatio.& allega. in. §. poſt hæc au-
tem rei aduocatus verſicu. & generali-
ter deſtruendo partes alterius in prima
colum.ad fi.cum quatuor ſequenti. vbi
9 omnino vide.†Not.iiij.ſecundum An-
ge.& illo ver.aliquin quòd infinitas eſt
euitanda, de quo vide. in. l. ſi finita.in
princip.infra de dam.infe. & per Bald.
10 in.l.fina.C.de ſacroſan.eccl.†Not.v.in
eo verb.alioquin quod dictio alioquin
denotat contrarium præcedentis dicti,
vt hic,&.l.milites infra de cuſt. reorum
aliquando exponitur id eſt ſi non.C.de
acqui.poſſeſſ.l.donatarum. Aliquando
pro ſed,vt ſupra de dolo.l.& eleganter.
§.ſeruus pactionis.Aliquando pro aliâs
vt ſupra de dam.infect. l.fluminum. §.
idem ſeruus.& de aqua plu. ar.l.j. §. ſi-
cut.Aliquando pro alio modo. vt. l.ſo-
lum.primo reſpon.de rei vendica. Ali-
quando pro aliter.vt extra de homi. in
c.ſicut ex literis.& de offi.deleg.in.c.in
ſinuante & dic vt ibi. Aliquādo pro vel
inſtit,de publi.iudi.in fin. Et de hac di-
ctione Alioquin vide de reſtitu. ſpolia.
in.c.j.lib.vj.& ibi per Ioan.an.& de te-
ſti.c.ſignificauerunt. & inſtit. de rerum
diui.in.§.apum in fi. & vide, quòd not.
in.l.ij.in princ.ſuper verb.alioquin.ſu-
pra ſi cer.peta.Et adde quòd hęc dictio
alioquin facit conditionem vt ſupra de
dam.infect.l.ſi finita.§.ex hoc edicto. &
de dolo. l. & eleganter & de fideicom-
miſ.liber.l.Lucius. & de lega. j. l.ſi ſer-
uus legatus.& ita tenet Spec.in titu. de
citatione.§.primo verſi.ſed pone papa.
No.vj.quòd leuis & ſuperſtitioſus dici
tur habere vitium animi non corporis.
Nota.ſeptimo,quòd iracundus dicitur
21 habere vitium animi. † Et ſic videtur
hic caſus quod non ſit verum dicere,
quòd Chriſtus vel Deus vnquam ira-
ſcatur,quia ſequeretur quòd eſſet vitio
ſus, & ſic quod haberet vitium animi.
In contrarium tamen facit quòd legi-
tur Numeri. xxvij. & Deuteronomii.
xxxij.&. xxiij. q. iiij. cum ſuperna.vbi
dicitur iraſcente domino Moyſes ingre
di non potuit terram promiſsionis. Itē
illud quòd ſcribitur in pſalmo per Da-
nid. Domine ne, in furore tuo arguas
me, neque in ira tua corripias me, &c.
De quo vide omnino text.& gloſſ. in
verſicu.iratus, in. c. ſi quis presbytero-
rum,& ibi Doct.extra de reb.eccle.non
alie.& vide.xxij.q. quarta in commuta
bilis.De hac.q.vide plene per Beatum
Thom.de Aquino, in ſecunda ſecundæ
quęſt.clviij.c.j.vbi ponit an ſit licitum
iraſci,& vide ea.quæſt. per totum, vbi
etiam ponit vtrum ira ſit peccatum.
Item vtrum ſit peccatum mortale.item
vtrum ſit grauiſsimum peccatorum.
Item de ſpeciebus iræ. item vtrum ira
ſit vitium capitale. item quæ ſint eius
filiæ,vltimo vtrum habeat vitium ap-
poſi

poſitum de quibus quæſtion. dic vt ibi
11 plene per eum.† & de ira vide per Ariſtot. in quarto Ethico. tract. tertio. c. primo. & in quodam libello qui nuncupatur Iſagicon. Do. Leonar. Aret. & vide talium in Tuſcula. in quarto libro incipien. noſtrorum hominum ingenia. & dic quòd ira eſt deſiderium vindictæ cum delectatione conſequendi vindictam, & eſt ex motu, & ex accéſione ſanguinis circa cor ſecundum Ariſtot. quarto ethico. vbi ſupra. Nota. octauo quòd cõtumax dicitur eſſe vitioſus animo, & de contumace vel contumacia vide quòd dixi ſuper text. Not. nono, & vltimo quod edictum ædilitium quòd præcepit quod venditores denuntient emptori morbos & vitia, vt ſupra ead. §. aiunt ædiles intelligitur de morbo & vitio corporis non autem de vitio animi. Oppo. primo, & videtur quod Iuriſconſultus non bene faciat velle dicere de morboſis & vitioſis, quia propter vitia animi non datur iſta actio. l. ob quæ vitia. §. cum vitium, infra eodem timore huius contrarii gloſſ. dicit quod capitur verbum vitioſi & morboſi, pro vitio corporali tantum pro quo datur actio redibitoria. Oppo. ſecundo contra iſtum tex. qui dicit iſte qui iactauit caput eſt ſanus. nam imo videtur quod ſit vitioſus ſaltem animo, vt in fin. huius. §. gloſſ. hic in verſicu. ſanum fatetur cõtrarium dicens quòd dicitur eſſe ſanus ita quod non datur actio redibitoria, ſed non eſt ſanus mente & animo, ex quo no. illud quod dixi ſupra in. ij. no-
13 tabi. † Quæro primo quid vult dicere text. dum dicit inter fanaticos. gloſſ. hic exponit duobus modis. Primò id eſt inter eos, qui malis ſpiritibus capti ſunt, id eſt inſpiritati, & plerunque in fano miſerie morantur. Hic autem non erat in veritate captus. ſed ita ſimulabat, & ſic propter hoc dicitur inter illos fanaticos non verè ſed fictè. Et ex iſta expoſitione nota, quòd eſt poſſibile hominem vel mulierem ſimulare ſe inſpiritatem. Et vidi ego vnam vicinam meam veronæ. & ſic eſt etiam in aliis infirmitantibus quia multi pauperes ſimulant habere infirmitates, quas non habent. de quo vide textum, ſingularem. in lege prima. C. de mendicantibus validis libro vndecimo. Secundò modo exponit gloſſa. inter fanaticos id eſt inter eos qui in fana, id eſt templa dant reſponſa. vt aliquos decipiant & inducant eos ad aliquid credendum. vt habetur in legenda Beati Bartholomæi.

Bertholomæus Cepolla de Verona. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Interdum dictio quid denotet.*
2 *Redibitoria datur quando vitium corporis penetrat vſq; ad animum.*
3 *Limitatio ad. §. animi vitium. in. l. ob quæ vitia infra eo.*
4 *Animi vitium quod dicatur.*
5 *Freneſis vnde procedit.*
6 *Contra venditorem qui animi vitium à corporis morbo proueniens non expreſſit qua actione agatur.*
7 *Animi vitia quæ à vendito exprimi debent, quæ ſint.*
8 *Actio quãto minoris ciuilis & prætoria quid differant.*

§. INTERDVM Propter vitium corporale, quòd prouenit vſq; ad animum poteſt agi actione redibitoria, & ſi venditor ſciat tale animi vitium quod emptori notificare debet & non notificauit tenetur
1 actione ex empto.h.d.† Text.ibi interdum id eſt aliquando.q.d. licet regulariter pro vitio vel morbo corporis non detur actio redibitoria. vt in. §. præcedenti in fin. tamen aliquando poteſt competere vbi vitium corporis peruenit vſq; ad animum. Et dic quòd hæc dictio interdum denotat accidentiam & diuerſitatem facti, nō myſterium iuris ad idem eſt text.cum gloſſ.in verſi.ſcribit in princip.in.l. metum. §. ſed quod prætor.ſupra quod met.cau. vel dic ad idem quod ponit hic idem ius & factū diuerſum.vt & inſtitu.de hæredita.quę ab inteſta.def.§.interdum.&. §.præcedenti. Ibi accidit vide in.l.iuſto. in.§. eum qui infra de vſucap. Ibi vitium tale dic ſecundum Alberi. quod cauſatur à morbo corporis. Ibi exempto.dic, ſcilicet ad intereſſe. & etiam redibitoria & actione quanto minoris. vt dicam in
2 fra in prima oppo. † Not. primo quod licet regulariter pro vitio animi non detur actio redibitoria. vt.l. ob quæ vitio.§.animi vitium.infra eo.tamen quā do vitium corporis eſt & penetrat vſq; ad animum. ſicut quando quis eſt effectus freneticus propter febrem datur, & ratio eſt non propter vitium animi.
3 ſed propter vitium corporis. † vel poſſumus etiam dicere quod licet ſit tantum vitium animi quia febris iam receſſit & remanſit freneſis poteſt agi actione redibitoria.& ratio ſit non propter vitium corporis quia non eſt, ſed propter vitium animi quid fuit cauſatum à morbo corporis per iſtum textum qui ita poteſt intelligi.& eſt tex. in.l. ob quæ vitia.in fin. princip. infra eo.& ibi dicam. ex quo no. limitationē ad. §. animi vitium in dicta. l. ob quæ
4 vitia.infra eod.† Nota. ſecundo quòd illud dicitur eſſe animi vitium quod eſt perpetuum, ſecundum Ange.de quo vide text.in.l.inter ſtuprum,in.§.verū, infra de verborum ſignifi.& dixi ſupra
5 proximo.§.in.iij.oppoſitio.† Nota.tertio,quod freneticus vel freneſis procedit ex febribus, aliquando tamen accipitur freneticus id eſt ligandus. quinta
6 q.v.non omnis.† Not.quarto.quod quā do eſt tale vitium animi, quod prouenit & cauſatur à morbo corporis, & nō excipitur à venditore poteſt agi actione exempto. de quo vide quod dicam ſtatim in prima oppo. Oppo. ergo primo contra iſtum textum in fi. qui vult quod ſi venditor non pronuntiat vitia animi in caſu quo debet tenetur actione ex empto. nam imo videtur quod debeat teneri actione redibitoria, vt ſupra ea.l.i.§.aiunt ædiles. Timore huius contrarii glo.hic in ver.exempto fatetur ipſum dicēs quod debet intelligi ex empto ſcilicet redibitoria, & ſic cōcordat cum.d.§.aiunt ędiles.iſta ſol. diuinat ad iſtū.§.imò deſtruit eum. item iſta ſol. ſentit ꝙ actio redibitoria non ſit proprium nomē actionis. Contrariū dixi vobis.ſ.in rub.in.iiij.q. ideo gloſſ. ſoluit ſecundo modo, ꝙ hic loquitur de actione ex empto, quāto minoris ciuili ex qua agitur ad intereſſe, & dicit gl. quòd

quòd de hoc non eſt mirandum, quia etiam aliâs per actionem ex empto fit redibitio, vt.l.ex empto.§.redibitionem ſupra de actio.emp.non autem hic poteſt agi ex hoc edicto, & iſtam ſecundã ſolutio.tenet hic Albe.ſecundum Ray. & ꝙ videatur iſta glo. loqui de actione ex empto quanto minoris ciuili,non autem de ſimplici actione ex empto.patet hic in fi.gloſſ. Sed mihi non placet.Primo,quia iſte tex. hic in fin. loquitur in caſu principii valet quando vitium procedit & cauſatur à morbo corporis ꝙ patet ex ver. quid ergo ex quo denotat illatio ex prædictis ergo ſicut in princ. huius.§.datur actio redibitoria, vt vult glo.j.hic ergo etiam in fin. vel ſi volumus intelligere quod hic in fine.loquitur in duobus caſibus de vitio animi, ſcilicet de ſeruo fugitiuo errone, vt vult hic gloſſ.in verſic. oporteret, ergo poteſt dari actio ex hoc edicto, ſcilicet redibitoria, vel quanto minoris prætoria,vt.d.§. aiunt ædiles. Credo ergo ꝙ iſte text. velit dicere, quòd quando eſt tale vitiũ animi quòd procedit à morbo corporis, poteſt venditor ſi non notificauit emptori conuenire actione ex empto ad intereſſe,ipſius emptoris, ita loquitur hic poterit tamen etiam conueniri redibitoria, vel actione quanto minoris ciuili vel prætoria ſecundum naturã earum,quod non negat iſte tex. & ita intelligatur. §.aiunt ædiles.ſ.ea. cogita tamen ſuper hoc.ſi eſt verum.& vide omnino quod dicam.in.§.idem vi-uianus.in.ix.q. infra eo. Quæro primo quid vult dicere iſte text.dũ dicit quod vitium corporale procedit vſq; ad animum. dicitur vitiare. gloſſ. reſpondet dicens quod vult dicere quod hoc caſu dabitur actio redibitoria, ac ſi eſſet morbus corporis, vt. l. ob quæ vitia.§. idem Pomponius. infra eod.& bene.

7 † Quæro ſecundo quod eſt illud vitiũ animi, quod debet excipi à venditore. gloſſ.reſpondet quod eſt in duobus caſibus tantum. dic tu ſcilicet in errone. & fugitiuo,vt. l. ob quæ vitia. §.animi vitium infra eo.& ſupra ea.in. §. aiunt ædiles.& ibi dixi.aliâs regulariter non. Tu dic quod gloſſ. in ſe bene dicit in quantum vult quod poſſit loqui in illis duobus caſibus, ſed dico quod imo loquitur proprie in caſu, quando vitiũ animi cauſat à vitio corporis. vt ſuper tex.& in prima opp.ſ. & ſic non ſolum in duobus ſed etiam in tribus venditor debet notificare animi vitia.de quo dic

8 vt dicam in.d.§.animi vitium.† Quæro tertio quid differat actio quanto minoris ciuilis & prætoria,glo.hic in verſicu.ex empto ſe remittit, ad.l. iulianus in princ.ſupra.de act.empt. Tu dic aliter,vt plene,dixi ſuper rub.in.vij.quæſtio. Barth. Cepol.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Dictio aliquando quo ſenſu accipitur.*
2 *Dictio circa ad quid referatur, & denotet.*
3 *Dictio præter quo pacto ſit intelligenda.*
4 *Proterums quis dicatur.*
5 *Dictio ob.quid denotet.*
6 *Dictio vſq; quomodo ponatur.*
7 *Vicus quis ſit & quæ villa dicatur.*
8 *Differentia inter ciuitatem, vicum caſtellum & caſtrum.*
9 *Diſtrictus quid importet.*
10 *Communitas verbum quomodo accipiatur.*

11 Burgus quid denotet.
12 Aleatores quare ſic dicti.
13 Vinarij qui ſint.
14 Guloſi quomodo cognoſcantur.
15 Litigioſi quo ſenſu accipiendi ſint.
16 Ebrioſus non dicitur, qui ſemel vel bis ebrius fuit.
17 Nec qui ſemel ludum tenuit aleator dicitur, neque qui ſemel ludit. nu. 18.
19 Recitator non dicitur qui ſemel recitauit.
20 Fœnerator nec mercator per vnicum actum dicitur.
21 Propoſitus ad vnum tantum negotium inſtitor non dicitur.
22 Mulier quæ ſemel à ſtupratoribus accepit pecuniã vt aliquam ſupponat lena non dicitur.
23 Procurator quis dicatur.
24 Imperator qui ſemel imperat dicitur.
25 Tutor quis ſit.
26 Expilatores qua ratione ſic appellentur.
27 Ebrius quis dicatur.
28 Ebrius quomodo cognoſcatur.
29 Ebrius dici non poteſt qui ſemel vel bis ebrius fuit.
30 Ebrietatis vicium in animo conſiſtit.
31 Teſtis deponentis quem ebrioſum eſſe non creditur, niſi facti rationem aſsignet.
32 Ebrietas quod peccatum ſit.
33 Ebrietas quæ dicatur.
34 Ebrietas nutrix omnium malorum.
35 Ebrietas quomodo depingatur.
36 Ebrietas quæ cauſet.
37 Ebrioſi regnum Dei non poſſidebunt.
38 Delictum factum in ebrietate, quando veniat puniendum.
39 Contractus per ebrium factus non tenet.
40 Matrimonium & ſponſalia diſſoluuntur, marito volente bibere vinum vel in pãnis iacere.
41 Promoueri non poteſt, qui vinum bibere non valet.
42 Normani, Anglici, & Pollonij fortiter bibũt ne anima remaneat in ſicco.
43 Aedilitium edictum de vicijs tantum corporis loquitur.
44 Actio redhibitoria quando pro timiditate detur.
45 Timor an ſit peccatum, & an opponatur fortitudini. & excuſet à peccato, & quis timor excuſet & quis ſit timor.
46 Donans timore an perdat meritum.
47 Redhibitoria an detur pro lepra.
48 Redhibitoria an & quando detur pro vicio corporis, & nu. 71.
49 Freneticus teſtamentum facere non poteſt.
50 Teſtimonium in quo nõ eſt reddita cauſa, an valeat.
51 Fatui vel furioſi qui dicantur & quomodo probentur.
52 Semel furioſus an præſumatur ſemper in furore durare.
53 Intellectus ad gloſſ. in cap. iudicas tertia quæſtione. ix.
54 Alearum ludus prohibetur.
55 Ludus ſcachorum permittitur.
56 Cartarum ludus an & quando ſit permiſſus.
57 Ludus ad par vel impar, & alla Mora, an liceat.
58 Quo caſu teneatur quis reſtituere quod in ludo lucratus eſt.
59 Qui luſit & perdidit an teneatur ad reſtitutionem eorum quæ recuperauit & vicit.
60 Intell. ad glo. in l. ſi minor. xxv. annis ff. de mino.
61 Mendacium quid ſit, & quot ſint mendacij genera.
62 Mendacium quibus caſibus puniatur.
63 Veritatem an negare liceat.
64 Mendacium an ſit peccatum mortale.
65 Mendacium aliquando artificioſum dicitur.
66 Mendacium in ſimulatis verbis conſiſtit.

Diffe

*67 Differentia inter falſum, mendacium, & non verum.*
*66. Mendacium an dicere liceat pro alicuius ſalute.*
*69 Mendacium alteri damnum non inferens non punitur.*
*70 Cum amicis ſine mendacio viuere debemus.*
*72 Luxuria quo ſenſu accipiatur.*
*73 Verbum manere quomodo capiatur.*
*74 Differentia inter cupidum & auarum.*
*75 Cupiditas an & quando ſit vel non ſit approbata.*
*76 Auaritia quæ ſit.*
*77 Auarus quis dicatur.*
*78 Auaritia an ſit peccatum & cui virtuti opponitur.*
*79 Auari pene ſunt ſerui.*
*80 Senes auari ſunt.*
*81 Mulierum genus auariſſimum.*
*82 Auarus quod dat de ſuo corpore dare videtur.*
*83 Auarus interdum plus quàm largus expendit.*
*84 Auaro non implebitur deſiderium ſuum.*
*85 Curiis quo hic accipiantur ſenſu.*
*96 Puriginoſi qui dicantur.*
*87 Redibitoria an detur pro ſcabioſo.*
*88 Tex. in l. ob quæ vitia, in princi. de qua actione loquatur.*
*89 Impoſtores qui ſint.*

§. IDEM IVLIANVS. SI quis ſeruus venditus ſemel vel bis fuerit inebriatus & tunc tempore venditionis non inebriatur non dicitur eſſe aliquo modo vitioſus, nec eo nomine poteſt venditor conueniri: ſed ſi ſæpius inebriatur, vel continue, tunc dicitur eſſe vitioſus animo & non corpore, & ideo non competit actio redibitoria: ſed ex empto, item omnes alij hic nominati vſque ad. §. idem Pomponius dicuntur vicioſi animo & corpore, & ideo nō datur pro eis etiam actio ex empto, niſi eſſet vitium corporis quod penetraret vſque ad animum vt eſt inſania, quia tunc bene competeret actio redibitoria. h. d. in terminis, & in ſumma, vſque ad. §. idem Pomponius, in. l.
1 ob quæ vitia. † In text. ibi aliquando
ideſt duabus vel tribus vicibus, ſicut alibi etiā ſic accipitur, in anthen. de teſti. §. quia vero in princi. & verificatur vnico actu. gloſſa. eſt quæ hoc ſentit. in. l. aliud eſt fraus in verb. ſolet. infra de verborum ſignifica. & ibi ſcripſi. quādoque tamen accipitur. Dictio aliqando arbitrio iudicis. §. ſecundo in authen. de reſti. & ita nota. per Innocen. extra de accuſat. in cap. cum oporteat, & per Roffre. in libello iuris canon. in rubr. quando & contra quos. vbi videas, & per Archidiaco. ſecunda quæſtione octaua. in ſumma, & per Alberic. de Roſa. in. l. aliquando. ff. ad veileia. & ego ſcripſi in. l. prima. C. de ſent. & inter. om. iudicum.
Ibi quis ſcilicet ſeruus venditus.
Ibi circa fama. ideſt circa templa. vt vi
2 diſtis in. §. exempli ſupra eodem. † Et
adde quòd dictio circa refertur ad locum & denotat incluſionem, & ideo ſecundum Iſodorum ethimologiarum. Circiter refertur ad numerum. circa refertur ad locum, vt iſte moritur circa eccleſiam, & de hoc eſt text. hic. item refertur ad tempus. vt cum dicitur iſte eſt circa. xx. annos. extra de ſponſali. impubli. capi. continebatur. §. ſin autem, & capit atteſtationes, & refertur ad modicum tempus vel modicam quantitatē

vti, vt

vti,vt eſt gloſſa.not.in.cap.fin.de ſpon. duo.de quo vide per Gulielmű.in.l.etſi poſt tres,& ibi nota.ſupra ſi quis cautio,& in.l.ab hoſtibus.§. ſed quid ſimpliciter,ſupra ex quib.cau.maio. & in cap.præterea,de dilatio.item quandoque ponitur hæc dictio citra pro præter vel ante.vt.l.cum dos.infra de pac. do.&.l.quoties infra ſoluto matrimo. item hæc dictio circa quandoque deſignat tantum incluſionem, quandoque excluſionem,vt per Hoſtien.in ſum.de reſcript.§.ſeptimo, verſiculo ſed quomodo, & de ſacra vnctio,§.tertio,verſi. in initio,& vide de hac dictione circa quod nota in dicto cap.continebatur,& quod not.per Archid.in.cap.romana,de officio ordi.libro ſexto,& quòd nota in cap.vt circa de electio.& per Innocen. in.c.ex literis.§.fi.de ſpon.impube.& vide quòd pleniſsime not.per Alberic.de Roſat.in ſuo Alphabe.in verſi.circa.
Ibi nunc hoc.ſ.tempore venditionis.
Ibi non faciat ideſt non inebriatur.
Ibi nullum vicium dic,ſ.nec animi.nec corporis. Ibi actio erit dic. ſi aliqua contra venditionem. Ibi manet, dic etiam poſt venditionem. Ibi ex empto actionem dic.ſ.quanto minoris ſecundum Alber.contra ipſum venditorem. Ego autem quòd loquatur proprie de actione exempto ſimplici vide vt infra dicam.in nona quæſtione.& dixi ſupra.in.§. præcedenti.in.j. oppoſit.
3 Ibi admittit.ſ.vlulanus. Ibi præter modum dic,ideſt infra modum, & de iſta dictione præter an includat vel excludat vide per Doctores in.l.j.ſupra de pigno.actio.& vide.l.nullam,& quòd ibi nota.infra de diuo.& in.l.pri. ſi quis cautio.&.in.l. titiæ textores de leg.j.& vide Barto.in.l.cæſar. in repetitio.infra de publ.& in.l.a caligato.C. de nupt.in repetitio.ſua,quam per me habetur in lectura,vide per Dy.& Bar. plene.in.l.ſeyo.§.vxori infra de viuris. leg.& in.l.patronus.de leg.iij.& in.l.ij. infra de adimen.leg.& vide omnino latiſsimè & non omittas per Albe.de Roſa.id ſuo Alphab.in Verſicu.præter, & vide etiam per eundem & per Doctores.in authent.quod quis.C.de procur.
Ibi iracundi de iracundia,vide quæ dixi ſupra.l.prima.§. exempli cauſa.in
4 vij.notabili. †Ibi proterui ideſt ſuperbi,vel improbi vel inobedientes,vnde proteruitas dicitur ſuperbia, vel improbitas,vel inobedientia,vt dicit Archidia.de officio delegati.c.ij.libro ſexto.& vide per Archidia.in.c.finali. extra de reſcrip.& adde quòd ingratiſsimo dicitur,improbus eſt aliquis verbis factiſque proteruus.vel dic quòd proteruus.vel dic quòd proteruus eſt proprie ille qui non eſt laborioſus, vt eſt tex.in.l.ſi quid venditor,in prin. infra eodem.vt ibi dicam.Quid autē ſit proteruia,vide in clemen.j.§.penul.de pœ
5 nis. Ibi ob vitia dic, ideſt propter quæ vitia,& ſic dictio ob ponitur propter,ſic infra ſoluto matrimonio..l.ſi ab hoſtibus.§.ſi vir vxorem,&. l. ſi ſiue.§. qui patris,infra rem ra.pigno.Quandoque tamen ſubauditur,vbi non eſt. vt ſupra quod metus cauſa.l.non eſt veriſimile.§.primo,ibi cognitione,ideſt ob cognitionem. Ibi ſed exempto.ſcilicet ſimplici,non quanto minoris prætoria,vt gloſſa hic exponit,vt dicam, in
6 fra.in nona quæſtione. †Ibi vſque-
ad

ad animum penetrat, dic & ſic vitium corporis remanet ſimul cum vicio animi, vt dicam in vltima oppoſitione, & ſic dictio vſque ſtat incluſiue, ſecundum Angel. hic, ſic in. l. ij. in prin. ſupra de his qui not. infa. Aliquando ponitur excluſiue, vt in. l. ſeruum quoque. §. publice. in gloſ. magna in princi. ſupra de procuratoribus. & de hac dictione vſque an ponatur incluſiue vel excluſiue vide per Cyn. & Doctores. in l. à caligato. C. de nupti. & ibi etiam per Bar. in repetitione, & per Barto. latiſſime, in. l. patronus. §. primo. Sempronio de legatis tertio. & vide omnino etiam Bartol. in. l. meminiſſe. ſupra de officio proconſulis. & leg. & vide omnino quod nota. Bald. in. c. primo, in. §. primo. in octaua colum. in princi. in ver. extra nota in dilatio, &c, in titulo de his qui feud. da. prohi. & vide eundem, in authentica. hoc amplius. C. de fideicommiſsis. & vide per Archidia. in cap. ſi gratioſe. de reſcript. libro ſexto. & de ordinatis ab epiſcopo cap. primo, in prima gloſſ. & ibi per Ioan. and. & vide latiſsime per Do. Dominicum de ſancto gemin. in. c. ſtatutum. de præben. libro ſexto. Ibi loquantur ſcilicet ſerui venditi. Ibi aliena ſcilicet à viris prudentibus ſeu
7 ſenſatis. †Ibi per vicos dic id eſt, ſub urbia. vt eſt etiam textus. in. l. hoc edictum cum gloſſ. ſupra de his qui deiec. vel effu. & l. cum pater. §. vicos de lega. ſecundo. Aliquando capitur pro villa. vt. l. qui ex vico. infra ad munici. & l. ſi hæres, §. primo, de legatis primo. De villa vide gloſſ. in. l. titio. §. pen. de legatis ſecundo. quia eſt vniuerſitas prædiorum & hominum licet aliquando accipiatur pro vna domo vel prædio, vt ibi Tamen ſecundum Iſidorum eſt differentia inter vicum & villam. nam vicus ſecundum eum eſt locus congeries habitationum ſicut in fronte viarum quando vicus eſt. villa autem eſt quilibet locus ruralis, vel dic ſecundum Hugutio. vicus dicitur villa & caſtellum quæ nulla ciuitatis dignitate decorantur vel honorantur, ſed quia viçe ciuitatis reguntur vicus dicuntur, vel quia vijs non muris clauduntur ita dixit gl. in. d. l. ſi hæres. §. vicis. de legat. ij. & ibi not. & vide de hoc. per Iacob. de Belui. in authen. quibus mo. natural. effi. legi. in. §. ſi quis igitur. item adde quòd ciuitas proprie in terra chriſtianorum eſt quæ habet ſedem epiſcopalem, vt not.
8 lxxxix. di. §. ne prouinciæ. †Et differentiam inter ciuitatem & vicum & caſtellum vel caſtrum & ſimilia vide p Bartol. & Docto. in. d. l. ſi hæres. §. vicis. de legatis primo. & vide omnino plene p Bartol. in authentica. qui ſint rebelles. in verſicu. Lombardiæ. vbi plene ponit de huiuſmodi nominibus, & vide etiam per Barto. in. l. ſecunda. in principio. infra de ver. ſigni. & per Bartol. & Doct. in prima. §. ſiue autẽ intra opida, infra de noui. ope. nuncia. & not. in. c. cum ab eccleſiarum prælati. de offic. ordi. & in c. cum ad ſedem. de reſtitut. ſpoliato. & per Ioan. an. in. c. ſi ciuitas. de ſententia
9 excommun. lib. vj. Item de dictione & diſtrictu. vide quòd no. in. c. vbi periculum. de electio. libro ſexto.
10 †Item de verbo communis. quid importat, vide per Bartol. in. l. j. infra ad
11 municipales. †Item quid de Burgo, vel burgis, vide text. in. l. penultima. C. de fund-

de fundis rei priua.lib.xj.& not.Bar.in
12 d.l.ſi hæres.§.vicis.de legat.j. †Ibi
Aleatores id eſt qui ludunt ad aleas, vt
infra eod.l.ædiles etiam.§.pedius ait.
13 in fin. †Ibi vinarios dic id eſt ebrioſos,ſic infra eod.in.d.l.ædiles.§.pedius & differt iſte caſus,à.§.idem Viuianus. in princ.ſupra.l.prima. quia ibi loquitur de illo qui inebriatur tantum circa ſana id eſt templa,& reſponſa dabat ſicut ebrius. hic vero loquitur generaliter de ebrio quomodocunque & vbi-
14 cunqué. †Ibi guloſos id eſt qui habent vicium gulæ, & ſic vnum vicium de ſeptem peccatis mortalibus quòd eſt gula. Ibi impoſtores, de hoc dic, vt infra dicam in vltima quæſtione gloſ. Ibi mendaces,videamus primo quid ſit mendacium, & poſteà cognoſcemus qui ſint mendaces, de quo vide omnino quod late & pulchre dicam,in-
15 fra eod.in vlti.not. †Ibi litigioſos id eſt qui libenter ſemper litigant, nam
16 oſus plene notat. †Not.primo quòd quis non debet dici ebrioſus vel vinarius licet aliquando ſemel vel bis fue-
17 rit ebrius.† Idem dicitur in aleatore qui tenuit ludum, vt non dicatur aleator, ſi ſemel tantum ludum tenuerit vt eſt text.cum gloſſ.in.l.prima.in princ. & ibi omnino vide Do.Floria.ſupra de
18 aleator.† Idem in aleatore qui ſemel ludit,vt non dicatur per hoc aleator,vt not.Bal.in ſuo tract.conſtituti vel con
19 ſtituendi.†Idem in recitatore, vt non dicatur recitator qui ſemel recitauerit.
20 †Item propter vnicum actum quis non dicitur fœnerator, nec mercator, vt not.glo.in.l.prima.§.primo.in verſi. ad omnes.ſupra de tributo.& ibi not.&
idem not.glo.in.l.Iulianus.§.ſi procu-
21 rator. ſupra de actio.emptio. †Item præpoſitus vni tantum negociationi, vt puta ad vnam rem tantum ſemel vendendam non dicitur inſtitor,ſed potius procurator, vt eſt text.cum glo.in l.cuicunque.§.ſi quis pecuniis.ſupra de inſtitor.facit.l.in eum.in princ.eod.tit.
22 †Item lena id eſt roſiana non dicitur illa quæ tantum ſemel pecunia accepit à ſtupratoribus, vel pacta eſt vt aliquã ſibi ſupponat,ſed ſi hoc faciat ex conſuetudine, vt eſt text.cum glo.in.l.palam. in.§.lenonum. quæ incipit accipiendo,infra de ritu nupt.licet glo.ibi, in ſi.quærat de illa quæ tantum ſemel accepit,& non reſpondet, ſed tu reſpon de quòd non, ſecundum Richar.Malumbre,& Alberi.ibi per text.eiuſdem l.palam.in prin.vér.item qui cum vno.
23 †In contrarium facit quia ille dicitur procurator, qui ſemel eſt conſtitu-
24 tus procurator. †Item Imperator dicitur ille qui ſemel imperat,vt not.ſupra in prima conſtitutio.Digeſtorum.
25 †Item & tutor dicitur ille qui ſemel tuetur, vt.l.prima.§.primo.ſupra de tu
26 tel. †Item expilator dicitur ille qui ſemel expilat hæreditatem,vt.l.prima.
27 §.expilatores.infra de effracto. †Sic videtur in ebrio, vt ille qui ſemel eſt inebriatus dicatur ebrioſus,quid dicendum? Diſtingue ſecundum Bar.in.l.legatis ſeruis. in princ.infra de legat.iij. aut loquimur in officiis quæ quis aſſumit ab alio non à ſe ipſo,vt dixi.de imperatore,procuratore,tutore,& ſimilibus, & tunc iſta verificantur etiam in vnico actu aut loquimur in officio quòd quis aſſumitur à ſeipſo, & tunc aut.

aut licite, & requiritur quòd ſæpius fiat, vt in mercatore, negociatione, præpoſitura, & ſimilibus de quib. ſupra quòd eſt verum niſi præcedetur profeſsio ſeu matriculatio in matricula mercatorum, nam nomina dicta à profeſsione acquiruntur profitendo ſecundum Bald. in ſuo tracta. conſtituti in fi. & in rub. C. de conſti. pecun. & Flor. in l. j. circa princ. ſupra de aleato. Aut loquimur in offic. quòd quis ſumitur illicite à ſeipſo, & tunc aut dicta nomina ſunt dicta à conſuetudine ſeu ab actu generalitatis acquiruntur & exercitio, & tunc per vnicum actum non acquiruntur, vnde non dicitur aleator qui ſemel ludit metricator ſi ſemel deliquit, nec lena ſeu rofiana, ſi ſemel recepit quæſtum, & idem in ſimilibus, aut ſunt nomina quæ non nominantur reſpectu actuum in genere, ſed reſpectu vnius. puta hoc nomen homicida vel adulter, verificantur etiam ex vnico actu, vt ſicut ex ſe habet nomen formale, ita etiam habet eſſe nominis, facit. l. iij. C. de epiſc. audien. ſecundum Bal. qui ita not. in ſuo tracta. conſtituti. in fi. vbi vide de materia. & Flor. in l. j. in princi. ſupra de aleato. vbi omnino vide, & de iſta materia, an vnicus actus ſufficiat vel plures requirantur vide late per Bartol. in d. l. ſeruis legatis. in princ. de legat. iij. & per Bald. in dicto tracta. conſtituti. ad fin. & in rubr. C. de conſtit. pecu. & late per Flor. in d. l. j. in princ. ſupra de aleato. & per Pau. de ca. in l. inſtitor. ſupra de inſtitor. & vide quòd ego ſcripſi in actione inſtitoria in arbore, & vide per Barto. aliquid ſupra in proœ. Digeſtorum, & vide per Petr. de Anchar. & Ioan. de imo. & Do. Dominicum de Sancto Gemi. in c. j. de vita & honeſt. cleric. in vj. & non omit-
28 tas. †Not. ſecundo quòd ebrius cognoſcitur ex verbis quia quis talis eſſe præſumitur, qualia verba profert l. penult. infra de condi. inſtit. & l. ob. quæ vitia. in princ. infra eod. de quo dic vt dicam infra de furioſo. in xiij. notab.
29 †Not. tertio quòd ille qui ſemel vel bis fuit ebrius non poteſt appellari ebrioſus, vt dixi ſupra in primo notab. Ex quo nota quòd licet aliquando ſit licitum dicere alicui ebrioſo, quòd eſt ebrioſus ſecũdum not. in l. quæ omnia. ſupra de procurato. & in l. eum qui nocentem. in princ. infra de iniur. tamen non erit licitum hoc dicere quando ſemel vel bis tantum fuit inebriatus, ſed bene poterit ſibi dici vade tu fuiſti ſemel vel bis inebriatus vt eſt caſus hic
30 de vtroque. †Not. quarto, ſecundum Bald. hic quòd hoc vicium ebrietatis eſt vitium animi corporis paſsionẽ diſgrediens, vt hic, & ideo ipſe dicit, quia iſtud vitium principaliter conſiſtit in
31 animo. †quòd teſti deponenti aliquem ebrioſum eſſe nõ creditur niſi aſsignet facti rationẽ ſecundum Inno. in c. cum cauſam. de teſtib. De ebrio & ebrietate vide omnino Iudo. de Roma. in l. j. in prin. in iij. col. ff. de verbor. oblig. & hic addas, vide etiam Flor. in l. ſed ſi quacunque. §. iniuriam. ff. ad leg. Aquil. & vide glo. nota xxxij. q. iiij. c. ſi quis. §. fi. quæ dicit nota pro Anglicis & Pollonis & Normanis quòd debent bene bi-
32 bere ne anima ſtet in ſicco. †Et adde, quòd communiter tenentur in c. à crapula. extra de vi. & honeſta. cleric. &

xxv.diſt.criminis.quòd ſimplex ebrio-
ſitas ſit peccatum veniale, & ideo pro-
pter hoc quis non poteſt beneficio pri-
uari,ſed ſi ebrietas fiat ſtudioſe vel fre-
quenter tunc bene eſſet peccatum mor
tale,licet glo.in.l.vnica.§.taceat.in ver
bo.mores.C.de rei vxo.act.dicat quòd
ſi quis ſe quotidie inebriat ſit peccatū
veniale.facit glo.fi.in verſ.fin.C.de re-
pud.ita dicit dominus meus D.Ioan.de
Ana.in.c.ſi conſtiterit.in fi.extra de ac-
cuſationi.& de hoc an ebrietas ſit pec-
catum mortale, vide Thom.in ſecunda
33 ſecundæ.§.iiij. †Itē adde quòd ebrie
tas dicitur ſtatus mentis euerſio. xxxv.
34 diſt.vinolentum. †Item adde quòd
ebrietas vetatur clericis. eſt enim fo-
mes & nutrix omnium viciorū.xxxv.
35 diſtin.in princ.&.c.vlti. †Item adde
quòd poetæ propriè & pulcherrimè
depinxerāt ebrietatem,in formam mu-
lieris faciem transformatam habentis
& caput ſimiæ, pectus & brachia Leo-
nina, inferiorem partem porcinam, ad
denotandum quòd ebrietas in ſui prin-
cipio ebrium transformat in vultu, ſi-
cut notum eſt, & de ſe patet, & ſicut ſi-
mia effugiat & facit actus deſideroſos,
quos videt alios facientes, ſicut facit
ebrius in principio ebrietatis,& calefa-
ciente vino ebrius admodū leonis con-
citat rixas, & furores & iracundias. In
fine autem in tantum ebrietas conuin-
cit ebrium quòd ad modum porci ſe
proiicit in lacum, in quibuſcunque lo-
cis inhoneſtis inuerecundè ſicut por-
cus,vt refert Alber.de Roſa.in ſuo Al-
36 phabe.in ver.ebrietas. †Item ebrie-
tas eſt mater litium.& furoris petulan-
tiæ deformis, magiſtram hanc qui ha-
bet ſe non habet, hanc qui habet homo
non eſt, hanc qui habet peccatum non
facit,ſed eſt ipſe peccatum.Ebrietas eſt
cacodæmon blandus, venenum dulce,
rabies voluntaria, illecebroſa honeſta-
tis & pudoris iniuria,hanc vtinam nul-
37 lus nouerit chriſtianus.†Ebrioſi regnū
Dei non poſsidebunt ad Corinth.vj.&
de reliq.& vener.ſanctor.c.j.& ad Ro-
38 ma.xiij.&.xliiij.diſt.in princ. †Item
adde nunquid delictum quòd fit per
ebrium ſit punibile vide text.& ibi per
Bart.in.l.reſpiciendū.in.§.delinquunt.
infra de pœnis.& text.in.c.ſane.xv.q.j.
& plene per Flor.in.l.ſed & ſi quæcun-
que.in.§.primo iniuriam. ſupra ad leg.
39 Aquiliam. †Item adde quòd contra-
ctus factus per ebrium non tenet,vt eſt
gloſ.xxij. quæſtione.iiij. vnuſquiſque.
40 †Item adde quòd quando ſponſus
non vult bibere vinum, vel iacere in
pannis id eſt in lecto, poteſt de iure ci-
uili mulier ſponſa diſſoluere matri-
monium,ſeu ſponſalia, vt eſt glo.ſingu-
laris in.l.fi.§.his illud quoque. in verſi.
41 religionis. C.de ſponſalibus. †Item
qui non poteſt bibere vinum non po-
teſt promoueri. gloſ.eſt ſingularis.ij.q.
42 vij.ipſi apoſtolici. †Item adde quòd
Normani, & Anglici, & Pollonii poſ-
ſunt fortiter bibere ; ne anima rema-
neat in ſicco, vt eſt glo.ſingular.xxxij.
quæſt.ij.in.c.complectemur.& de ma-
teria ebrietatis vide extra de vita, &
honeſta.clericor.c.à crapula. & ibi per
omnes Doctor.& vide multa per Ho-
ſtien.in ſumma.de tempo.ordi.§.& cui.
& plene per Alberic.de Roſat.in.l.pri-
ma. C.ſi quis imperato.maledix.& in
omnibus iuribus ſupra allegatis in iſta
mate

43 materia. †Not.quinto quòd edictum
ædilitium loquitur tantũ de vitiis cor-
poris non animi & concordat.l.ob quæ
vitia. §.idem Pomponius. infra eod.&
ſeq.l.exempli.in fin.& ibi dixi in nono
& vltimo notab. Not.ſexto quòd li-
cet pro ſeruo ebrioſo vendito,& ſic pro
ſimilibus vitiis animi, non detur actio
redibitoria, tamen datur actio ex em-
pto ſimplex, vel actio exempto quanto
minoris ciuilis non prætoria, de quo
dic vt dicam infra in nona quæſtione.
44 †Not.ſeptimo ſecundum Bal.quòd
eſſe nimium timidum dicitur eſſe vi-
tium animi quòd no.ex quo nota quòd
non datur actio redibitoria quòd intel-
lige de timiditate ſeruorum, ſecus in
timiditate iumentorum, quia propter
illam bene datur actio redibitoria, vt
dicam infra eod.in.§.animi vitium. in
l.ob quæ vitia.& adde quòd timidiores
ſunt ſerui quàm liberi, vt in authen.de
non alie.§.nunc autẽ. ver. œconomus
timiditatem.& infra de fideicom.liber.
45 l.cum vero. §.apparet. †Item an ti-
mor ſit peccatum,& an opponatur for-
titudini, & an excuſet à peccato, vide
in ſecunda ſecũdæ de timore.item quis
timor excuſat, vide ſupra quòd metu
cau.in.l.nec timorem. & in toto illo ti-
tu.ff.&.C.& extra eodem. & in ſumma
eiuſdẽ tituli per ſummiſtas, item quis
ſit timor caſtus vide. xliij.q.v.§.vlti-
timo.& ibi vide plura in tex.de tali ti-
46 more. †Item de timore ſeruili & fi-
liali, & an ille qui timore facit donum
perdat meritum, vide extra de reg.iur.
in.c.qui ex timore. No.octauo quòd
cupidi,auari,melancolici, proterui, di-
cũtur habere niſi vitium animi,& ideo
pro eis venditis non datur actio redi-
47 bitoria vt hic. †Not.nono quòd pu-
riginoſi, vel ſcabidi, ſeu ſcabioſi non
dicũtur eſſe morboſi corpore ita quòd
detur actio redibitoria, vt in iſta.l.ij.
non autem intelligas quòd dicantur ha
bere vitium animi, vt eſt in aliis hic
enumeratis, quia imo eſt vitium corpo
ris, vt de ſe patet, & idem in muto &
ſurdo, ſed ideo non datur actio redibi-
toria, quia nõ multum incommodatur
vſus corporis, ſecus ergo eſſet ſi eſſet
leproſus, quia tunc bene competeret
actio redibitoria, quia per eam lepram
multum impeditur vſus corporis,quin
imo impedit conſortium vt habetur.
xxiij.q.ij.hoc ipſum & extra de cleri.
ægro.tua nos.& de eccle.ædifican.cum
dicat, & not.in.c.ex parte.M.de corp.
vici.& ita conſulendo tenuit. d.Nellus
48 de Sancto Geminia. †Not.decimo
quòd quando vitium corporis pene-
trat vſque ad animum, & ſic vtroque
vitium eſt, ſcilicet animi & corporis,
datur actio redibitoria, concordat.§.in
ſumma.infra eod.& ibi dicam.& dicam
infra eod.in vlt.q. No.vndecimo ſe-
cundum Bald.quòd freneſis & morbus
occupans corpora, dicitur quòd eſt vi-
tium corporis penetrans vſque ad ani-
mum & hoc eſt ſumptũ ab eo, quòd di-
citur quòd etiam cõplexiones corporis
49 immutãtur,†Et per iſtum tex.no.quòd
freneticus vel in freneſia conſtitutus
non poteſt facere teſtamentum,de quo
vide per Bal.in.l.ij.C.de reſcind.vend.
50 †Not.xij.quòd ex actibus præſumi-
tur qualitas mẽtis quæ aſcẽdit in teſte,
vnde dicit Inno.ꝙ hoc ideo debet eſſe,
quia quãto magis & cauſata à ſenſu tã-

to eſt validior,& quãto magis eſt remo
ta ſeu abſtracta à ſenſu,tanto eſt inuali
dior,vt ipſe Innocen.not.in.c.cùm cau
ſam de teſti.vbi vide.Requiritur ergo
ſecundum Bald.in teſte,ſcientia men-
tis cauſata à ſenſu corporis,facit ꝙ no-
ta in.l.quod meo,§.ſi,infra de acquiren.
poſſeſ.& per Dy.in.l.ij.§.idem labeo.de
51 aqua plu. arcend. †Not.xiij.quòd fa-
tuus & furioſus cognoſcitur ex verbis
& factis,quando vadit diſcurrendo per
vicos vel ciuitatẽ, vt videmus quotidie
fatuos diſcurrere,& quãdo loquitur alie
na à iuribus prudentibus,& deridenda,
& hoc tex.alleg.ad hoc Ang.& Do.in.l.
furioſum.C.qui teſtam.facere non poſ-
ſunt,& etiam idem Ang.in.l.ij.C.quan
do fiſ.vel priua.qui dixit hunc text. ad
hoc eſſe ſingularem.Hinc eſt etiã quòd
dicitur fatuus qui fatua loquitur.xciij.
diſt.legimus de fatuo.& ibi vide glo.in
in prin.& quare ſic dicatur,vide ibi per
Archi.plenè,& per eundem.xxij.diſtin.
de Conſtantinopolitana, ex quo nota
hic ſecundum Bald.text.hic qui docet
formare articulos ad probandum quem
ex ſermonibus ſuis non eſſe ſane men-
tis.nam ille qui hoc probat,debet arti-
culare quòd talis ridendo loquebatur,
non propterea ea quæ deridenda erant,
ſeu ea quæ digna eſſent deriſione,vt hic
eſt text.dum dicit more inſanorum, ſed
aduerte quòd Bald.in ſe bene dicit, in
hoc,ſed non credo quòd hoc probet iſte
tex.dicit enim tex.quòd loquebatur de-
ridenda ideſt ea quæ erant fatua,& de-
ridenda per alios,non autem dicit quòd
derideret non deridenda, & adde quòd
fatuus & furioſus cognoſcitur etiam ex
alio facto ſcilicet ſi proiicit lapides, vt
alios ſecus aſtantes læderet,vt eſt text.
in.l.ſi cum dotem.in.§.ſi maritus.ibi cir
cum miniſtris terribilis,coniuncta glo.
in ver.ferendus eſt.infra ſoluto matri-
mo.& eſt tex.in.l.ij.C.de iudæis.ibi ſa-
xis aut alio genere furoris, & credo ꝙ
multo magis probaret,ſi proiiceret pa-
nem vel ſcinderet ſibi veſtimenta, vel
ſi iret per ciuitatem nudus,item proba-
tur,ſi retinetur in cuſtodia per conſan-
guineos,ita dicit Bald.in.l.diuus,ſupra
de offic.præſi.circa hoc tamen vide Bar
tol.in ſuo tracta.de teſte.in cap.oppoſi-
ta prudentia,& de iſta materia quomo-
do probetur aliquem eſſe fatuum vel
furioſum,vide Bartol.in.l.ſecunda,in-
fra de bonorum poſſeſſio.quæ furioſo
infanti,&c.& in ſuo tracta.de teſte.in.c.
oppoſita prudentia.& per Bald.Salic.&
Moder.in.l.furioſum.C.qui teſtament.
facere non poſſunt.& per Mod.in.l.j.in
princip.infra de verborum obligation.
& vide per glo.Innocen.Ioan.Anto.&
Doct.in.c.ſi.extra de ſucceſſ.ab inteſta
52 to. †Item adde quod qui ſemel fuit
furioſus non præſumitur hodie eſſe,ſe-
cundum Barto.in tracta.de teſte, in ca-
pitu.oppoſita prudentia,& vide Docto.
in.l.nec codicillos.C.de codicill.& in.l.
furioſum.C.qui teſtament.facere poſſ.
& in.l.moueor.C.de ſeruis exportan-
dis, & ideo teſtis ſi vellet probare ali-
quem eſſe furioſum,non bene probaret
ſi tantum diceret quod ſemel vidit & co
gnouit talem eſſe furioſum vel fatuum.
ita dixit notabiliter Bartol.in dicta.l.j.
infra de bono.poſſeſ.quæ furi.& infa.&
pro hoc ego adduco gloſ.ſingularem,in
capitu.ſi fortè,de electio.libr.ſexto quæ
vult quod qualitas quę eſt à natura ſem

per

per præſumitur ideo non probatur, ſe-
cus de contraria. ideo ſemper quis præ-
ſumitur eſſe ſanæ mentis,& ita vult etiã
Bartol. licet illam gloſſ. non alleget, in
l. ſecunda ad fi. infra de probatio.& hoc
etiam tenet Oldra. qui dixit quòd in du
bio non præſumitur continuatio furo-
ris, quando aliquando facit ſine furoris
niſi eſſet de proximo tempore probatũ
facit. l. ſi ventri. in fin. de priuileg. credi.
& c. officium de electio. In contrarium
tamen eſt gloſſ. nota. tertia quæſtione
nona indicas, quæ vult quòd ſemel fu-
rioſus ſemper præſumitur in furore du
53 rarè. †Ego autem circa hoc dicerem
ſic pro nunc aut quis furioſus erat vel
fatuus ab ipſa natiuitate,& tunc ſit ve-
ra vlti. opinio in dicto. c. indicas per ra-
tionem quam ſtatim dicam, aut nõ erat
furioſus ab ipſa natura vel fatuus: ſed
poſtea ex accidenti,& tunc aut non ha-
bebat aliqua dilucida interualla; & tũc
credo quòd ille talis qui ſemel fuit fu-
rioſus vel fatuus hodie etiam præſuma
tur, niſi probetur contrarium, & ita in-
telligatur gloſſ. in dicto capitu. iudices,
quia talis furor vel fatuitas pręſumitur
eſſe conuerſa in alteram naturam quã-
doq; non ſunt dilucida interualla, ergo il
la qualitas furoris quæ eſt conuerſa in
illam naturam præſumitur per rationẽ
gloſſ. in dicto capitu. ſi forte, aut furio-
ſus vel fatuus habebat aliquando dilu-
cida interualla,& tunc quia furor, vel fa
tuitas non eſt adhuc conuerſus in alte-
ram naturam.& ſic prima natura ſanę
mentis adhuc durat,& tunc credo quòd
non præſumatur hodie furioſus vel fa-
tuus licet aliquando fuerit,& ita intelli
gatur quòd dixit Bartol. in dicta. l. pri-
ma, de bonor. poſſeſſ. quæ furio. infanti,
& in dicta. l. ſecunda de probat.& gloſſ.
in dicto capitul. ſi forte. quod tamen eſt
verum, niſi probaret quòd de proximo
fuiſſet furioſus per dicta. l. ſi ventri in fi
ſecundum Oldr. vt ſupra dixi,& de ma
teria furoris vide quod ſcribitur, per o-
mnes Doctor. in d. furioſum,& in effe-
ctu in omnibus iuribus ſupra allegatis,
& per Doctor. in. l. diuus, ſupra de offic
præſid. De ſtulto autem & ſtultitia,
& eius materia vide quòd plenè dicam.
in. l. cum mancipium, infra eod. vbi glo.
54 tangit. †Not. decimoquarto ibi alea
tores: quòd illi qui ludunt,& ſic ſunt lu
ſores dicuntur eſſe vitioſi animo,& pro
pter hoc prohibitum eſt ludere maxi-
mè ad aleas, vt in authent. alearum vſus
& ibi no. C. de religioſ.& ſump. fune.&
idem multo magis in ludo taxillorum,
55 azardi & ſimilium. †Sed quid de lu-
do ſcacorum, an ſit permiſſus dic quòd
ſic. etiam clericis,& ita tenet glo. in au-
then. interdicimus. C. de epiſcop.& cle-
ric.& in. c. clerici. de vita & hõneſt. cler.
quia magis conſiſtit in ingenio natura-
li,& ita tenet Flor. in. l. quòd in conui-
uio. §. fina. ſupra de aleato. quando tamẽ
eſt talis ludus qui non diſturbat à diui-
nis. licet Iacob. de Rauen.& Pet. in. d. au
thenti. interdicimus dicant contra, quia
ſecundum eos ratio prohibitionis fuit
vacatio à diuinis, quæ magis contingit
per ludum ſcacorum quam aliorũ quæ
56 facilius expediuntur. †Sed quid de
ludo cartarum qui quotidie frequenta-
tur, dic quòd eſt licitus,& quod acquiri
tur ex eo, eſt licitum, ſi cauſatur ab in-
duſtria. ſecus ſi à fortuna proceditur. ita
dicit Florian. in dicta. l. quòd in conui-

57 uio.§.fina. †Sed quid de ludo ad par vel impar.cuius ludi conditio eſt quòd vnus ponat aliquos denarios pro poſta. & alter reſpondeat par vel impar.poſteà numeratur,ſi verũ dicit lucratus eſt, ſi falſum tunc tot᷈ numero ſoluit.videtur quòd ſit prohibitus eadem ratione, quia pendet ex fortuna,ſecundum Floria.in dictis.l.quòd in conuiuio.§.fin.vbi ponit etiam ſi reperitur vnus denarius falſus vel fractus,an debeat computari in numero.Eadem ratione videtur idẽ dicendum in ludo quod vulgariter appellatur alla mora,cuius conditio eſt ꝙ ambo ludentes ſimul cõtendant aliquot digitos eleuatos,& quilibet dicit ſimul & ſemel tot ſunt tui digiti & mei eleuãtur,& ille qui dicit verum lucratur,nã iſtud conſiſtit potiùs in fortuna.idem

58 eſt dicendum in ſimilibus. †Sed quid de eo quòd quis perdidit in ludo,an poſſit illud repetere, dic aut eſt ludus permiſſus,& non poteſt,aut eſt prohibitus, & tunc diſtingue, vt habetur latè per Florian.in dicta.l.quòd in conuiuio.§.fina.de aleato de quo vide per glo.& Docto.in c.clerici.de vita & honeſt.cleric. & vide per Innocen.de immun.eccle.in capitul.quia plerique, & per Thom.de Aquino in ſecunda ſecundæ quæſtione xxxij.arg.vij.ad fin.& per Docto.in authen.alea.vſus.C.de aleato.& habetur in.d.authen.interdicimus.C.de epiſco.

59 & cler. †Sed quid ſi vnus luſit & perdidit omnia præter vnum vel duos denarios.& cum illis duobus recuperauit, & multa alia vicit an ad hæc omnia recuperata,& ad alia teneatur ad reſtituẽdum illi cui vicit,& gloſſ.eſt not.in.l.ſi minor.xxx.annis filio fami.ſupra de minori.quæ videtur ſentire quòd ſic.nam id quod recuperauit non dicitur habere ex prima cauſa tanquam ſuum, ſed ex

60 acquiſitione facta in ludo.†Ego autem ſic dicerem,ſecundum Iacob.de Areti. Gulielm,Rayn.in ſimili addendo iſtud primum membrum,aut recuperauit ab extraneo indiſtinctè tenetur reſtituere, quia ſuum recuperaſſe dici non poteſt, & ita poteſt intelligi glo.in dicta.l.ſi minor.xxv.annis,aut recuperauit ab eo ꝗ ipſum vicerat & tunc aut recuperauit incontinenti priuſquam ſe moueret de ludo,& ad illud reſtituendum non tenetur quia ſuum recuperaſſe videtur,arg. l.qui poſſeſſionem,infra de vi & vi arma.aut ex interuallo,& tunc bene tenetur reſtituere,& ita etiam intelligatur. d.glo.in.l.ſi minor.xxv.ann.arg.l.ſi nauis.§.fi.ſupra de rei vendi.&.l.poſtulante,in fi.infra ad trebel.& prædicta procedunt in recuperatis vſque ad ſummã quam perdiderat,ad ſummam verò ſupra indiſtinctè tenetur,quia illa nũquã fuit,nec cenſetur fuiſſe ſua.& de materia ludi vide per omnes Doctor.in dicto capitu.clerici extra de vita & honeſta.cleric.& in ſecunda ſecundæ,vbi ſupra,& per Innocent.in.c.quia plerique de immu.eccle.& per Hoſtien.in ſumma de eccelsi.prælatorũ.& per text.omnes Doctor.in authen.alearum vſus. C.de religio.& ſumpt.fun.& de aleato. & per.D.Floria.plenè in toto titul.ſupra de aleato.& maximè in.l.quod in cõuiuio.§.fi.& plenè per Dominum meũ D.Angel.de Aret.in ſuo tractat.maleficio.in glo.in verſicu.metitor de malda di. Not.xv.ibi mendaces.quòd men-

61 daces dicuntur eſſe vitioſi animo,†& ad

de qu

de quòd mendacium eſt falſa vocis ſignificatio cum intentione fallendi ſecundum Auguſtinum, vigeſimaſecunda quæſtione ſecunda Beatus. §. ille ergo. & not. glo. in. l. de ætate in. §. ſi cum eſſet ſuper de interroga. action. Sed aduerte tamen quòd mendacium aliquando eſt ſine intentione fallendi. quando credit quis dicere verum vt eſt text. in. l. quis ſit fugitiuus in. §. idem cælius diſtin. iij. infra eodem. & ibi dicam ſuper text. & in ſecundo not. Item adde quòd octo ſunt genera mendacium de quibus vide per text. Auguſtini, in. d. xxij. quæſti. ſecunda ne quis arbitretur alias eſt cap. primum eſt capitale, & per Floria. in dicto. §. ſin cum eſſet. Item de qualitate peccati & conſequenter pœnitentiæ imponendæ per ſacerdotem, vide in dicto capitu. ne quis arbitretur.

62 †Item caſus in quibus punitur mendacium, vide per Floria. latè. in dicta. l. de ætate. §. ſi cum eſſet & not. per aliquos Moderniores in. l. hæreditatum in. §. fina. infra ad legem falcidiam.

63 †Item de pœnis mendacii & vtrum liceat negare veritatem vide per Bald. in authentic. contra qui propriam. G. de non numerata pecunia.

64 †Item an mendacium opponatur ſemper veritati quaſi continens falſitatem, & etiam de ſpeciebus mendacii, & an mendacium ſit peccatum mortale. vide in ſecunda ſecundæ de mendacio. c. iiij. & eluci dicitur multipliciter mendacium vt ibidem habetur. c. ad ſecundum.

65 †Item mendaciũ aliquando dicitur artificioſum. xxij. q. vij. ne artificioſe.

66 †Item mendacium non eſt ſolum in falſis verbis, ſed etiam in ſimulatis operibus. xxij. quæſtio. v. quoties.

67 †Item differentiam inter falſum, & mendacium & non verum vide per Albericu. de Roſat. in lege prima. in. §. interdum, ſupra. ſi quadru. pauper. fecis. di. & vide in ſumma fratris Raymund. de mendacio. item dicit Philoſophus primo elenchorum quod duplex eſt operatio ſapientis ſcilicet non mentire de quibus nouit, & mentientem poſſe manifeſtare, quicunque enim mentitur arguit ſe non eſſe ſapientem inficiendo linguam tantum auidam relatricem.

68 †Item adde quod ſi petatur ab aliquo quo fugit Titius cum vellet eum occidere licuit eidem mentiri pro eius ſaluti. vide pleniſſime per Hoſtienſem, in ſumma de pœnitent. §. contra interrogationes. verſiculo, quid ſi aliquis quærit à me. vbi pleniſsimè de iſta quæſtione, & de multiplici mendacio tangitur. Item adde quòd ſi dixi alicui vade hinc, non hinc cum ſciam homicidas ibi eſſe, qui eum occidere volunt teneor lege Cornelia de ſiccariis, vt eſt textus cum gloſſ. nota. in lege tertia. §. is cuius. in verſicu. ſeditionis, infra ad legẽ Corneliã. de ſiccariis. vbi omnino vide, & vide textus in lege item ſi obſtetrix. in. §. ſi ſeruum, & ibi Floria. ſupra ad lege aquiliam.

69 † Item adde quod mendacium quod alteri non infert damnum non punitur, vt lege fundum cuius. §. finali & ibi hoc gloſſa. tangit, infra titulo, primo de euictione & ibi habetur aliquid de materia.

70 †Item adde quòd cum amicis ſine mendacio viuere debemus, vt eſt text. in l. Titiæ. in principio infra de aur. & argento legato & de materia mendacii vide in omnibus iuribus ſupra allegatis

& vide in.l.ſi dubitent.in.§.primo,infra de fideiuſſor.per.Bartol.& Doctor. & per Florian.aliquid in.l.prima.§.interdum, ſupra ſi quadru.pauper.fe.di. Oppo.primo contra iſtum textum, in principio,& videtur quod non ſit vitiũ, quod quis det reſponſa circa fana. niſi ſimularet, vt ſupra eadem.l.§.exempli. Sol.dicit hic prima glo.quod loquitur de illo qui erat bachatus idest occupatus vel melius inebriatus, & ſic propter inebriationem dicitur eſſe vitioſus Oppo.ſecundo contra.l.ſecundã dum vult quod mutus & ſurdus non dicatur morboſus,ita quod detur actio redibitoria dicta.l.mutum,infra eodem glo. hic in verſi.muti ſoluit duobus modis. Tu
71 dic vt dicam in dicta.l.mutum † Oppon. tertio, & vltimo contra.l. ob quæ vitia.circa princip.dum vult quod propter vitium corporis quod penetrauit vſq; ad animum poteſt agi redibitoria. nam imò videtur quod non, quia propter vitium animi nõ datur,vt infra eodem.§.animi vitium,timore huius contrarii gloſſ.hic in ver.poſſe dicit ꝙ non datur propter vitium animi ſolum, ſed propter vitium corporis, quod penetrat vſq; ad animum.& hoc tenet in effectu hic Arg.qui dicit quod hic eſt caſus quod quantum ad redibitionem cõcedendam vel denegãdam, vitium corporis præfertur vitio animi,quando in eodem ſimul vtrunq; reperitur,& quod iſtud ſit verum patet ex text. ibi. ſed ſi vitium corporis vſq; ad animum penetrat.forte ſi propter febrem, nam ibi dictio vſque ſtat incluſiuè, vt dixi ſuper tex.& includit vitiũ corporis & animi. Præterea dum dicit de febre patet manifeſte,quod loquatur de illo qui habet vitium corporis, & ſic febrem, & vitiũ animi ſimul, qui eſt effectus freneticus & fatuus. Præterea non poteſt tranſire vitium corporis vſq; ad animum,vt in frenéſi & furore, niſi etiam remaneat vitium corporis puta febris,vt de ſe patet. Præterea hoc etiam probat text. infra eodẽ in.§.in ſumma, vbi dicit quod in duobus caſibus tantum principaliter datur actio redibitoria, primo ſcilicet quando eſt morbus corporis tantum,ſecundo quando morbus eſt corporis & animi ſimul,& dum dicit in ſumma, apparet quod infert ex prædictis. ſed relatio non poteſt fieri de morbo corporis & animi ſimul.niſi ad iſtum textũ.l.ob quæ vitia,in principio, & ad.§.interdũ ſupra eadem: ergo iſte text. ad quos fit relatio debet intelligi, ſecundum textũ qui facit relationem.l.aſſe toto. de hæred.inſtit.cum ſimili.Ex prędictis itaq; concludo quod actio redibitoria nõ poteſt competere regulariter niſi quando eſt vitium corporis tantum, vt vitium corporis & animi ſimul, quia vitiũ corporis tranſiuit vſq; ad animum & vtrũque remãſit,& ita intelligatur iſte tex. & text.& in.d.§.interdum: non autem quando vitium animi cauſatum eſſet à vitio corporis & eſſet tantum de per ſe licet aliter dixerim in dicto.§.interdum in primo nota. Quæro.j. quæ reſponſa dabat iſte circa fana id eſt templa.gloſ. hic ſecunda dicit,vt faciunt ebrii, & bene quaſi ſi dicat ſi daret aliter vt alii dãt non eſſet vitioſus,vt dixi.ſ. in.j.oppo,
72 †Quæro.ij.quid vult dicere text. dum dicit quod etiam ſi per luxuriam id factum eſt gl.hic tertia dicit quod poteſt

hic

hic capi proprie pro ipſa luxuria, vel &
melius accipitur hic luxuria pro nimio
abuſu, cuiuſcunq; enim rei abuſio dici
tur luxuria, vt. j. de damno infecto. l. ex
damni. Ex iſta gloſſ. nota quod dicatur
luxuria. & adde quod aliquando luxu-
ria accipitur pro lata culpa, vt. l. ſi for-
tuito. infra de incen. ruin. naufrag. Ali-
quando ponitur pro prodigalitate, vt
in. l. non debet & ibi gloſſ. in verſ. luxu-
rioſo, ſupra de dolo. & in dicta. l. ex da-
mni in principio. item adde quod luxu
riam prouocat eſus & vinum, iuxta il-
lud ſine Cerere & Bacho friget Venus
ſed magis prouocat vinum quam eſus,
iuxta illud prouerbiorum ſeu parabo-
larum. xx. luxurioſa res eſt vinum nūc
& ad Epheſe. vj. nolite inebriari vino in
quo eſt luxuria. Dicit tamen Iſidorus
de ſummo bono. luxuria carnis nobi-
lior eſt; quia ſtatim per ſe turpis eſt.
Item adde quod luxuria non debet ha-
bere pluſquam caſtitas, vt in authen. de
reſt. & ea quæ parit in. xj. cum ſequent.
§. fina. & de luxuria habetur in. l. ſi ve-
ro non remunerandi in. §. adoleſcens,
ſupra manda. & vide plene per Iſidor.
de ſummo bono libro ſecundo, capitu-
lo de luxuria, & capitulo ſequen. & per
Beatum Thom. de Aqui. in ſecunda ſe-
cundæ. de ieiunio. §. ad octauum, & ple-
nius per eundē in capitulo de luxuria.
73 † Quæro tertio, quia dicit hic tex. quod
ſi talis ſeruus maneret in eo vitio, de
quanto tempore intelligi debet, quod
maneat gloſſ. reſpondet non continue,
vel continue quantum ad hoc edictum
quaſi dicat licet cōtinue inebrietur, nō
propter hoc dicitur habere vitium cor
poris, ita quod pro eo detur actio redi-
bitoria. Nota tamen ex gloſſ. quod ver-
bum manere poteſt verificari in actu,
qui fit ſæpe vel continue, & adde quod
aliquando verbum manere capitur pro
detinere: vt. l. in fiſcalibus. C. de exact.
tribu. libro decimo. Aliquando accipi-
tur pro ſoluere. vnde manere rem apud
accipitur id eſt rem ei ſolui, vt eſt text.
cum gloſſ. in ver. maneret in. l. tale pa-
ctum. §. finali. ſupra de pact. & ibi Bar-
tol. & Doctores. & an hoc verbum re-
manet ſit directum. commune vel ob-
liquum, vide per Bart. in. l. centurio. in
fine. infra de vul. & pu. & per Bald. in. l.
fina. in penultima columna, in fin. C. de
ſacroſanct. eccleſ. vbi ponit de materia
verborum directorum communium &
obliquorum. Quæro quarto, quare non
poteſt agi hic actione redhibitoria, quan
do ſeruus eſt bachatus. circa gloſſ. hic
in verſicu. non poſſe collige notabili di
cit quia eſt vitium animi, & pro vitiis
animorum non datur, vt in. §. animi vi
74 tium infra eadem. † Quæro quinto,
qui dicantur cupidi, & qui auari; & ſic
quæ eſt differentia inter iſtos glo. hic re
ſpondet quod cupidus eſt acquirendo,
75 auarus in retinendo. † & adde quod
hic cupiditas accipitur in malam par-
tem, vt dixi, & ideo cupiditas ſerua ap-
pellatur, extra de Iudęis, in. c. ita quorū
dam, & not. per Archi. in. c. auaritiæ de
electi. li. vj. Item dicitur cupiditas radix
omnium malorum ad Timot. vj. & de
pœnit. diſtinct. ij. quia radix. Item cupi
di ab Apoſtolo ordinari prohibentur
ad Timothæ. iij. & ad Titum primo. &
xlij. diſtinct. in princip. & de cupidita.
vide per Archidiac. in capitulo fina. de
reſcript. libro ſexto. Sed cupiditas adi-

ſcendi & optima ratio viuendi. vnde dicitur etiam ſi alterum pedum in fouea haberem, vellem aliquid diſcere, vt eſt tex. in. l. apud iulianum. ĵ. de fideicom. libert. Item cupiditas habēdi multos libros non eſt improbata vnde dixit Hieronym. epiſtola. xl. vtinā omnium tractatorum haberem volumina, vt tarditatem ingenii eruditionis diligentia cō penſarem. vnde Aug. etiā narrat in li. ij. de ciuit. Dei. ꝙ Plato licet eſſet egenus tñ tres libros pitagorę emit magno pretio, & vide de hoc etiā quòd habetur in libro de vita & mori. philoſophorum in tertia par. vbi dicitur quod beatus Thomas de Aquin. dixit ſe velle magis habere Chriſoſtomum ſuper Matthæum, quàm ciuitatem Pariſienſem, & de hoc vide late per Oldrad. in conſi. lxxxiiij. vnde Policrates lib. vij. c. ix. dicit quod non credit ſine lectione authorum poſſe fieri hominem literatum credo quod expediat habere multos libros & illos legere, ſecundum quod occurrerit, & cito efficietur quis prudens, licet Seneca aliter videatur dicere in epiſtola ſecūda ad Lucullum & in epiſtola. lxxx. vbi videas, & pro hoc facit ꝙ dixit Socrates in oratione ad Dęmonicū in fi. vbi dixit quod non ſolum dictis à nobis cō tenti eſſe debemus, ſed etiam poetarum optima adiſcere, & aliorumq́ rethorum, ſi quid vtile dixerunt colligere. quemadmodum. ij. apes videmus ad omnia, qui de germina ſedentes à quibuſlibet tantum vtilia accipientes. ſic oportet & diſciplinę & ſtudii cupidi nullam quidem rem inexpertam habere, ſed vbiq; omnia vtilia legere vix, etenim hac cū ſumma diligentia, & citra quis naturæ

defectus ſic prodibit, & de iſta cupiditate non loquit̄ iſte text. item credo quod ſit bonum deſiderare & cupere & habere multas diuitias, ſi habemus animum bene diſpenſandi. vide Hieronym. contra Pelagianos, & ad Elbiá, & nota per Doctor. in capitulo conſtitutis, in principio, extra de appellatio. & ibi vide Cardina. Florentin. & de iſta cupiditate non loquitur iſte text. Item credo, quod ſit bonum Doctores, & conſiſtentes in aliquo magiſtratu vel regimine appetere & habere pulcherrima veſtimenta, ſecundum ſtatus dignitatem. Nam eſt bonum quod Doctores vadāt togati, & multum bene ornati, vt propter illa dignitas Doctoratus appareat & ſi hoc faciunt non ſunt reprehendēdi de pompoſitate, ſed ſcholares bene ſunt reprehendendi, qui ſibi veſtes Doctoribus ſolum congruentes aſſumunt, adde tu ſicut faciunt ſcholares Patauini, ita dicit nota. ad literam gloſſ. in capitulo ad apoſtolicæ ſedis, de priuileg. in ſexto, & vide de Doctores & aduocatis quomodo debeant incedere bene veſtiti per Speculato. in titulo de aduo. in principio, idem credo qood ſit bonum appetere habere magiſtratus & officia, vt quis poſsit bene regere rempublicā. non gratia honoris. item credo quod ſit bonum deſiderare ſe eſſe potentem nō propter ſe, & ad pompam, ſed vt amicis ſuis ſeruire poſsit, vt legitur de Cæſare q ita dicebat. tales ergo cupidi nō dicūtur vitioſi, nec de iſtis loquitur iſte tex. vt ſupra dixi. iſta ſufficiant quantum ad cupiditatem an & quādo ſit approbata vel nō. Sed an liceat epiſcopatus appeti vide tex. & Doctores. in. l. ſi

quen

quenquam. C. de epiſcop. & cleric. & plenè per Thomas de Aqui. in ſecunda ſecundæ. q. clxxxiiij. capitulo primo.

76 † De Auaritia autem vel auaro dicimus aliquid, & primo nota. ex gloſ. hic quod auaritia eſt retinendo, vnde dicitur auarus conſeruat, vt dicit Archidi. xlvij. diſtinc. omnes debiles, vide quod nota per Cardin. antiquum in capitulo auaritiæ de electio. libro ſexto, & vide late per Alberic. de Roſato. in. l. ſi quis in ſuo. C. de inoffi. teſtam. & adde quod auaritia eſt æris auiditas, vt dicit Tho. de auaritia, capitulo. xviij. & capitulo ad primum. item auaritia eſt idolorum ſeruitus, vt in capitulo auaritia, de electio. & prima quæſtione prima, cum omnis, & capitulo ſicut vrgeri, & prima

77 quæſtione tertia ſaluatori. † Item auarus dicitur etiam qui multis donat. ſi dona non æquantur facultatibus donantis, vt dicit Egitius libro ſecundo, de regimine principum. c. xix. Itẽ auaritia eſt mater omnium malorum. & maxime cum iudicium animabus inhæreti. vt in auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffi. §. cogitatio, de peni. di. ij. §. quo-

78 rum. † Item an auaritia ſit peccatum ſpirituale & cui virtuti opponatur vt vtrum ſit mortale & grauiſſimum peccatum, & vtrum corporale vel ſpiritua le, & de filiabus eius vide Tho. in ſecun da ſecundę de auaritia ad. vj. in. c. xviij.

79 † Item auari non ſunt liberi, ſed ſerui pœnæ. vt habetur in libro de regimine principum. c. xviij. in penul. columna.

80 † Item ſenes communiter ſunt auari, vt dicit Tullius in li. de ſenectute & Philoſophus in. iiij. ethicorũ, & dicit Tho. de Aqui. in ſecunda ſecundæ. 5. quod ſenes propter naturæ carnis defectum in

81 cidunt in auaritiam. † Item mulieres communiter ſunt auarę vt eſt tex. & ibi no. in. l. ſi ſtipulata. §. j. infra de donatio.

82 inter vir. & vxo. † Item auaro videtur pecunia ſua quid incomparabile, vnde videtur quod quando aliquid dat quod de ſuo corpore det, vt dicit Egi. ſecundo libro de regimine princip. cap. xvij

83 † Item auarus interdum plus expendit quam largus. d. lib. de regimi. princip.

84 c. xxj. † Item auaro non implebitur deſiderium ſuum, & qui diligit diuitias fructum non capiet ex eis vt dicit Salo. in prouer. contrario. §. prodigalitatem, & vide in. ij. ij. c. ad primum. c. xix. q̃ tamen intelligi niſi deſideraret diuitias cauſa bene diſpenſandi vt dixit de cupiditate, & de auaro & auaritia vide pulcherrime. xlvij. dicto. c. ſicut, & vide per Alberic. de Roſat. in ſuo Alphabe. primo, in verſi. auaritia mater eſt, & in ſe-

85 cundo Alphabe. in ver. auaritia. † Quæro ſexto, qui dicantur curui, gloſſ. hic dicit quod dicuntur illi qui habent tantum corpus curuum retro. non rectum

86 & directo diſpoſitum & bene. † Quæro ſeptimo, qui dicantur puriginoſi. gloſſ. hic dicit quod dicuntur illi ſcabioſi qui ardorem carnis patiuntur, & ſic in hoc videntur differre à ſcabioſis quia illi non dicuntur ſecum habere ardorem carnis licet habeant aliqua

87 lem. † Quæro octauo an aliquando poſſit dari actio redibitoria pro ſeruo ſcabioſo vendito, videtur quod nõ per text. huius. l. ſecunda gloſſ. dicit contrarium, quando propter ſcabiem perderet vires corporis, & ratio eſt qui tunc incommodatur multum vſus corporis, ſupra

ſupra eodem.l.prima.§.ſed ſciendum. & facit quod dixi ſupra in nono notabili,ibi vide,loquitur ergo iſta.l.ſecunda,ſecundum gloſſ.quãdo propter ſcabiem non impediretur multum vſum corporis & bene.

88 †Quæro nono circa.l.ob quæ vitia in prin.dum dicit tex, quod ob iſta vitia datur actio ex empto de qua actione intelligatur,& gloſſ. hic in verſi.ex empto,dicit quod intelligitur de actione ex empto quanto minoris res eſt quæ eſt prætoria. Ego nõ credo quod iſta gloſſa bene dicat,quia præſuponit quod actio quãto minoris prætoria non ſit proprium nomen actionis quod eſt falſum vt dixi late ſuper rubr. in quarta quæſtione,vnde credo quod iſte tex.debeat intelligi de actione ex ẽpto ſimplici de qũa loquitur totus titulus. ſupra de actio.emptio.&.C.Nam debes ſcire quod etiam vbi datur actio redibitoria,quando venditor fuit ſciens de vitio vel morbo poteſt agi actione exempto,ad intereſſe,vt eſt tex.in.l.Iulianus in prin.ſupra de actio.empt. & ibi hoc no.Pau.de caſt.de iſta ergo actione ex empto poteſt intelligi iſte tex. & tex.in.l.j.in fi.ſupra eodem. vel poſſumus dicere quod hic loquatur de actione exempto quanto minoris ciuili, & ſic quanto minoris empturus fuiſſet. nam illa non eſt proprium nomẽ actionis,vt eſt tex.in.d.l.Iulianus in princi. ibi tantum ex empto actionem præſtaturũ quanto minoris &c.& ibi hoc vult etiam Domi.Paul°.& dixi ſupra in rub in quarta quæſt.licet aliter dixerim vobis incidenter.ſupra ead.in.§.interdum in.j.oppo.& iſta poteſt competere etiã quando res vendita propter vitium nõ minus valeret.quo caſu non expedit ſibi intentare actionem prætoriam quanto minoris res eſt.Sed aget actione iſta ciuili quanto minoris empturus fuiſſet & in hoc ſtabitur iuramẽto ſuo,quãto minoris empturus fuiſſet cum aliter non poſſit conſtare,vt.l.ſi cui.§.eiſdem infra de accuſa.vt dixi ſupra eodem.in prin.in quinta quæſtio.& ſupra eadem in.§.ſed ſciendum in nouo not.& hoc vlt etiam Domi.Pau.de caſt.in.d.l.Iulianus in princi.licet non quantum ad iſtum tex.

89 †Quæro decimo & vltimo qui dicantur impoſtores gl.hic dicit quod ſunt illi qui imponunt aliquid alicui.ſupple tu mendaciũ ſecundum Alberi.hic ſuper tex.vnde ille dicitur impoſturam facere qui bonis viris mendacia imponunt,vt eſt tex.cum gl.in.l. tertia.§.item ſi quis infra de cri.ſtellio. & vide tex.de peni.diſt.iij.in.c.penitentes ſi tamen eſt is in ver.impoſturam. & ibi glo.quæ exponit ideſt falſum ei imponere.& dicit per iſtum tex.ꝙ impoſitor dicitur ille qui iniuſtè & falſo aliquid alicui imponit.

SVMMARIVM.

1 *Murio quis dicatur.*

2 *Redhibitoria an teneatur qui fatuum vel murionem vendidit.*

L. OB QVAE VITIA.

§ IDEM POMPONIVS. Si ſeruus venditus ſit ita fatu° vel murio, vt in eo nullus vius ſit.dicitur eſſe vitioſus,ita quod datu-

tur actio redibitoria,& appellatio mor bi & vitij pertinet niſi ad corpora.h.d.

1 † In tex,ibi murionem,ideſt ignauũ vel ſtultum vnde murindus, ignauus vel ſtultẽ dicitur,vnde Plautius murin de homo ignaue iners. Ibi nullus ſit dic.ſ.ad nullam vtilitam,& vide quòd nota.ſupra eadem.l.prima. in princip.

2 † Ibi vitioſum videri,ſubaudi & ex empto tenetur emptori ſecundum Alberic.Ego credo quòd etiam tenetur re dibitoria,vt dixi in ſummario,& ratio eſt quia hoc vitium ſtultitiæ cauſatur communiter à vitio corporis,& impedit multum vſum.ergo poteſt competere actio redibitoria,vt ſupra eadem.l. pri. §.interdum.&.§.idem viuianus,& ibi dixi plene in nona quæſtio.Sed ſi volumus intelligere hic de fatuitate,quę nõ cauſatur ab aliquo morbo corporis.puta quia ſunt ſimplices vel ignaui & inertes.ita & taliter quòd in eis nullus vſus eſt.tunc pene credo quòd non cõpetat actio redibitoria,ſed ſolum actio ex empto ſecundum expoſitionem Alberi. Ibi niſi ad corpora, dic quo ad redibitionem fiendã ſecundum Alb.& bene,nam quantum ad actionem ex empto appellatio vitij bene pertinet etiã ad animum,vt ſupra eadem.l.prima.§. idem viuianus,& ſupra ead.l.in princi.

No.primo quod venditor ſerui non tenetur præſtare ipſum ſeruum valde ſapientem,de quo vide omnino text.in l.ſi quid venditor.& quòd ibi late dicã. j.e. No.ſecundo ꝙ ſi ſeruus vẽditus eſt ita fatuus vel ignauus in eo nullus vſus eſt.poteſt actione redibitoria quã do vitiũ proceſsit ex vitio corporis,vel ſolũ actione ex ẽpto.quando tale vitiũ nõ proceſsit ex morbo corporis.vt dixi ſuper tex. No.tertio ꝙ appellatio vitij & morbi quantum ad hoc edictum, & ſic quãtũ ad actionem redibitoriã nõ pertinet niſi ad vitia corporis non animi,vt eſt tex.cum glo.in.l.j.§.aiunt ædiles,ſupra eo.& eſt tex.in.§.ſed ſciendũ,& ibi dixi.& eſt tex.in.§.interdũ, & in.§.idẽ viuianus,& vbique dixi aliqd. hic non ſunt alia,ſequitur.§.animi.

Bartholomeus Cępolla.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Redibitoria an & quãdo pro vitio animi locum habeat.& numero.2.cum ſeq.*

2 *Redibitoria an detur pro iumentis pauidis & & calcitroſis nume.4.*

3 *Intellectus ad.l.j.§.j.ſupra eod.*

§. ANIMI AVTEM VItium.Propter vitium animi non datur actio redibitoria,niſi venditor promiſerit,& niſi ſeruus vẽditus fugitiuus vel erro.& ſecũdũ quoſdam etiam pro iumentis pauidis & calcitroſis non datur, quia tales dicuntur habere vitium animi.h.d.vſque ad.§.in ſumma. In textu.ibi promiſit.dic.ſ. quia dixit venditor volo teneri redibitoria de vitio animi ſi quod habet vel etiam poteſt intelligi quia promiſsit vitiũ abeſſe,vt infra.§.proximo. Ibi ſi minus non dic fallit in fugitiuo errone,vt ſequitur,& in aliis caſibus vt ſtatim dicam in.ij. nota. Ibi dixerunt. & ſic ſecundum eos redibitio ceſſare deberet quod tamen non eſt verum,vt in

1 fra dicam in.iiij.oppo. † Not.primo ꝙ re

ꝙ regulariter actio redibitoria non habet locum pro vitio animi.concordat ſupra eodem.l.prima.§.iterdum.&.§. idẽ viuianus,ꝙ fallit primo quãdo ipſe vẽditor promiſiſſet,& ſe ad hoc obligaſſet vt probatur hîc in ver. ſi promiſit, vt dixi ſuper text.Fallit ſecundo quando eſt dictum tale vitium animi ab eſſe cũ adſit,vt in.§.in ſumma infra proxime. Fallit.iij.in ſeruo fugitiuo & errone, vt hîc. nam iſti dicuntur habere vitium animi,& idem tenet gloſſ.in iſtis tribus in.l.prima.§.in princip.in ver.aiunt ſupra eod.& ibi plenè dixi in prima . qõ. Fallit quarto,in iumentis pauidis ſeu vmbroſis & calcitroſis.nam licet iſtud ſit vitium animi,vt dicit tex.hîc in fin. tamen datur iſta actio,vt.l.bouem in princi.infra eodem.licet aliquid tenuerint contrarium vt hic in text.in fin.vt infra dicam in quarta oppo. Fallit & quinto quando vitium animi cauſatur à vitio corporis & vtrunque durat.ſ.vitium corporis & animi ſimul & non aliter,vt dixi ſupra proximo.§.in.iij. oppo,vbi omnino vide.Fallit & ſexto in ſeruo,qui capitalem fraudem commiſſerit vel mortis cõſciſcendę cauſa ſibi quid fecerit vel in arena depugnandi cauſa ad beſtias intromiſſus fuerit,quia iſti tales excipiuntur ab edicto, vt eſt tex.ſupr a ea.in.§.item ſi mancipium,& dicam infra in iij. oppoſi. Fallit & ſeptimo quando ſeruus omnino manumitti non poteſt.forte propter aliquod delictum vel ſub pœna vinculorum diſtractus eſt,vel ab aliqua poteſtate dãnatus eſt.nam tunc licet iſta proceſſerint ex delicto ſerui,& ſic propter vitiũ animi tamen venditor ſi non prædicit tenetur redibitoria,vt eſt text.in.l.quis ſit fugitiuus.§.pen.ſi quis talis infra eo.

No.ſecundo ꝙ fugitiuus & erro dicuntur habere animi vitium & pro eis datur actio redibitoria,vt ſtatim dixi.

2 †No.tertiò quòd iumenta pauida & calcitroſa dicuntur habere vitium animi,& propter hoc quidam dixerunt ꝙ non datur actio redibitoria,vt dicit hic tex.Sed tu dic contra quòd imo datur,& ꝙ iſti non bene dicunt,vt dicam infra,in quarta oppo. Oppon.primo contra iſtum tex.qui vult ꝙ vitium animi venditor non præſtat . nam,imò videtur ꝙ ſic,quia tenetur actione ex empto,vt.l.j.§.fin.ſupra eod.& in hac.l. in prin.Sol.dicit gl.hic in ver.venditor.& in ver.minus,intellige quòd non præſtat hoc edicto,ideſt actiõe redibitoria quaſi dicat ꝙ propter vitium animi tãtum emptor non poteſt conueniri actione redibitoria etiam quanto minoris prætoria,quę deſcendunt ex hoc edicto,ſed bene poſſunt conueniri actione ex empto,vt, in contrarijs. Opponi.

3 ſecundo & videtur ꝙ etiam ſi venditor promiſit de vitio animi ꝙ non teneať per.l.j.§.j.ſupra eod.Sol.dicit glo.intelligi hic quando expreſſe dicit de vitio animi quo caſu tenetur vt hic.Secus ſi in gñe dixit nihil morbi vel vitij eſſe, quia tunc illa verba morbi vel vitij in genere prolata intelligerentur de vitio corporis tantum vt eſt tex.in.ſ. præcedenti in fi.& ita intelligiť.d.l.j.§.j.ſupra eo. Op.& tertio & videtur ꝙ ędilitiũ edictũ nõ ſolũ excipiat ſeruũ fugitiuũ & erronẽ,ſed illũ qui capitalẽ fraudẽ admiſerit,vt ſupra eo.l.j.§.itẽ ſi mãcipiũ.gl.fatetur cõtrariũ dicens ꝙ etiã

excipit illũ & alios,de quibus:vt.in.d.§.
item ſi mãcipium vt dixi ſupra in.j.no.
4 in,vj.fallen. †Opp.iiij.contra iſtum
tex.qui dicit ꝙ quidã dixerũt ꝙ in iu
mẽtis pauidis & calcitroſiſ non habet
locũ hoc edictum.de.l.bouem.in princ.
infra eo.gl.hic finaliſ fatetur contrariũ
dicens ꝙ iſti tales male dixerunt ꝑ tex.
in.d.l.bouem.in prin.& idem tenet gl.
hic in ver.demũ,& idem tenet gl.in.d.
l.bouem.in priu.& ſupra eodẽ.l.j.§.j.in
gl.que incipit ex quinque cauſis & ibi
dixi in.j.q.& in.vj.no.vbi vide ; & idẽ
tenet glo.in.l.ædiles aiunt in.§.locan-
tur,in ver.ferè,infra eo.& cum iſte opi.
opi.videtur tranſire hic Bal.& pro hoc
eſt tex.in dicta.l.ædiles aiũnt.in.§.locã
tur,in verſi.fere,& in.§.non tantum ea.
l.& ibi gloſſ.hoc etiam vult,& hoc vult
etiam Ang.in.d.l.bouem.in prin.& Al
ber.hic qui dicit ꝙ eſt differentia inter
mancipia & iumenta.nam pro manci-
piorum animi vitio, non habet locum
actio redibitoria,ſed pro iumentorum
vitio animi ſic,& iſtud credo verius per
prædicta.de quo dicetur aliquid in pręe
dictis locis vbi gl.tangit.& ex iſtis nota
ꝙ ſi equus; venditus eſſet imbroſus &
pauidus vel calcitroſus poteſt agi actio
ne redibitoria & reſcindi contractus ꝙ
nota,& vide quod dicam in.d.l,bouem.
in princ.infra eodem.

Bart.Cępolla.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Dictio in ſumma quomodo exponatur.*
2 *Redibitoria pro animi tantum vitio non com petit,ſed actio ſimplicis ex empto ad interreſſe vel ciuilis ex empto quanto minoris empturus fuiſſet nu.3.*
4 *Mixtum ſub ſimplici cõprehenditur,& nu.6.*
5 *Habẽs poteſtatẽ legitimãdi inceſtuoſos,an poſ ſit legitimare ſpurios & inceſtuoſos.*
7 *Actio redibitoria datur pro vitio animi,à vi tio corporis cauſato.*

§. IN SVMMA. Pro-
ptee vitium animi tan-
tum non propter agi ac-
tione redibitoria,ſed ac-
tione ex empto, ſed pro-
pter vitium corporis tantum vel cor-
poris & animi mixum bene poteſt agi
1 redibitoria.h.d.in terminis. †In text.
in ſumma ideſt vt breuiter expediam:
vt & ſupra de condi,inde.l. in ſumma,
& infra de aqua plu.ar.l.in ſumma &
inſtitut.de donatio.§.ſed in ſumma. &
ponitur hic illatiue,ex præcedentibus,
vt dicam infra in.iiij.& vltimo not.Ali
quando ponitur in ſumma ideſt in pre
tio ſeu quantitatẽ,vt ſupra de pignora
titia actione.l.ídẽque iuris. Ibi vitiũ
eſt,dic.ſcilicet in mancipio vendito.
Ibi agi poteſt dic ſecundum Albe.ſcili
cet quanto minoris & intellige de ciui-
li quanto minoris empturus fuiſſet. nõ
autem de prætoria quanto minoris res
eſt.item poteſt intelligi de actione ex ẽ
pto ſimplici ad intereſſe quando vendi
tor fuit ſciens,vt fuit hic. ibi ſi ſciens.
Nam talis actio poteſt competere etiã
vbi competit actio redibitoria, vt eſt
tex.in.l.Iulianus in principio.ſupra de
actio emptio.circa quod vide omnino
quod dixi ſupra eadem.l.in principio.
in nona.q. Ibi ſi ſciens.ſ.venditor &
ſubaudi maxime ſecundum Albe.& vi
de infra ad Sillã.in.l.ſi quis in graui.in
§ finali.

§.fi.& quod ibi nota.per Bar.& Docto.
2 Ibi retinuit id eſt tacuit. †Not.j.
quòd pro vitio animi tantum non po-
teſt competere actio redibitoria niſi ſit
dictum vitium abeſſe,quod fallit etiam
in pluribus aliis caſibus de quibus dic,
vt dixi ſupra eod.in.§.præced.in.j.not.
3 †Not.ſecundo quòd licet pro vitio
animi tantum non poſsit agi actione
redibitoria tamẽ poteſt agi actione ex
empto,ſimplici ad intereſſe vel actione
ciuili ex empto quanto minoris emptu
rus fuiſſet,vt dixi ſuper tex. No.ter-
tio quòd licet pro vitio animi tantum
non poſsit agi redibitoria,ſed pro vitio
corporis tantum ſic,tamen ſi vtrunque
vitium mixtum eſt, ſcilicet corporis &
4 animi poteſt agi. † Et ſic ex hoc nota
quòd mixtum ſapit naturam ſui ſim-
plicis potentioris, & ſic ſimplex magis
potens compræhendit ſub ſe mixtum,
non autem ſimplex minus potens, &
pro hoc eſt etiam text.& ibi Floria.in
5 l.ij.in fi.ſupra ad leg.Aquil.†Quod fa-
cit ad.q.vnus habet poteſtatem legiti-
mandi inceſtuoſos, & nõ ſpurios.quod
ſi reperitur vnus qui ſit inceſtuoſos &
ſpurios quòd talem poterit legitimare,
ex eo quòd habet poteſtatem legitimã-
di inceſtuoſos,& ſic illud quòd eſt plus
non ſic haberet poteſtatem ecõtra ſci-
licet legitimandi ſpurios & non ince-
ſtuoſos. ex quo ſequitur alia deciſio
quòd multo magis habens poteſtatem
legitimandi ſpurios & inceſtuoſos po-
terit legitimare illum qui eſt ſpurius &
inceſtuoſus ſimul, de qua vltima quæ-
ſtione vide per Bart.Ang.Ioa.de Imo.
Raph.Cuma.& Domi.Ludo.de Roſat.
plene in.l.ij.infra de verbor.obligat.&
vide per Domi.Anto.de Rozel.in quo-
dam ſuo tracta,natalium ſeu legitima-
tionum in.ij.libello in cauſa materiali,
in ver.ſed iuxta hoc quæro aliquis ha-
bet poteſtatem legitimãdi ſpurios &c.
& per Bal.& Dominum meum Domi.
Angel.de Aret.& Doct.Inſtit.de actio.
in.§.omnium.& gloſ.ibi vbi late vide
per eum & vide Ioan.And.& Ioan.Cal
der.in.c.at ſi clerici.in.§.adulter.extra
de iudiciis.& per Ioan.Calder.qui di-
ſputauit iſtam.q.in ſua diſputatione,&
vide in Specul.qui filii ſint legit.ſuper
6 rub.per Ioan.And.†Et de materia mi-
xti & de multis generibus mixti vide
latiſsime per Domi.Ludo.de Roma.in
dicta.l.ij.in princ.infra de verborum
obligatio.& vide bonum tex.in.l.iij.in
fi.& ibi Salyc.C.de bonis mater.& vi-
de tex.in.l.veteres.in princ.ibi ſiue mi-
xte.C.de contrahen.& commit.ſtipul.
& vide optimam gloſ.in.l.certi condi-
tio.in.§.quoniam.in verb.coniunctim.
ſupra ſi cert.peta.& vide tex.in.l.fin.in
§.præterea,circa fin.verſic.ſi vero res
permixtæ fuerint.C.de iur.dot.& vide
Salyc.in.l.fi.§.quæ omnia.C.de ſpon-
ſalib.& vide tex.in.l.ſeruius.alias inci-
pit Seuerinus & quod ibi ſcripſi,infra
de verb.ſignific.& vide in.l.quæritur.
ſupra de ſtat.homin.& in.l.Titiæ te-
xtores.infra de leg.primo.& in.c.ſtatu-
tum.de electio.lib.vj.& nota.in.c.quo-
niam frequenter.in.§.in aliis.vt lit.non
conteſt.& facit.c.nullus.in fin.de elect.
lib.vj.& vide optimum tex.in.l.ij.in fi.
ſupra.ad leg.Aquiliam.& ibi Floria-
nus.& vide bonum text.in.l.ſi quis in
graui.§.fin.& quod ibi not.ad Silania.
7 †Not.quarto & vltimo,quòd hic eſt
caſus

caſus quòd tunc demum datur actio redibitoria pro vitio corporis quòd penetrauit vſque ad animum,& ſic pro vitio animi cauſato à vitio corporis quando vtrunque durat,vt patet hic in verſi. mixtum coniuncto principio in ver.in ſumma,vt plene dixi ſupra ead. l.in princi.in tertia & vltima quæſtione. vbi omnino vide. Oppo. primo contra iſtum text.dum ſi venditor fuit ſciens vitium tenetur ex empto. nam imo etiam ſi fuit ignorans tenetur, vt ſupra de actio.empt.l.tenetur.in princ. & ſupra eod.l.j.§.item ſi mancipium. &.§.cauſa huius edicti. & ibi dixi.Sol. gloſſa.fatetur hic contrarium, & ſic hic non debet ſumi argumentum à cõtrario ſenſu, imo debet ſubaudiri verbum maxime prout dixi ſuper tex.ſecũdum Alberi.vel potes dicere quòd eſt differentia an ſciuerit vel non. quia ſi ſciuit. tenetur actione ex empto ſimplici ad intereſſe & ita loquatur hic aut ignorauit,& tunc tenetur actione ciuili ex empto quanto minoris empturus fuiſſet,vt dixi ſuper text.in.ij.notab.

Bart.Cepolla.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Morbus ſonticus cuique rei agendæ nocet.*

5. ILLVD ERIT. Edictum ædilitium loquitur nõ ſolum de morbo ſontico,ſed etiam generaliter de omnibus aliis morbis.h.d. In tex.ibi ſcriptum eſt.dic.ſ. in edicto, ſupra eod.l.j.§.aiunt. Ibi nihil enim, ibi id eſt in eo loco, vbi eſt

1 talis morbus ſonticus,vt ſequit. †Ibi agitur id eſt agi poteſt, id eſt operari propter morbum ſonticum qui impedit & nocet cuique rei agendæ.& ſic verbũ agitur ponitur hic pro actu qui conſiſtit in facto, non pro actione quæ eſt quid iuris.& iſta ratio textus ſic concludit quòd ideo ædilitium edictum non eſt locutum ſolum de morbo ſontico, ſed etiam in genere de aliis morbis, qui morbus ſonticus eſt ille tantum qui nocet cuique rei. vnde ſi fuiſſet locutum ſolum de illo, ſequeretur quòd ſi eſſet alius morbus qui non noceret cuicunque rei quòd non poſſet agi quòd eſſet iniquum ergo &c.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Redibitoria vel quãto minoris pro leui, vel modico morbo agi non poteſt.& nu.3.*

2 *Lipitudo quæ dicatur, & qui lipi dicantur.*

4 *Vlcus quid dicatur.*

5. IDEM AIT. Propter leuem morbum non poteſt agi actione redibitoria.h.d.

1 †In tex.ibi nõ omnem morbum ſubaudi quia leuis non dat vt ſequitur. Ibi redibitioni dic nec etiam actioni quãto minoris res eſt & ſic prætoriæ quæ deſcendit ex hoc edicto. arg.huius tex. in fin.ibi ad cauſam huius edicti. circa quod vide omnino quod dixi ſupra eo. l.j.§.ſed ſciendum.ſuper tex.in fi.& in ix. notabi.

2 †Ibi leuis lipitudo, id eſt leuis lauiola,quæ generatur circa oculos. vnde lipi dicuntur qui hac abundant.

dant. Ibi lenis dic id eſt modicus,ali-
quando accipitur aliter, ſcilicet facilis
ad credendum, vt eſt tex,& ibi dixi ſu-
per tex,ſupra eod,l.j.§.exempli. Ibi
febriculam adde.l.qui tertiana.& quod
ibi dixi,infra eod, Ibi ad cauſam hu
ius edicti dic id eſt ad actionem redi-
bitoriam, & ad actionem prætoriam
quanto minoris res eſt,quę deſcendunt
ex hoc edicto, vt ſtatim dixi ſuper ver.
5 redibitioni. †Not.quòd pro leui vel
medico morbo non poteſt agi actione
redibitoria,nec quanto minoris,vt dixi
ſuper text, Nota ſecundo quòd de
minimis non eſt curandum quantum
ad hoc edictum, de quo vide quod ple-
niſsime ſcripſi, per caſus & regulas &
remiſsiones, ſupra eodem.l.j. in.§.ſed
ſciendum. in.x. &.xj,notab.vbi omni-
4 no vide. †Quæro primo quid dica-
tur vlcus glo.reſpondet quòd vlcus di-
citur innatum, ſed vulnus dicitur illa-
tum vnde verſus. Illatum vulnus,illa-
tum dicitur vlcus.

Bart, Cepolla,

1. ET QVANTVM INtereſt. Pone duo vitia in
Græco cuius interpreta-
2 tionem nō habemus.quæ
tantum differunt inter
ſe, quantum leuis morbus à graui, ſe-
cundum Alberic.hic & bene. In tex.
ibi inter alia vitia, ſcilicet grauia &
magna. Ibi minus aptus,& ſic non in
totum, & ſic hic loquitur de leui ſeu
paruo. Ibi vſui expone & declara
l.ac verbum.per text,in.l.j.§.ſed ſcien-
dum.in princip.ſupra eod,

Barth.Cepolla.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Dictio recte quomodo hic accipiatur.*
2 *Impetiginoſus quis dicatur, & quæ ſit impe-
tigo & nume.4.*
3 *Vitium quid ſit.*

1. POMPONIVS REcte. Edictum ædilitium
non ſolum habet locum
in morbo perpetuo, ſed
etiam temporali,& im-
petigo,quæ non nocet membro in quo
eſt, non facit hominem vitioſum ſeu
1 morboſum hoc dicit. †In tex.ibi re-
cte i.l eſt bene, & de iſta dictione recte
& rite vide glo.& Bart.in.l.ij.de inoffi.
teſtamen & vide glo.in.l.ſed ſi lege.in
§.ſcire.ſupra de petitio.hæred.& glo.in
l.iuſte poſsidet. infra de acquiren.poſ-
ſeſsio. glo.& Barto.in.l,non putauit.in
§.non quæuis, infra de contra tabul.&
vide omnino Bartol.in.l.lecta.in.iiij.
colum.ad fin ſupra ſi cert.petat.& vide
gloſſ.in.l.& ſi pepercerit. ff.de liber.&
poſthum. Ibi perpetuos id eſt donec
homo qui habet viuit, quia nihil eſt
ſub ſole perpetuum. l.cum debere ca-
lumniam. ſupra de ſeruitu.vrba. præ-
2 dior, †Ibi impetiginoſum id eſt il-
lum qui eſt plenus impetigine, nam
oſus plena notat. Ibi impetigo dic
quòd impetico dicitur eſſe defedatio
cutis, vt eſt volarica. quæ ſi poſteà di-
latatur dicitur ſerpigo, à ſerpo ſerpis,
quia ſerpit more ſerpentis. licet gloſ.
hic aliter exponat. Not.primo quòd
dixi in ſummario,videlicet quòd hoc
edictum non ſolum habet locum in
morbis perpetuis, ſed etiam in tempo-
ralib

caſibus,facit.l.ob quę vitia.§.illud erit. ſupra eod.& de iſtis morbis declaratur vſque ad.§.quis ſit fugitiuus. in princ. infra eod.


bat,quòd non teneatur ſi lupus forte ea
comedit vel aliter fuerunt deperdita.
de quo not.in.l.ſi negocia. ſupra de ne-
go.geſt.& ibi etiam per Albe.& in.l.pi-
gnu.C.de pigno.actio.& no.plene Cy.
in.l.nemo.in vlti.q.C.de epiſc.audien.
in addit.& ibi per Bal.& Docto.vbi al-
legant iſtum tex.& vide in Spec.de lo-
cato.in.§.poſtquam. in verſ.quid ſi lo-
6 caui. †Item facit an conſuetudo ex-
cuſet in delictis.de quo vide in Decre-
tis.iiij.diſt.c.denique.glo.& per Archi.
7 extra de homic.in.c.ex literis. †Item
facit, ſi ſtatuto cauetur quòd nullus de
nocte ante pulſationem campanę por-
tet certas res extra ciuitatem ſub pœ-
na &c. vel quòd nullus poſsit ire per
ciuitatem ſine lumine, & aliquis ſurre-
xit de mane credens campanã eſſe pul-
ſatam.fecit cõtra dictum ſtatutum,nũ-
quid debeat puniri dicas quòd non. Et
ita terminauit Mutinę D.Guid.de Su-
zaria.per hunc.§.vt dicit Gandi.in ſuo
tract.de malefic.in rub.de rebus vetitis
extra diſtrictum.in.j.col.in verſi. Item
quid ſi ſtatuto continetur.licet alleget.
§.idem Labeo.ſed debebat allegare iſtũ
§.apud Labeonem.quod nota.quia ha-
bui de facto dum eſſem puer, & exiuiſ-
ſem de domo,ante campanam Veronę,
in die Paſcatis cauſa me communican-
di,& fuit neceſſarium quòd pater meus
ſolueret nonnullos denarios Cancel-
lario Capitanei Veronæ & malè.
8 †Item facit ad ſtatutum quod dicit
quod homicida exbannitus poſsit im-
pune offendi & occidi.& aliquis occi-
dat vnum minus legitime exbãnitum.
quòd talis occidẽs excuſatur per iſtum
text.de quo per Dyn.& Barto.plene in
l.penul.ff.ad leg.Iul.de adulter.qui di-
cit quòd aut talis occidens ſciuit illum
non eſſe legitime bannitum. & tunc ſi-
ne dubio tenetur, aut ignorauit & tunc
non punitur. tanquam de homicidio
facto doloſe.ſed quia fuit in culpa.quia
non vidit bannum adhibendo conſi-
lium vtrum bannum fuit recte latum,
& tunc ex iſta culpa punietur.l.ij.§.hac
actione.ff.vi bon.rapt.coniuncta.l.lege
Cornelia.ff.ad leg.Cornel.de ſiccariis.
9 †Maxime quia quando quis cum alio
contrahit debet inueſtigare de condi-
tione ſua.l.qui cum alio.ff.de regu.iur.
ergo multo magis in criminalibus.Tu
autem dicas latius ſecundum Rapha.
hic aut enim loquimur de eo delicto
quod exigit dolum. & certè à pœna ta-
10 lis delicti excuſatur. †quia vbi dolus
requiritur etiam lata culpa excuſat.l.ſi
igitur.ſupra de libera.cauſa.& not.glo.
not.in.l.plagiarii.la.ij.C.ad leg.Flaui.
de plagia.& no.glo.in.l.j.in fi.ff.de abi-
ge.& ideo non punitur. vt.d.l.penult.
ff.de adulter. & ideo cum in homicidio
requiratur dolus talis non puniretur
pœna homicidii. l.lege Cornelia.ff.ad
leg.Cornel.de ſiccar. Aut eſt tale deli-
ctum quod exigit ſolam culpam & tũc
diſtinguitur quia ex cauſa arbitrabunt
ſibi licere, ſi enim communi opinione
habebatur pro bannito. tunc propter
communem errorem excuſatur ad hoc
vt euitet pœnam argu.l.Barbarius. ſu-
pra de officio prætor.&.l.iij. ſupra ad
Macedonia. Sin autem error non fuit
communis nec probabilis puta quia
vidit in quodam libro quod erat ſcri-
ptus pro bannito non autem diligenter
inquiſiuit quia poterat eſſe cãcellatus,

& tunc non excuſabitur argu.d.l.qui cũ
11 alio.ff.de regulis iuris. †Sed aduerte quia iſta diſtinctio an delictum requirar dolum non fuit opinio.Bartol.in.l. prima.§.primo.ff.ſi quis teſtam.lib.eſſe iuſſ.fue.& in.l.quod nerua:ff.de poſi. in v.quæſtioue princip.verſic.item quæro vtrum lata culpa æquiparetur dolo,ſed non videtur vera imò videtur contra caſum in.l.j.§.j.coniuncto princ.ff.ſi quis teſta.liber eſſe iuſſ.fuer.item quia in.l. Cornelia quantum ad pœnam corporalem requiritur dolus.vt.l.in lege cornelia.in princip.ff.ad.l.corneli.de ſicar.& tamen quandoque quis punitur corporaliter,& capitaliter.vt.l.ad commentarienſem.C.de cuſtod.reo.item videtur hæc doctrina eſſe contra.l.j.C.de priua. carcer.& difficultas huius quæſtio.ſtat in hoc an lata culpa ſeu magna negligẽtia quæ idem eſt:vt.l.magna negligentia æquiparetur dolo.Barto.loquitur vt ſupra.Tu dic aliãs ſecundum Dominũ Florian.in.l.j.§.ff.ſi menſor fal.mẽ.di. quia aut agitur ad meram rei perſecutionem,& tunc lata culpa æquiparatur dolo.vt.l.quod nerua cum ſimili.ſupra depoſiti.Sed ſi agitur ad meram pœnã tunc ſi is qui eſt in lata culpa aſſeruit vel aſſerere videtur ſe peritum & tunc lata culpa æquiparatur dolo.vt no.glo. in.l.ij.ſupra quod quiſque iur.etiã quo ad pœnam corporalem vt.l.milites.&.l. fi.infra.de cuſto.reo.ſi autem non aſſerit ſe peritum.tunc regulariter non æquparatur dolo.l.j. de ſicariis.&.l.in lege ff.eodem titul.Fallit in caſu ſerui iuiſi eſſe liberi.vt dicta.l.j.ff.ſi quis teſta.lib. eſſe iuſſ.fue.& hoc eſt ibi ex extenſione Iuriſconſulti.vel ſecundum alios: quia verba ædicti illius,ſunt naturali æquitate fundata.vt probatur in dicta.l.in princip.verſicul.hoc autem.quæ æquitas naturalis ita habet locum in lata culpa ſine dolo.ex quo poteſt colligi notabilis doctrina ſecundum Florian.quod lex rigoroſa de dolo loquens ſignanter, ideſt ſpecialiter non compræhendit latam culpam,ſed fundata in naturali æqtate ſic.vt ibi.Fallit etiam in.l.quoniam multa facinora.C.ad legem iuliam.de vi.& ratio ibi nota.Fallit tertio in.l.omnes delictum.in.§.expillatores,& in §.ſequẽti.infra de re milita. Fallit quarto.in.l.penultima.ff.de incend.rui.naufrag ſecundum vnam expoſitionem in fin.alias nihil faceret.Fallit quinto in.l. ſi quis aliquid in.§.qui abortionis.ff.de pœnis.& ratio poteſt eſſe quæ ponitur ibi in text.ſcilicet ne detur malum exemplum aliis.ſi autem agatur mixtim pro rei perſecutione & pœna.vt in iuramento in litem tunc lata culpa nõ ęquiparatur dolo.vt.l.in actionibus, ſupra de in lit.iuran.Et de iſta quæſtion.vide omnino plenè per Barto.in dicta.l.penultima.de adulter.& per Bal.& omnes Doctor.hic per Richar.Malum.& Cy. Dyn.Bald.Alberic.Rapha.& omnes in l.ſi non ſecundum infra de donat.inter virum & vxorem.& vide Bart.in.l.j.§. ex hoc reſcripto.ff.de ventr.inſpiciend. & Bart.in.l.genero.ſupra de his qui notan.infa.& in.l.fina.ff.de crimin.expilhære.& in.l.inter omnes in.§.rectè.ff.de furt.& Barto.in.l.tertia.in.§.ſi ſeruus.ff. de acquiren.poſſeſſ.& Bald.& Ioan.de Imo.in.l.huiuſmodi,in.§.ſi ita cui.de lega.j.& Dyn.& Imo.in.l.qui à latronib. ff.de teſtamentis.& vide Sali.in.l.cum qui

qui duas.C.de adulter.& vide latè per
Florian.in.l.de ætate,in.§.qui iuſto.ff.
de interrog.actio.& eundem Elorian.in
l.doli verbum.in.§.primo.ff.de ſer.cor-
rupt.& vide Barto.in.l.quarta.§.cōdem
natum.in fin.& quod ibi no.ff.de re iu-
12 di. †Item facit iſte text.pro conſiliis
doctorum ſeu aduocatorum peritorum
qui non ſunt aduocati partis,quod quis
habeat iuſtam cauſam litigandi & per
conſequens quod non condemnetur in
expenſis.ita dixit notabiliter Angel.per
iſtum tex.cum ſimili.in.l.terminato.C.
de fructi.& litium expenſis.vbi omnino
vide qui dicit quod aſſertio ſuorum ad-
uocatorum non præbet iuſtam cauſam
litigandi propter affectionem & partia
litatem.argumen.l.fina.ff.de teſtib.ſed
conſilia aliorum Doctorũ qui non ſunt
aduocati' ſic.per text.iſtum & per.l.pi-
gnus.C.de pignor.actio.argum.eorum
quæ not.in.l.in bonorum.ff.de bonorũ
poſſeſsio.& vide omnino Dominũ Mat
theum de Matheſilla.de Bononia.in o-
ctuageſimoſecundo not.& ita tenet Spe
cu.in titulo de expenſis.in.§.nunc vidē-
dum poſt principium.& Bald.ibi in ad-
ditioni.& ita conſuluit ſemel dominus
meus.D.Paul.de caſtro.quibus adde ꝙ
not.Barto.in.l.bonorum.ff.de bonorum
13 poſ. †Item per iſtum tex.dixit Cyn.
in.l.in bonæ fidei.in.v.quæſtio.C.de re
bus credi.& iureiuran.quòd ſi ſcholaris
aliquo delicto commiſſo recedit ad par
tes ſuas.præſumendum eſt quòd fuerit
propter alias cauſas,vt cauſa vidēdi ne-
gocia ſua facit.l.merito.ff.pro ſocio de
quo dic vt per Cyn.in dicta.l.in bonæ-
fidei. Item facit iſte text.hic in fin.ad
multas quæſtio.quas poſuit ſupra ead.
l.in principio.dic vt ibi dixi. Oppo.
contra iſtum textum.dicto.§.idem Ce-
lius.qui ſtatim ſequitur.Solue vt ibi di
14 cam in prima oppoſit. †Quærit hic
Ange.de vna pulchra quæſtione.iuxta
prædicta pone quòd.cancellatio banni
debet fieri ex cauſa & non reperitur in
archiuo publico,quia fortè libri fuerũt
combuſti.ſed bene ſunt quidam priuati
qui habent inſtrumentũ banni.quomo-
do ſubuenitur ipſi bannito vt non poſ-
ſit capi.& dicit ꝙ dominus ſuus domi-
nus Bal.circa hoc ponit duplex remediũ
in.l.noſtram.C.de teſtamentis. Pri-
mum eſt quòd ſyndicus communis libe
ret' & inde conficiatur publicum in-
ſtrumentum, quòd ponatur in archi-
uo publico.arg.l.huiuſmodi.§.ſi ita cui
de leg.primo vbi eſt tex. valde notabi-
lis quantum ad hoc,ſecundum eum.Se-
cundum remedium eſt quod iudex pro
nuntiet,quod ſi quandoq; tempore ap-
parebit de bāno talis declarat ex nunc
non valere,vt not.Innocen.in.c.contra
perpetuus.extra de fide inſtru.Dicit ta
men Bald.ibidem quod ad hoc vt non
poſsit prætendi aliqua ignorantia cau-
tela eſt facere vnum edictum per edi-
cta,& ſic patet ex dictis ſuis quod non
ſufficit ſcriptura eſſe in archiuo publi-
co ſi per edicta non publicetur circa
quod vide licet non alleget,ſupra de
origi.iur.l.ij.in prin.ſuper verb.inſtru-
mentis,& dicit Ange.quod per illam.l.
audiuit pluries à doctorib' quod egre-
gius Doctor.D.Andreas de Monte ob-
tinuit in quadam cauſa contra ipſum.
15 †Quærit glo.hic in verb.poſtulari qua
re ſerui poſtulant ſe venales, & in quo
loco,glo.reſpōdet ad primum quod ma

le & nimis atrociter tractantur à dominis,& tunc poſtulant ſe venales & tunc dominus cogitur eos vendere. Item reſpõdet ad ſecundum, videlicet quòd fugiunt ad ſtatuas de quo vide text. Inſti. de his qui ſunt ſui vel alienis iur. §. fin.
16 ex qua glo. not. † quòd ſerui fugientes ad ſtatuas adde tu, vel etiam ad ædem ſacram ſunt ſecuri nec poſſunt capi. vt in dicto. §. fi. de quo tamẽ dic vt per tex. & glo. in. l. capitalium. §. ad ſtatuas cum §. ſeq. ff. de pœnis. vbi eſt gl. notabil. in verſi. confugere quòd ille qui confugit ad imaginem ſummi regis ideſt Dei eſt ſecurus, de quo dic vt ſtatim dicam.
17 †Quæro ſecundo quod dicatur aſylum glo. hic reſpondet dicens quòd aſylum eſt locus vbi recipiebantur homines cauſa miſerationis. vel dic quòd eſt hoſpitale ab eo quòd eſt ſiue & Sylos ꝙ eſt tractatus. quia non extrahebantur in de qui illic confugerant. Sed dicit hic Alberic. quòd quicquid dicat glo. quòd aſylunm erat quidam locus Romæ, vbi quilibet fugiens erat ſecurus, vt in cronicis Romanorum reperuit, & tangit Boetius de Conſolatione in metro illo. huc omnes venite. &c. Tu autem dicas clarius quòd Romulus qui Romam cõdidit fecit ibi templum quod aſylũ nominauit, cunctis ad eum fugientibus impunitatem pollicitãs, vt ob hãc cauſam multitudinem fugitiuorum ibi ciuitas augeretur & ita factum fuit. & ita ſemel legi in quibuſdam libris antiquis. Et ita etiam ſcribitur apud Titum Liuiũ Pataumnum in prima Deca ab vrbe condita circa principium, vbi ita dicit ad literam loquendo de Roma. Deinde ne vana vrbis magnitudo eſſet addicẽdę multitudinis tam vetere conſilio condentiũ vrbes qui obſcuram atque humilem cõciendo ad ſe multitudinem natam è terra ſibi prolem mentiebantur. locum qui nunc ſceptus deſcendentibus aquis inter duos lucos eſt aſylum apperit aliãs appellat eo ex finitimis populis turba omnis ſine diſcrimine liber an ſeruus eſſet auida noua rerũ profugit: & iſtud aſylum Romani non aperuerunt fœminis. ſed ſolum maſculis vt ibi infra ſub dit. Et pro hoc etiam adduco vobis tex. pulcherrimum noſtri Plinii Veronẽſis in quodam ſuo eleganti libro quem de viris illuſtribus intitulauit. Dicit enim in principio ſui ſic. Romulus aſylum conuenis patefecit. Item pro hoc adduco verſum Lucani, exiguum dominos
18 commiſit aſylum. †No. tamen ex expoſitione glo. dum dic quòd erat hoſpitale. argumentum ſecundum Bal. quòd malefactor non poſſit extrahi de hoſpitali, ſicut nec de eccleſia. nam confugiẽs adj hoſpitale conſtructum autoritate epiſcopi ita eſt tutus à iudice ſeculari ac ſi aufugeret ad eccleſiam, vt not. Archid. xvij. q. iiij. c. diffiniunt. & not. Bal. in. l. ſi quis ad declinandam. in verſi. ſed iuxta hoc quæro de duabus quæſtionibus in fin. C. de epiſcop. & cleric. quòd
19 multum bene nota. †De hac tamen materia an & quando debitor vel malefactor poſſit capi in eccleſia. vide plenè per Cyn. in. l. præſenti. C. de his qui ad eccle. confugi. & vide in authen. de mandat. princip. in. §. ſed neque, & in toto titu. extra de immunita. eccleſia. in j antiquis. & in. c. decet, eodem titul. libro. vj.
20 †Quæro tertio iuxta iſtam materiã an eccleſia non conſecrata habeat iſtud pri-

priuilegium vt in ea fugiens capi non
poſsit dic quòd ſic.vt eſt caſus in.c.pe-
nul.extra de immunit.eccleſia.& no.per
21 Innoc.in.c.inter alia.eo.titu. †Quæ-
ro quarto an eccleſia interdicta habeat
iſtud priuilegium.vide Archi.in.c.vxor
fœlicis.vij.quæſtio.iiij.& Io.an.& Do-
cto.in dicto.c.penulti.de immun.eccle.
22 †Quæro quinto an domus vel pala
tium epiſcopi habeat iſtam immunita-
tem dic quòd ſic.vt eſt glo.notabil.in.c.
conſtituimus.vij.quæſtio.iiij.& ibi Ar-
chi.& hoc tenet Bal.hic in fi.& hoc etiã
ſatis vult Inno.in.c.inter alia,extra de
23 immu.eccle. †Quæro ſexto an eccle-
ſia circum circa per triginta paſſus ha-
beat iſtud priuilegium quòd nullus ibi
poſsit capi,dic quòd ſic.vt no.Cy.in.d.l.
præſenti in verſi.vltimo quæritur.C.de
his qui ad eccle.confugi.& no.Bar.in.l.
Item apud labeonem in.§.côuicium.ff.
de iniur.ſed non allegant aliquem text.
tu dic quòd eſt tex.in.c.ſicut antiquitas.
24 & in.c.diffiniunt.vij.q.iiij. †Quæro
vij.quid de eo qui amplexatur presbyte
rum portantem Corpus Chriſti an poſ
ſit capi.gl.xiij.q.ij.quæſitum tenet quòd
poſsit capi.Sed Archi.ibi tenet contra,
per pulchras rationes.ita dicit Ludo.de
Ro.in.l.j.§.domini.ad Sylania.& notãt
quidam moderniores in.l.iiij.§.prætor
ait.ff.de dam.infect.Sed aduerte quia il
la gl.nõ loquitur de amplexante presby
terum &c.Sed loquitur de illo qui rece
25 pit Corpus Chriſti. †Quæro octauo
quid de capto extra eccleſiam & ductus
per familiam per eccleſiam an debeat re
laxari vide Archidia.in dicto.c.ſicut an
tiquitas,de quo dicam in.§.ſequẽti.vbi
etiam ponam aliquas pulchras quæſtio
ner in materia quia melius cadunt ibi
26 quam hic. †Quæro nono quid de ca-
pto in domo propria vel conducta pro
cauſa ciuili vel criminali.Item quid de
capto in capana,item de capto in naui.
& de capto in apotheca.& de capto ſu-
per ſcala,& de capto ſub porticu.& de
capto iuxta domum.vide de omnibus
iſtis quæ plenè ſcripſi in.l.qui neque.ff.
de verb.ſignif.& vide per omnes Doct.
in.l.plerique ſupra de in ius vocand.&
per Lud.de Ro.in.l.j.§.domini.ad Syla
nia.& per aliquos Moderniores in.l.iiij.
§.prætor.ff.de dam.infec.dic vt ibi quia
non eſt materia noſtra.

Bartholomæus Cæpolla.

## SVMMARIVM.

1 *Conferens ſe ad locum ex quo de iure abduci non poteſt.an dicatur fugitiuus.*
2 *Captus in vno territorio,vt in alium territorium ducatur,debet relaxari.*
3 *Citari verbaliter poteſt in territorio alieno.*
4 *Eccleſiæ Romanæ rebelles hoſtes ſunt imperij quoque hoſtes dicuntur.*
5 *Ferrariæ ciuitas ſubdita eſt eccleſiæ,ortusque eſt eiuſdem.& etiam Marchia.*
6 *Captus in territorio alieno relaxari debet.*
7 *Stante ſtatuto præmiante præſentantem bannitum.& altero ſtatuto puniente euntem ad capiendum aliquem,in alieno territorio.an puniri vel præmiari debeat capiens bannitum inſecutum in vno territorio in alieno territorio fugam arripientem.*
8 *Fugatum in alieno territorio capere non licet*
9 *Intellectus ad.l.capite quinto.ff.de adulterijs.*
10 *Intellectus ad.l.quod ait lex.§.fi.ff.de adulte.*
11 *Finis vel principium an attendatur quoad delictum puniendum.& ſupra nu.8.cum ſeq.*

12 *Stante ſtatuto quod quis ingredientem ſuam poſſeſsionem poſsit in ipſa poſſeſsione offendere, aggrediens ingredientem & ipſum fugientem proſequens extra ipſum & ipſum percutiens non punitur.*

13 *Accipiens aliquem in perſonam & portens eum extra plateam & ibi eũ percutiens punitur tanquam percutiens extra plateam.*

14 *Debitor fugatus in domum, non poteſt à familia inſequente de domo extrahi.*

15 *Captus extra eccleſiam, & per eccleſiam ductus relaxari non debet.*

16 *Captus in territorio permiſſo & per alienũ territorium ad ciuitatem ductus, non debet relaxari.*

17 *Debitor extra domum captus & ad domum ductus non eſt relaxandus.*

§. IDEM CELIVS. Seruus conferrens ſe ad locum ex quo abduci non poſsit de iure vel de facto eſt fugitiuus. hoc. d. & pone caſum vt patet ex his quæ infra dicam ſecundum Oldradum. † Oppo. de. §. præcedenti vbi dicitur quod conferens ſe ad locum vnde de iure non poteſt abduci non eſt fugitiuus. Sol. ibi de iure poterat ſe conferre ad illum locũ ab ipſo, quia male tractabatur à domino. hic autem à principio non erat licitum ſeruo fugere, licet ex poſt facto nõ poſsit poſtea abduci ab illo loco, ad quem iuit. Oppo. contra iſtum text. & videtur ꝙ iſta litera ſit ſuperflua quaſi bis videtur idem dicere, contra. §. quibus in prima conſtit. C. & contra. l. primã. C. de veter. iur. enuclean. Sol dicũt hic duæ gloſſ. quod principium loquitur quando de facto dominus non poterat recuperare ſeruum puta quia erat apud hoſtes, finis vero loquitur quando de iure non poterat, quia fortè de ciuitate Bononiæ contulerat ſe ad ciuitatem Ferrariæ, & ſic ad aliud territoriũ, in quo capi non poterat de iure. licet principium fugiendi fuiſſet illicitum & potuiſſet capi ante, quam perueniret ad ciuitatem Ferrariæ. † Ex qua gloſſ. nota. coniuncto iſto textu ſecundum Barto. quod ſi vnus capitur in territorio ciuitatis Aſsiſii, & ducatur ad territorium ciuitatis Peruſii, quod debet relaxari. & ita determinat Oldra. in quadam ſua diſputatione. Et vide Bal. in. l. ij. C. de ſeruis fugiti. & Barto. in. l. ſi cui §. cum ſacrilegi. ff. de accuſat. † Et adde ꝙ licet quis nõ poſsit capi in territorio alieno realiter, tamen verbaliter poterit citari, vnde iudex Paduanus poterit citare vnum in ciuitate Veronæ, etiam ſine licentia poteſtatis Veronæ, vt eſt caſus notabilis in. l. omnes. §. executoribus. in verſi. verum ſi apparitor. C. de epiſco. & cleri. & ibi per Doctores. † Item ex iſto tex. cum gloſ. collige argumentum ſecundum Ray. de forli. & Alber. quod ſi aliqua ciuitas ſit rebellis eccleſiæ Romanæ, ꝙ dicantur hoſtes, ſicut & hoſtes Imperii vel populi Romani, vt. l. hoſtes, infra de captiuis. † Nam ciuitas Ferrariæ de qua loquitur gloſſ. ſubeſt eccleſiæ Romanæ, & eſt ortus eiuſdem, & etiam Marchia. vt dicit gloſſ. notabil. in authenti. vt eccleſia Romana habeat præſcript. in. §. fin. colum. ſecunda ſed dicit Rapha. quod neſcit vnde hoc colligatur. nam gloſſ. dicit vel ad hoſtes, non tamen dicit ſint hoſtes eccleſiæ, dicit tamen Raphaël, quòd

quòd credit quod hoſtes Romanæ eccleſiæ dicantur hoſtes Imperii. & iſtud ego credo verum per ea quæ not. Bart.
6 in.l.hoſtes.ff.de capti.† Item iſtum textum cum gloſſ. allegat. Cy. in quadam ſua diſputatione quam diſputauit ſenis quæ incipit. rector ciuitatis Senarum quis non poteſt abduci de loco ad locum alterius, & per conſequens in territorio alieno quis capi non poteſt, & ſi capiatur debet priſtinę libertati relinqui ſecūdum Bal. hic qui dicit quod de hoc quod quis in alieno territorio capi non poſsit in.c.ex parte, extra de ver.ſigni.quod not.De hoc tamen vide Barto.in.l.prima infra de requiren.reis & Cyn.& Bald.in.l.omnes.§.ſi vero.C. de epiſco.& cleri.& Do. Pau. de Caſtr. omnino in.l.hæres abſens.§.j.ſi quis tutelam in.iiij.colum,verſic. ſed qualiter
7 fienda ſit citatio ſupra de iudiciis.† Itē iſte tex.cum glo.facit ad quęſtio.quam diſputauit Oldra.pone duo ſunt ſtatuta Paduana,quorum vnum præmiat capientem, & præſentantem bannitum. aliud vult quod nullus vadat ad capiēdum bannitum in alieno territorio vel diſtrictu ſub pœna centum. modo Titius de Padua bannitus habitabat in finibus diſtrictus Paduæ ad quem capiē dum iuit Seius. quo viſo Titio arripuit fugam,quem ſeius inſecutus eſt in diſtrictu Paduano. & demum in Veronenſi contiguo,& ibi ipſum cœpit.quęrebat an talis capiens debeat præmiari ex forma primi ſtatuti an puniri ex forma ſecundi,& dictus Oldra.indicta diſputatione dixit vltima quod hic eſt caſus de iſta quæſtio. quod debeat puniri & declarat, & inducit ipſe ſic. nam tota iſta.l.vſque ad.§.idem celius ait ſi ſeruus,ſupra eo.loquitur de illo qui cō ſummauit fugā.ibi vero inchoat tractare de illo qui eſt in actu fugiendi.& dicit quod ſi non poteſt dominum inſequentem euadere non eſt fugitiuus.modo iſte.§.reſpondet quæſtioni. quomodo poteſt ſeruus in ipſo actu fugiendi dominum inſequentem euadere, & reſpondet propter facti impoſsibilitatem & gloſ.exponit hic,quia fugit ad inimicos domini. deinde ſubdit text. multo magis fugitiuus eſt qui ſe confert vnde abduci non poſsit. & dicit hic alia gloſa,propter ius loci,vt Ferrariæ, & forſan habuit vel habet Ferraria priuilegiam pro fugientibus ad ſuum territorium,& iſte eſt propriè caſus iſtius. §. ſecundum.Oldr. in dicta diſputatione, vt etiam refert & ſequitur Ioan.An. in additio. Specu.in tit.de accuſatione in §.fin.ſequitur videre. in verſic. elegans Oldradi quæſtio.ſe offert. vbi omnino vide quia plura alia dicit circa hæc, & idem tenēt hic Alb.de Roſa.& Rapha. & Bar. hic qui allegant dictam diſputationem,vt dixi ſupra in princ. huius.§. & pro hoc facit illud ꝙ dixi, ſupra in præcedenti quæſtio.ſecundum Bald. & de iſta quæſtio. vide omnino plene per Alb.de Roſa. in quæſtionibus ſtatutorum in.iiij.particula. q. lxxvij. & adde omnino quod dicam ſtatim in ſequenti quæſtione.Item facit iſte text. ad. q.
8 ſimilem videlicet quod † non ſit licitū capere debitorem vel bannitum vnius territorii in alieno territorio etiam ſi appareat eum fugatum de territorio permiſſo ad territorium prohibitum, & pro hoc eſt etiam tex.in.l.ſicuti.in.§.

Ariſto.ſupra ſi ſerui.vendi. vbi proba-
tur quod non licet immittere pedem
in alienum territorium. mutato enim
territorio,mutata eſt poteſtas argu. l.ſi
dominium,infra de furt.& ita tenent in
terminis Bal.& Floria.in dicto. §. Ari-
ſto.& faciunt ea quæ dixi in præceden
ti.q.ſecundum Oldra. quæ eſt idem in
effectu. Sed in contrarium quod ſit
licitum capere fugatum in alieno terri
torio facit.l.capite quinto. ff.de adulte.
item de hoc videtur caſus notabilis in
l.quod ait lex.in.§. quod ait cũ his quæ
ibi not.per Barto.ff.ad.l.Iulia. de adul-
ter.coniuncta.l.nec in ea in.§.ius occi-
dendi eo.titu. Nam vbicunque princi-
pium fuit licitum,licet finis ſit illicitus
attendimus locum principii & non fi-
nis. vt eſt ibi caſus. & in.l. prima cum
ibi not.C.vbi de poſſ.agi.opor.cum er-
go in propoſito capturæ principiũ fuit
licitum in territorio ſuo. illud debet
attendi non autem finis & ſic territo-
rium alienum in quo fuit captus & hãc
vltimam partem tenet Aug.de Peru.in
terminis in.l.Gracchus.C.de adulte.&
in authen.de mand.princ.in.§.ſed neq;
in vltima col.& iſtam etiam partem te
nent aliqui Moderniores in.l.iiij. in. §.
prætor.ff.de damno infect.& hoc etiam
tenet Angel.in.l.nemo carcerem. C. de
exact.tribu.lib.x.& facit quod not.Bal.
& Doctor.in.l.j. C. vbi de poſſeſſ. agi.
opor.Ego autem pro nunc tenerem pri
mam opinionem quod licite non fue-
rit captus per iſtum text. cum gloſſ.

9 † Nec ob.l.capite quinto.ff.de adulter.
quia ibi durabat poteſtas retinendi pa-
riter hic ſecus propter mutationem ter
ritorii ſecundum Florian.in.d.l. ſicuti
10 in.§.Ariſto.ff.ſi ſerui.vendi.† Nec etiã
ob.d.l.quod ait lex.§. fin.de adult. quia
eodem modo poteſt reſponderi. quia
ibi eſt eadem ratio in patre capiente fi-
liam in domo vel extra domum inſe-
quendo ipſam & eſt eadem qualitas ter
minorum, ſed in caſu noſtro non eſt ea
dem ratio,quia quam primũ eſt in ter-
ritorio alieno priuatur poteſtate ca-
piendi,& ita dixit & intelligit Bal. no-
tabiliter in.l. ſi quis non dicam rapere.
in.vj.colum.verſi.ex his apparet. C.de
epiſ.& cleri. Præterea poteſt dici quod
non ob.d.l.quod ait in.§.fi.coniuncta.l.
nec in ea in.§.ius occidendi, quia dum
dicitur in.§.ius occidendi ꝙ ius occidẽ
di cõpetit patri domui ſuæ debet intel-
li ideſt filiam repertam in domo ſua &
hæc faciat in continenti, cum ergo pa-
ter reperit filiam in domo ſuo in adul-
terio ſi inſequatur poſtea ipſam fugien
tem & occidat. verum eſt dicere ipſam
fuiſſe repertam in domo & incontinen
ti occiſam propter cõtinuitatem actus.
ſed in caſu noſtro non eſt ſic. Præterea
non reperitur iure cautum quin pater
poſsit inſequi filiam etiam extra domũ
quia eſt in territorio permiſſo ergo
ſed in caſu noſtro in alieno territorio
non licet quis capi vt hic cum iuribus
vulgaribus ergo. Præterea poſſumus di
cere quod in. d.l. quod ait.in.§. fin. Iu-
riſconſultus ipſe oſtendit legem Iuliã
quę loquebatur tantum quod pater poſ
ſet interficere filiam repertam in do-
mo incontinenti in ipſa domo, vt poſ-
ſit etiam extra domum interficere dum
modo hoc faciat incontinenti inſequẽ-
do ſemper quia tunc reputatur vnus
actus factus in domo per eandem ratio
nem

nem, & hoc patitur qualitas terminorum quia nihil repugnat quod pater non poſſit inſequi filiam etiam extra domum.dummodo ſit in eodem territorio,ſed in caſu noſtro qualitas terminorum repugnat quia quàm primum quis ingreditur alienum territorium eſt ſecurus, vt hic, & incontinenti ligantur manus inſequenti, ergo eſt impoſsibile quod poſsit fugiens capi, licet initium ſit licitum, quia finis eſt illicitus, & ſic extrema non ſunt habilia,& iſta eſt fortè intentio Bald.in.d.l. ſi quis non dicã rapere,vnde ex prædictis concluderem quod aut qualitas terminorum concurrit & eadem ratio, & tunc conſideretur principium licitum, licet finis ſit illicitus ad aliquem excuſandum, & ita loquatur Barto. in.d. l.quod ait lex.in.§. quod ait aut non eſt eadem ratio nec qualitas terminorum, imò aliquod extremorum eſt inhabile puta finis & tũc inſpiciendus ſit finis & non principium

11 vt hic † & in hac.q.noſtra quantum ad delictum puniendum aut inſpiciatur finis vel principium vide omnino Bald. in.d.l.ſi quis non dicam rapere in quinta colum.verſic. & ideo iuxta prædicta C. de epiſcop. & cleric. qui dicit quod vtrunque inſpicitur.Et ſic ex prædictis poſſent determinari multæ quæſtiones

12 † & primo quod ſi ſtatuto cauet̃ quod quis poſsit offendere aliquem ingredientem poſſeſsionem ſuam in ipſa poſſeſsione ſine pœna modo aggredior illum ingredientem poſſeſsionem meam & illum fugiẽtem proſequor extra poſſeſsionem meam, & ibi percutio quod licite percutio ratio, quia initium fuit licitum,& eſt eadem ratio, & qualitas terminorum non repugnat,& ita determinat etiam Bar.licet non per iſtas rationes in.d.l.quod ait lex in.§.fin. ff. de

13 adulter. † Item per prædicta determinat iſtam quæſt. ſi aliquis cepit aliquẽ in platea & portauit eum extra plateã & ibi eum percuſsit, quod talis percutiens puniatur, tanquam percutiens in platea vel extra, & idem in ſimilibus quæſtionibus,quia hic tractatur non de excuſando aliquem, ſed de puniendo, licet Bart.dixerit contrarium in hoc in d.l.quod ait lex in.§.quod ait. per illud in fin.ff.ad.l.aquil. quia dicit ipſe quod fauore rei. ne bis vel de vtroq; puniat̃ attenditur ſolum finis, & non principium,& ſic principium cum fine in.d.l. illud in fine. Sed non obſtat quia ibi loquitur quãdo plura eadem fiebant ſucceſsiue incontinenti,quia tunc tenetur niſi vna actione. nam ibi vulnerat pluribus vt eum occideret,& ideo tũc non punitur niſi de occiſo quia occiſio eſt ſecuta incontinenti poſt vulnera & ex ipſis vulneribus abſq; alio medio,& ad illum finem fuerunt illata vulnera, ſed in caſu noſtro fuerunt diuerſa ſcilicet captura facta in platea,& pcuſsio facta extra plateam,quę percuſsio non ſequitur ex ipſa captura abſque medio. imò mediãte aliquo alio actu, cum ergo fiat iniuria alicui ſi capitur per vim & fiat etiam diuerſa iniuria & maior ſi poſtea percutitur,crederem ſalua meliori deliberatione,ꝙ poſsit puniri talis capiens & percutiens ex vtroq;,ſcilicet captura

14 & percuſsione.† Item per prędicta determinat etiam aliam.q.nam regula eſt quod quis pro debito ciuili non poteſt capi neq; extrahi de domo. l. plerique, ſup

ſupra de in ius vocan.pone modo quòd familia incepit fugare aliquem debitorem extra domum.& debitor aufugit in domum.ꝙ familia non poterit inſequẽdo ipſum intrare domum,& ipſum extrahere.quia quàm primum eſt in domo dicitur eſſe quodammodo in territorio alieno,& ligantur incontinenti manus familiæ vt eum capere non poſſit,& per hoc videtur eſſe text.in terminis in.d.l.plerique ibi domus cuiq; tutiſsimum refugium atq; receptaculum
15 eſt,ſupra de in ius vocan. †Item per prædicta videtur ꝙ poſsit determinari alia.q.de qua feci mẽtionem ſupra proximo.§.in.viij.q.pone familia cæpit aliquem extra eccleſiã,& duxit ipſum per eccleſiam ꝙ debeat relaxari.quia ex quo ſunt in eccleſia videntur ſibi ligatæ manus per iſtum text.cum gloſſ. cum ſimilibus ſupra allegatis. Tamen in caſu iſto credo contrarium eſſe verius per text.notabilem cũ his quæ ibi not.in.l.ſi quis poſt hanc. C.de ædifi. priuat.nam ex quo principium fuit licitum & licite conſummatum per ipſam capturam non attenditur amplius finis.de iſta tamen.q. vide per Archi. xvij.quæſtio.iiij.in.c.ſicut antiquitus. vide etiam quæ ſcripſi in.l.qui neque
16 in princip.ff.de verb.ſignifi. † Item eadem ratione dico.Quod ſi aliquis bãnitus vel malefactor ſit captus in territorio permiſſo.& ducatur ad ciuitatem per alienum territorium.ꝙ non debeat
17 relaxari,quia licite poteſt duci. †Itẽ ſi aliquis debitor eſſet captus forte in rure vel caſtro,extra domum & antequam duceretur ad ciuitatem quia forte erat de nocte vel de ſero duxerunt ipſum captum ad domum debitoris forte ipſo potente.quòd propter hoc non debeat relaxari.imo tunc poſsit inuitus extrahi de domo. & ſic limito. d.l. plerique.ff.de in ius vocan.&.l. nemo de domo ſua de reg.iur.& idem dicerẽ in ſimilibus quæſtionibus quòd bene nota.& ad materiam huius.§. vide omnino.vide Bart.& Docto.in.l.cætera.§.fin.ſed ſi parauit.ff.de legat.j.& ea quæ not.Saly.in.l.ſi vt proponis. C.ſi reus vel accuſator mort. fuit. & vide Bald.in.l.omnis.in.§.j.in.j.col.in final. de epiſco.& cleri.

## SVMMARIVM.

1 *Erro quis dicatur.*
2 *Frequenter fieri quod dicatur.*
3 *Nugatio quid ſit.*
4 *Scholaris frequenter vagans,& ſerius ad libros reuertens,licet omnino non deſerat vagans & errans dicitur.nec ſtudentium præmium habet.*
5 *Vagus ſcholaris magiſter non efficitur.*
6 *Saturus non ita bene addiſcit ſicut ieiunus.*
7 *Indulgentia vni eccleſiæ conceſſa, an conceſſa intelligatur quoties quis vadit.*
8 *Indulgentiam habere vel votum adimplere, an dicatur qui caſu eccleſiam intrat.*

5. ERRONEM. Huc vſque tractauit Vlpianus Iuriſconſultus quis ſit fugitiuus per multas quæſtio. pulchras, nunc vero incipit tractare quis dicatur erro.&
1 hoc dicit.†Ille qui recedit non rediturus appellatur fugitiuus, ſed ille qui frequenter vadit & reddit vocatur erro

ro

ro.hoc dicit ſecundum Bald. In tex. ibi non quidam fugit,dic ſcilicet ani-
2 mo ſe celandi à domino. †In text. ibi frequenter dic ſcilicet his vel ter. nam illud dicitur fieri frequẽter quòd his fit.vt eſt text.cum gl.notabili in au then.de defenſori.ciui.in.§.ſi.colũ.iij.& eſt glo.in.c.monaſteria.& ibi not.extra de vita& hone.cleri.& eſt tex.in.c.vna tantum.xxvj.di.Sed in contrarium ꝙ non verificetur in duobus actibus videtur eſſe text.in.l.nam ad ea.coniuncta. l.ſeq.ff.de legi.de quo per Docto.in.c. quoniam frequenter.extra vt lit.non conteſt,& nota.in.d.l. nam ad ea.& in l.iij.C.de epiſco.audien.& ego dixi in l.aliud eſt fraus.infra de verbo. ſignifi. Quod eſt vtile ad id quòd ego ſtatim dicam de ſcholari.Item eſt vtile ad cõſtitutionem epiſcopalem punientem illos qui frequentant monaſteria monialium & cæt.de quo not.in.d.c. monaſte
3 ria †In text.ibi in res nugatorias.dic ideſt varias,& adde quòd aliquando dicitur nugatio illud quòd eſt ſine effectu,vt eſt glo.in.l.ſi quis à filio.in.§.j. alias in princip.de leg.primo.& eſt glo. in.l.ſi debitor.in.§.j. ſupra quib.mod. pigno.vel hypotec.ſolu. Not.primo quis dicatur erro.& eius diffinitionem.
4 Item quis dicatur fugitiuus. †No.ſecundo iſtum text.ſecundum Ricar.Malumbræ & Raph.contra ſcholares qui licet omnimodo non deſerant libros,ſi tamen frequenter vacantur,& ſerius ad libros reuertuntur quòd dicuntur vagantes & errantes,nec habent præmium quod dicunt habere ſtudentes, de quo per Cy.& alios in.l.generaliter. C.de epiſcop.& cleric.& per Bartol.& Docto.in.l.qui ſub prætextu. C.de ſacro ſancto.eccleſiis.& aliquid per Bartol.in.l.j.C.de Tironi.libro.xj.& vide Docto.in.l.ſcriniarios.C.de teſta.mili.& vide omnes.Docto.in.c. quòd de clericis.de foro competen.& vide Pet.
5 de Anchara. in proœ. vj. †Quibus adde quòd vagus ſcholaris nunquam efficietur magiſter, vt dicit glo.not.in dicta lege prima.C.de tironibus. nam qui parum ſtudet, parum ſcit,vt dicit gloſſ.in.l.vnicuique.C.de præpoſit.ſacro.ſcri.libro.xij.Nec ſufficit diu ſtuduiſſe,ſed bene ſicut nec hieroſolimis fuiſſe,&c.vt dicit gloſ.in.d.l.vnicuique Item non ſufficit ſtare in ſtudio, ſed oportet ſtudere,& eſt optimus tex.in.l. ſi quis antea infra de acquirend. poſſeſ.
6 †Item adde quòd ſaturus non ita bene adiſcit,ſicut ieiunus,vt eſt glo.in §.iucundum quoque in auth.de nupti. columna quarta.Adde poſtremo tu ꝙ ſcholares,qui faciunt ſepius & frequenter ſe maſcaras,ſeu laruas,nunquam bene adiſcunt,quòd nota tu ſcholaris qui vis aliquid adiſcere & effici magiſter. vel Doctor. Oppo.& videtur quòd Vlpianus author huius legis contradicat Labeoni.Sol.dicit gloſſ. quòd Labeo dixerat obſcure ſed Vlpianus declarat,vel dic tu quòd Labeo locutus eſt generaliter, ſed Vlpianus loquitur magis ſpecialiter,& magis proprie. Oppo.ſecundo contra iſtum text.in fi. d.l.j.§.fugitiuum.ſupra de ſeruis fugiti.vbi dicitur quòd fugitiuus dicitur etiam ille qui eſt erro.Solu.intellige illum.§.ſecundum determinationẽ iſtius ſcilicet quòd non propriè erro dicitur fugitiuus,vt hîc licet largo modo ſic,vt ibi ve

ibi vel dic ſecundum Alberi.q̃ ibi lo-
7 quitur quo ad illum tractatũ. †Quæ
ro hic de vna notabili.q.conceſſa eſt in
dulgentia vni loco,vel vni eccleſiæ, an
intelligatur conceſſa quoties quis va
dit,& videtur ꝙ ſic.Nam ſicut, punitur
quis quoties committit culpam,& pœ-
nam meretur.vt.l.nunquam plura . in-
fra de priuat.delict.& hic probatur , &
in.c.j.de pœn.ita videtur ꝙ multo ma
gis indulgentiam & culpam quis merea
tur quoties, vadit, cum larga ſit inter-
pretatio faciẽda, vt in.c.cum dilectus.
de donat.&.c.olim.de ver.ſignifi. Itẽ
quia qui plura bona facit non eſt dete-
rioris conditionis,quam qui vnum,de
peni.di.in.c.ſi peccatum,& di.iij.c. pro
ductior.Item quia pauci temporis peni
tẽtia ad peccatum ſufficit. vt in.c.ſunt
qui dicant.de pœni.di.iij.ſed in contra
rium facit, quia productior debet eſſe
pœna quam culpa,vt eſt tex.in.d.c.pro
ductior, ergo ſi toties haberem indul-
gentiam ſeptem annorum , quoties of-
ferrem,ergo omnibus vicibus reiteran
do oblationes per ſeptem annos omnia
peccata cito detegerem, & ſic eſſet le-
uior pœna,quam culpa contra.d.c.pro
ductior.cum ſimilibus.Item per hoc fa
cit gloſſ.notabilis in.l.ſi conuenerit.la.
j.ſupra de pigno.actio.ibi dum dicit ſol
ueſſolue,ſolue.& cætera.Dic circa iſtã
q.ſecundum Bal.in peculio ſuo,in ver.
indulgentia,aut indulgentiæ conſiſtũt
in datione pecuniæ,& tunc iterata obla
tio peccatum dimittit, aut conſiſtit in
labore perſonæ,vel periculo,& tũc dic
vt not.extra de voto.in.c.ex multiplica
tione:nam ſi multum diſtat locus, vt
vel vltra mare, vel ad ſanctum Iaco-
bum,& tunc quotiens reiteratur labor
vel via reiteratur abſolutio.ſecus ſi in
loco vicino.ar.l.cõtinuus.de verbo.ob-
liga.cum ſimili.Quod tamen intelligo
verum,niſi eſſent conceſſę indulgentiæ
vt toties valeant quoties quis iuerit ,
quia tunc ad hoc vt iſta verba aliquid
operentur intelligi debent ſiue ex loco
vicino,ſiue remoto,quia aliâs ſine iſtis
verbis intelligeretur de loco remoto,
vt dixi.ar.l.ſi quando.de leg.primo. cũ
ſimili, maxime cum larga ſit facienda
interprętatio in iſtis,vt in.c.cum dile-
ctus.de donatio.&.l.beneficium . ſupra
8 de conſti.prin. cum ſimili. †Quæro
ſecundo iuxta prædicta conceſſa eſt in
dulgentia vni loco,vel eccleſiæ,vel fe-
ci votum ire ad talem eccleſiam,poſtea
caſu me ibi reperio,& intro eccleſiam,
an per hoc dicar habere indulgentiam,
vel implere votum.dic quòd non,vt eſt
glo.not.in.l.ſi quis ſtipulatus.in fine ti.
ſupra ex quibus cauſis maio.facit.l.ij.
ff.de condi.& demon.&.l.Cæſar.&.l.fi.
§.is neceſſitate.de publi.iudicijs.

Barth.Cępolla de verona.

SVMMARIVM.

1 *Fugiens ad aliam domum eiuſdem domini an fugitiuus dicatur.*

2 *Fugitiuus dicitur,qui eiuſdem domus clauſuram exiunt.*

3 *Monacha percuſſa in primo clauſtro extra clauſuram cæterarum monialium,quando dicatur percuſſa in domo ſuæ habitationis.*

4 *Habitationes plures dicuntur,quæ ſunt ſub eadem clauſura vel claui.*

5 *Habitantes ſub eadem claui,ſub eadem familia eſſe dicuntur.*

6 *Repetitio an locum habeat ſi pluribus fratribus ſimul ſub eadem claui habitantibus, vnus in domo poſuit de fructibus aduentitiorum,& laborum ſuorum pluſquam alter. nec apparet verum ſimul vixerint.*

7 *Cellæ an dicantur,quæ inter ſe habent parietes medias,& feneſtras magnas,ita quod moniales non poſsint in eis celari.*

§. APVD CELIVM.

1 †Seruus fugiens de domo domini ad aliam domum,quæ clauditur ſub eadem claui,eſt fugitiu⁹. Secus ſi vtraque dom⁹ eſt eadem & nõ ſeparata.h.d.ſecundum vnum intellectum quem credo verum,vel ſic ſeruus fugiẽs de domo domini,quę clauditur ſub eadem claui ad domum alterius ſeparatam in totum,ſed contiguam,dicitᷣ fugitiuus.ſecus ſi domus alterius eſt eadem cum domo domini.h.d. In text. ibi apud patronum dic,ideſt iuxta ſub eadem claui,ſecundum primum intellectum,vel ſecundum alium dic,ideſt iuxta.ſed non ſub eadem claui. In tex.ibi tota eius habitatio eſſet dic eius, ſcilicet liberti,& patroni ſecundum primum intellectum. vel alium dic eius, ſcilicet liberti tantum.& ſubaudi ſi domus patroni eſt ſub alia claui. In textu.ibi fugitiuum.Celius ait dic ſi locus in quo latuit erat ſeparatus ab habitatione liberti ſub eadem tamen claui,ſecundum primum intellectum . aliâs ſi non eſſet ſeparatus.tunc ſecus,vt ſequitur. In tex.ibi ea habitatio.dic, ſcilicet liberti. In tex.ibi talem cuſtodiã dic,ſcilicet diſtinctam ſub eadem tamẽ claui.ſed erat ſub eadem domo, & hoc eſt quod ſentit hoc verbum talem,quaſi dicat licet etiam hic ſit eadem domus ſcilicet in effectu,tamen non eſt talis ſicut in caſu pręcedenti,quia in caſu pręcedenti eſt diuerſa & ſeparata hic autem non. Ibi plurium cellarum, ſcilicet quæ erant ipſius patroni,vel etiam liberti non curo. Ibi contra placere dic.ſcilicet quòd iſto caſu ſeruus liberti

2 non eſt fugitiuus. †Not.primo ad.q. de facto.Quidam habebat vnam cauſam,& in vna parte ſtabat dominus. in alia ſeruus.deinde erat vna clauſura , quę claudebat omnes domos quòd ſi ſi exiuit vnam clauſuram ſeruus dicitur fugitiuus ſecũdũ Bar. †Quòd fa-

3 cit etiam ad.q.ſecundum eundem Bar. quæ fuit in ciuitate Peruſij. Quædam monialis fuerat pcuſſa in clauſtro primo extra clauſuras veterum monialiũ, an dicatur eſſe percuſſa in domo ſuæ habitationis,& breuiter iſte tex. determinat,quòd ſi quidem eſt vna clauſura,quę legitime claudit omnes domos, ſcilicet familiares & monachas ſeu moniales.dicatur vna habitatio quod nota.& hoc ſecundũ ſecundum intellectum,ſed ſecundum alium erunt plures habitationes,quia vna clauſura non facit cenſeri vna habitatio tantum.quãdo clauſura eſt communis ad plures cellas,vel cameras ſeparatas. ſecus ſi non eſſent ſeparatæ.vide modernos in.l.qđ conclaue.ff.de damno.infecto.cum ibi

4 not. †No.ergo ſecũdo ſcđm primũ ĩtellectũ ꝙ licet plures camerę & habitatiões ſint ſub eadẽ clauſura ſeu claui,tamen dicuntur eſſe plures habitationes, & nõ vna tãtũ.licet ſecũdũ aliũ intellectũ vna tantũ reputetur,vt ſtatim dixi in præce,

in præcedenti notabili.quòd tamen intellige verum, quando tales habitationes eſſent ſeparatæ quia aliquis communis eſſet in medio alias ſecus.
5 †Not. tertio iſtum.§.qui allegatur ſecundum Bald.quòd omnes illi qui habitant ſub eadem claui, dicuntur eſſe ſub eadem familia, & hoc ſecundum intellectum, quòd ego intelligo verum ſecundum ea quæ ſtatim dixi,& idem tenet hic Ang. qui dicit hic eſſe caſum ſingularé.quòd facit ſecundum eum ad fratres habitantes ſub eadem claui.& vnus ponit in domo de fructibus aduentitiorum & laborum ſuorum plus quam alter opponatur. nec apparet vtrum ſimul vixerint,necne, ſed apparet de habitatione ſub eadem claui, an habeat locum repetitio, quia cenſentur communiter in communi vſu viuendi, vt eſt caſus expreſſus.x.coll.de fratri.de nouo benefi. inueſt. in.c.ſi duo fratres. in communi caſa poſt mortem patris remanſerunt, & per Bald.in.l. iij .in fi.C.de collatio. Secus ſi non probatur non tantum de habitatione ſub eadem claui, quia licet hæc probetur, non tamé ſequitur quòd ſteterit in eadem familia,vt in iſto tex. ſingulariter & à nemine adhuc noto. ſecundum Ange.hic. Not.quarto ſecundum Bald. diſtinctionem de cella quòd facit pro monialibus. circa quod vide quòd ſtatim dicam in ſeq.notabi.
6 †Not.quinto iſtum text.notabiliter ad.q. Prohibétur moniales alicuius ordinis conſtituere cellas quęritur an dicantur cellæ quæ inter ſe habent parietes medias, & ex parte anteriori habent feneſtras magnas,ita quòd moniales non poſsint in eis cellari,& iſte tex. in ver.plane.poteſt allegari pro & contra.de qua.q. vide omnino Fed.de Sen. in conſi.lxxij.quòd incipit Benedictus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei &c.

Oppo.contra iſtum tex.in verſ.plane de.§.idem ait interrogatus.ſupra ea. Sol.dicit gl.in ver.in ea cella.quòd hic ſeruus ſe occultauit non tamé vt latitaret & aufugeret, ſed in cõtrario fecit animo latitandi & aufugiendi.iſtã ſol. approbãt hic Raph.& Alb.in.d.§.idem ait.Sed eam nõ credo veram ad iſtnm, quia imo hic etiã loquitur quando animo aufugiẽdi latitabat,vt ibi dixi,vbi omnino vide. Vel dicit glo. quòd hic non eſt fugitiuus,quia extra habitationem liberti ſeruus non fuit, cum cella liberti & locus vbi ſeruus eſt repertus fuerit liberto in priſtino vſu cum patrono.iſta etiam ſolutio mihi non placet, quia per hoc nõ tollitur cõtrarium imo eſt cõtra.§.idem ait.quia ibi etiam latuit in domo propria ipſius, & tamen ibi dicitur quòd eſt fugitiuus, licet ergo eſſet domus liberti in promiſcuo vſu cum patrono, nihilominus deberet ſeruus eſſe fugitiuus, quia etiam ſi eſſet in totũ liberto ipſius,& ſic domini eſſet fugitiuus ergo. Ideo forte propter hoc gl.ſoluit tertio, videlicet quòd ibi promouit aliquem pedem, vel gradum ad fugam hic autem non, & iſtam ſolutionem credo eſſe veriorem,vt dixi in cõtrario,dic vt ibi dixi,quia aliæ ſolutiones ibi poſitæ non ſunt veræ.

Bartol.Cepolla.I.V.Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Seruus gerens ſe pro libero bona fide fugitiuus*

*gitiuus non dicitur.& nume.3.&.5.*
2 *Inſtitor habere & gerere officium dicitur.*
3 *Mentiri dicitur qui verum non dicit, etiam bona fide.& nu.19.*
5 *Credulitas excuſat à delicto.*
6 *Lata culpa excuſat à delicto vel dolo.*
7 *Nimium credulus an dicatur delictum committere.*
8 *Credens perito in arte excuſatur.*
9 *Excuſatur fide digno, credens.*
10 *Fide digno precipienti peccatum vel contra legem diuinam non eſt obediendum.*
11 *Literis credentiæ qui credulit excuſatur.*
12 *Signo vel ſigillo dato credendum eſt.*
13 *Teſtatori ſuo credens excuſatur.*
14 *Famæ publicæ creditur.*
15 *Credens quòd omnes credebãt excuſandus eſt.*
16 *Magiſter militum qui de ſui militis morte creditur excuſatur,*
17 *Excuſatur qui dicto ſerui vel procuratoris ſui credidit.*
18 *Ad præiudiciũ tertij nimia credulitas excuſat.*
20 *Mendacium quod dicatur.*
21 *Mendacium ſolum non facit quem fugitiuum.*
22 *Furtum ſola inficiatione non committitur.*

§. iij. IDEM CELIVS. †Seruus gerẽs ſe pro libero bona fide non dici-
1 tur eſſe fugitiuus quia nõ habet animum fugiendi.
h.d. In tex.ibi miſſum,dic.ſ.tãquam
inſtitorem,ſecundum Albe.& bene fa-
cit.l.eius qui in prouincia. in princip.
ff.ſi cert.pet. Ibi in eodẽ officio, dic,
2 ſcilicet inſtitoriæ, ex quo not.† quòd
inſtitor dicitur habere & gerere offi-
cium. quis autem dicatur habere offi-
cium.vide doct.in.l.officio.C.de nego.
geſt.& vide Bal.in.l.j.alias in rub.C.de
3 oper.libe. †In tex.ibi:gerere cœpiſ-
ſet.dic.ſ.bona fide ductus cedulitate.
quia hoc audiuerat ab aliquibus, quòd
erat relictus liber.vt hic in.prin.ex quo
not.quòd credulitas excuſat à delicto.
4 de quo ſtatim dicã in.j.not. †Ibi mẽ-
tiẽdo.ſ.bona fide.ex quo not.quòd quis
dicitur mentiri,ſi non dicit verũ.etiam
bona fide. de quo dic vt ſtatim dicam
5 in.ij.not. Not.primo† quòd creduli-
tas excuſat quem à delicto.nam hic fa-
cit quòd nõ dicatur fugitiuus.imo plus
6 dico,quòd etiam † lata culpa regulari-
ter excuſat quem à delicto, vel à dolo.
vt eſt tex.not.in.l.igitur.infra de libe.
cauſa.de quo dic vt dicam in.l.cum au
tem.in.§.excipitur. el.j.infra eo.vbi o-
mnino vide. Et ſic not.etiam ex hoc
7 †quòd quis non poteſt eſſe nimiũ cre-
dulus.& excuſatur quo ad hoc vt nõ di-
catur delictum committere, quia illud
3 requirit dolum,vt dixi. †Item ſecũ-
do poteſt quis eſſe credulus, & excuſa-
tur ille, qui credit perito in arte.vt eſt
tex.in.l.j.in prin.ibi:intereſt noſtra.ſu-
pra ſi menſ.fal.mẽ.dix.& in.l.j.in prin.
ff.de vent.inſpi.& in.l.ſemel. C.de re
9 mili.lib.xij. †Tertio excuſatur ſi fi-
de digno credidit.vt not.glo.in.l.Titio
fundus.infra de condi.& demon.& ita
not.etiam Bar.in.l.de pupillo.§.ſi quis
ipſi prætori.in.viij.q.in fi.infra de ope.
10 noui nunc.†Aduerte tamen quòd non
debet credi fide digno, nec ſancto, nec
etiam Angelis,quando dicerẽt,vel præ-
ciperent aliquid quod ſit peccatum,vel
cõtra legem diuinam.tex.eſt cum glo.
nota.x.q.iij.ſi is qui præeſt. Quarto
11 †excuſatur ſi credidit habẽti literas de
credentia.ſecundum ea quæ plene not.

Bart.in.l.Lucius. infra de fideiuſſor.&
Bal.in ſuo tracta.conſtituti vel conſti-
tuendi.qui loquitur de mercatoribus.
in.iij.col.verſicu.ſi deinde quæritur de
iſtis literis. & facit quod ſtatim dicam
12 in ſequenti caſu. †Quinto excuſa-
tur,ſi credidit ſigno dato per partes.l.ſi
quis vxori.§.apud Labeonem. infra de
furt.qui textus communiter allegatur
ad hoc. Sed tu pondera illum text.quia
hic non in totum probat.nam dicit ibi
tex.ſi quis nomine petiiſſet &c.non au-
tem dicit,cum tali ſigno.licet generali-
ter intelligendo, poſſet hoc comprehen-
di.Credo tamen quod hoc ſit verum in
ſe.& hoc tenet Bar.in.d.§.apud Labeo-
nem. qui ſentit quod ille text.hoc non
probet.dum extendit illum tex.dicen-
do. idem puto ſi dederit alteri portanti
aliquod ſignum,&c. quod tamen debet
intelligi, vt de omnibus non ſit ei cre-
dendum. ſed ſi dicit aliquid veriſimile,
vel modo diſcreto, vel aliquid vtile do-
mino, ſit ei credendum. arg.ff.commo.
l.argentum.ſecus autem ſi pertinet ad
ſpoliandum dominū, quia tunc ei credi
non debet.ſupra mand.l.creditor.in fi.
facit.l.fi.C.quod cū eo.& ita dicit Bal.
in dicto ſuo tracta.de mercatoribus.in
d.verſi.deinde quæritur de iſtis literis.
Et pro hac diſtinctione facit quod not.
Bar.in.d.l.ſi quis vxori.§.apud Labeo-
nem.infra de fur. qui dicit quod bidel-
lus excuſatur ſi reddiderit librū ſcho-
lari portanti aliquod ſignum cui de-
bet bidellus veriſimiliter credere. facit
ad hoc.l.nō eſt veriſimile.ff.quod met.
cau.&.l.obligatione generali.ibique ve
riſimile eſt.ſupra de pigno.& in.c.in ge
nerali conceſsione,de reg.iur,lib.vj.&
in.c.quia veriſimiliter. extra de præ-
ſumpt.& in cle.ne romani. §.verum. in
verſi.veriſimiliter. de electio.& de iſta
materia ſigni dati vel ſigilli vide gloſ.
primam.& ibi docto.& maxime Abba.
Siculum in.c.ſignificauit. extra de ap-
pellat. & vide quæ plene ſcripſi in.l.j.
13 §.ſi intelligatur. ſupra eod. † Sexto
excuſatur ſi credidit ſuo teſtatori. l.ma
14 ter.C.de calumniat. †Septimo excu
ſatur ſi credidit famę publicę,vt.l.cum
quidam.§.quod dicitur.ff.de acquiren.
hære.Et hæc facit ad multa ſecundum
Bart.in.l.fi.C.ſi ſeruus vel liber,ad de-
ui.aſpi.lib.x.vbi ex hoc ipſe dicit quod
ſi accuſator non probat maleficium.ſed
reus manifeſte probat ſe non feciſſe: ſi
tamen per accuſatorem probetur fama
publica excuſatur à calumnia & falſi-
15 tate per.d.l.fin.quod nota. †Octauo
excuſetur quādo quis credit illud quod
omnes credebant, licet de hoc fortaſsis
nō eſſet fama,vt eſt glo.in.c.cum apo-
ſtolica.extra de ſponſa.& ita tenet Bal.
per illum tex.in.l.j.in fi.ſupra de offic.
16 quæſto. †Nono excuſatur ſi magi-
ſter militum credidit de morte ſui mi-
litis, vt in auth.ſed hodie. C.de repud.
17 †Decimo excuſatur ſi dicto ſerui vel
procuratoris ſui credidit.l.quod vulgo.
18 ff.de vſucap.pro emptore.†Regulari-
ter autem quis non debet eſſe nimium
credulus. nec excuſatur ad præiudiciū
tertii.vt.l.iij.§.pen.ſed & ſi ſic accepe-
rit ſupra de in rem verſo. &.l.j.§.dolū.
ſupra de eo per quem factum erit. ſed
quo ad præiudicium aſſerētis bene po-
teſt quis credere vt ibi. & de iſta mate-
ria vide per tex.glo.Bart.Bal.Floria.&
Doct.in.d.l.j, in princ.ſupra de eo per
quem

quem fact.erit.& vide Bal.& Floria.in l.j.in princ.ſupra ſi menſ.fal.men.dix. & vide Innocen.in.c.peruenit.extra de coniug.ſeruor.& vide quod ego latius ſcripſi in actione de in rem verſo. in
19 arbore. †Not.ſecundo hic tex.notabilem quòd quis dicitur mentiri etiam ſi non ſit in dolo,ſed in bona fide, quia credit dicere verum.vt dixi ſuper text. quod nota ad multa. Regulariter ta-
20 men eſt contra. † quia mendacium eſt falſa vocis ſignificatio cum intentione fallendi: ſecundum Auguſti.xxij.q.ij. Beatus. §.ille ergo. & not.gloſſ.in.l.de ætate. in.§.ſi cum eſſet. ſupra de inter. acti.de quo dic vt dixi in.l.j.in.§.idem Viuianus.ſupra eod.in.xv.notabil.vbi etiam poſui quot ſint genera mendaciorum. & de qualitate peccati & pœnitentiæ, & in quibus caſibus puniatur mendacium, & multa alia circa mendacium. dic vt ibi vbi omnino vide.
21 †No.tertio quòd ſolum mendacium non facit quem eſſe fugitiuum, & ratio quantum ad iſtum text.ponitur hic in litera ſcilicet quia ſine conſilio fugę; id fecit. id eſt mentitus eſt. credo tamen quòd etiam ſi cum conſilio fugæ id feciſſet,quòd propter hoc mendaciũ non diceretur fugitiuus, quia ſolus animus & ſolum mendacium non facit quem eſſe fugitiuum.quia requiritur quòd ſe moueat aliquantulum ſaltem animo fugiendi. vt ſupra ead.l.in princi.& in §.idem ait interrogatus. & in.§.præce-
22 denti.vt ibi in fi.dixi.† Sicut etiam dicimus in ſimili quòd per ſolam inficiationem quis non committit furtum,vt l.inficiando.in princip.infra de furt.& l.iij.§.ſi rem.infra de acquiren.poſſeſ. quia requiritur contrectatio &c. vt.l.j. ff.de furt.cum ſimilib.

Bartholomæus Cepolla.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Vendens ſeruum non tenetur emptori denuntiare ſi noxam commiſerit,ſed an ſit noxia ſolutus,*
2 *Noxia quid propriè dicatur, & quid noxa.*
3 *Paria ſunt eſſe innoxium, vel ad iudicium non vocari.*
4 *Statutum repellens homicidam intelligitur de condemnato.*
5 *Statutum loquens de interficiente vel vulnerante non comprehendit miſſe facientem.*
6 *Delictum non commiſiſſe & abſolutum fuiſſe paria ſunt.*
7 *Semel illaqueatum quem fuiſſe non ſufficit niſi illaqueatum duret.*
8 *Verſum ſic accipitur vt duret verſum.*
9 *Qualitatem extitiſſe non ſufficit niſi duret.*
10 *Factum dicitur quod durat.*
11 *Satisfactum non eſt ſi non durat cautum.*
12 *Veniſſe non dicitur qui non ſtetit.*
13 *Defenſio niſi duret non dicitur.*
14 *Ingreſſus religionem non videtur qui monaſterium intrauit & poſteà exiuit.*
15 *Appellaſſe non dicitur,qui non eſt perſecutus.*
16 *Vſuſfructus conſolidatus non videtur. qui non durauit.*
17 *Obtuliſſe ſe liti non videtur qui deſtitit.*
18 *Non ſatis eſt,quem ad patriam rediiſſe,ſi mente alienus eſt.*
19 *Non videtur poſſeſſionem adeptus qui eam retinere non poteſt.*
20 *Habuiſſe non dicitur,quod non eſt perſeueratum.*
21 *Non videtur perfectè cuiuſque id eſſe, quod ex cauſa auferri poteſt.*

22 *Venditor non dicitur rem tradere niſi cum eſſe ctu tradat, vt nemo euincat.*

23 *Mandatum quod reuocatur non durat.*

24 *Alienatum non eſt, quòd breui tempore eſt recuperatum.*

25 *In breui reuerſa, diuertiſſe non videtur.*

26 *Furor qui ſtatim rediit non videtur ſublatus.*

27 *Turpitudo abolita quæ eſt intermiſſa.*

28 *Res euicta tradita non dicitur.*

29 *Non videtur quiſquam id capere, quòd alij reſtiturus eſt.*

30 *Quòd non eſt permanſurum perueniſſe non dicitur.*

31 *Damnatur qui malefacere perſeuerat.*

§. QVOD AIVNT AEDILES. Hucuſque tractauit de ſeruo fugitiuo & errone hic vero de ſoluto noxiis quo
1 modo intelligatur. †Vendens ſeruũ non tenetur denuntiare emptori ſi noxiam commiſerit, ſed an noxia ſolutus ſit. h. d. concordat. l. exempto. §. etiam ſi ignorans ſupra de actio. empto. & l. aliud eſt promittere. infra de verborum ſignific.

In text. ibi, quod aiunt ædiles, dic ſcilicet in edicto primo. in. l. j. §. j. ſupra eodem. Ibi pronuntiari. ideſt exprimi per vẽditorem emptori. facit. l. aliud eſt promittere, infra de verrborum ſignifi-
2 catio. †Ibi noxa ſolutus. & ibi noxã expone iſta verba pro delicto, aduerte tamen quòd proprie noxia dicitur delictum quòd facit ſeruus: noxa vero dicitur ipſe ſeruus delinquens, vnde verſus. Noxia delictum delinquens noxa vocatur. vt eſt text. cum glo. inſtitu. de noxalib. in. §. j. & in. l. j. in princi. ſupra ſi quadrup. paupert. fe. dicat. Sed hic capitur improprie, quia aliquando vnum capitur pro alio vt dicit glo. in dicto. §. j. in-
3 ſtitut. de noxali. †Not. primo ſecundum Baldum, quòd iſta ſunt paria aliquem eſſe innoxium. vel aliquem propterea ad iudicium nõ vocari, vt. l. quod ad ſtatum, infra de penis vnde eſt argu-
4 mentum quòd†ſi ſtatutum repellit homicidam quòd intelligatur de eo qui eſt accuſatus & ſecuta condemnatio, ſed hoc ego non credo verum? quia ſi poſſet probari quòd eſſet homicida ſatis eſſet nec contrarium vult dicere iſte. §. credo tamen quòd dictum ſtatutum deberet intelligi de homicida non abſoluto. & ita probatur hic, & intelligo iſtum textum quãtum ad hoc, vt vendens ſeruũ qui ſemel committit noxiam, non teneatur ad pecuniam vel intereſſe, vt in. §. ſequen. ſed ſi iſte ſeruus commiſiſſet aliquam noxiam quę tranſiret in aliud delictum ſpecialẽ propter quod poſſet redhiberi, tunc licet eſſet noxia ſolutus tamen poſſet agi contra dominum vendẽtem, non reſpectu noxiæ, ſed reſpectu delicti. ex quo remaneret vitioſus, vt de ſe patet. Et adde quòd quidem dicimus
5 in ſimili quòd†lex vel ſtatutum loquẽs de vulnerante vel interficiente, intelligitur quando iniuſte non quando iuſte. vt eſt text. in. l. iij. & in. l. ſi quis fumo in §. primo. ff. ad legem aquiliam. Not.
6 ſecundo iſtum text. † quòd paria ſunt aliquem non commiſiſſe aliquod delictum vel abſolutum fuiſſe. facit. l. prima. C. de his qui non poſſ. ad liber. perueni. quod nota ad plura. ex quo etiam
7 nota. quòd†non ſufficit quem fuiſſe ſemel illaqueatum niſi duret illaqueatũ.
8 Sicut dicimus in ſimili quòd†non ſufficit eſſe verſum niſi duret verſum. l. ſi

pro

pro parte.§.verſum.ff.de in rem verſo.
9 †Item non ſufficit qualitatem adeſſe
vel extitiſſe,niſi duret.vt.l.ex, facto in-
fra de vulgari & pupillari.& hoc quo
modo intelligatur vide ibi per Bartol.
in princip.ij.columin.in ſecunda oppo-
ſitione.& per Barto.in.l.Titius.infra de
teſtamen.mili.& per Bal.in.l.humanita
10 tis.C.de impub.& aliis ſubſti. †Item
non videtur factum quòd non durat fa
ctum,vt eſt tex.in.l.acceptis.ff.ad.l.fal.
& vide gl.de pœniten.diſt.ij.§.quod er
go reprobi.in fi.in verſi.vacuum.& no.
glo.xxxiij.q.ij.§.diuortium.& eſt tex.&
ibi gl.in.c.nam ego.extra de verb.ſigni.
& probatur in.l.Martius.ff.locati, circa
quod vide quòd dixi in.l.præcedenti,
11 quæ incipit,quod ita ſanatum. †Item
non dicitur ſatis datum.ſi nõ duret cau
tum,vt dixit, text.in.l.prætor.§.pen.ibi
& ſi ſatiſdatum ſit.ff.de noui oper.nun-
cia.& in.l.j.§.penul.ff.quorum lega.
12 †Item nec dicitur veniſſe qui non ſte
tit.vt eſt tex.in.l.ſcire oportet.in.§.ſuf-
ficit verſi.ideoque infra de excuſat.tut.
& in.c.j.extra de iudi. & procurat.con-
ſtitutis.&.xj.q.iij.certum.&.l.ſi quis de
curio la prima.C.de decurio.li.x.& no.
Bar.notabiliter. in.l.conſentaneum. in
13 fi.C.quomodo & quando iudex. †Item
nec videtur quis defendere niſi duret de
fenſio.vt.l.ij.in fi.infra quib.ex cauſ.in
14 poſſeſ. Item non dicitur quis ingreſ
ſus religionem qui intrauit monaſteriũ
& poſteà exiuit.de quo per Barto.Ang.
& Docto.in.l.ſi quis hæredem.C.de in-
ſti.& ſubſti.ſub condi.factis,& per An-
ge.& Imo.in.l.in ſubſtitutiõe.ff.de vul.
& pupil.& adde quod no.Ang.in authé.
ſi quis ex eis in fin.C.de ſecun.nuptiis.
15 †Item nec videtur quis appellaſſe
qui non eſt perſecutus:vt.l.ij.C.quo.ap
pella.non recipi.l.ſi bonam cauſam.C.
16 de adminiſt.tuto.cum ſimilib. †Item
nec videtur conſolidatus vſusfructus
qui non durauit.vt.l.dominus.ſupra de
17 vſufructu. †Item non videtur ſe liti
obtuliſſe,qui deſtitit:vt.l.is qui ſe obtu
lit ſupra de rei vendi.&.l.deſtiſſe ſupra
18 de iudi. †Item nec videtur ad patriá
rediiſſe qui non habet animum remané
di,vt.l.nihil.ff.de captiuis.& facit.l.poſt
liminii in.§.captiuus.eo.titu.& ſupra in
19 iſta.l.in prin. †Item non videtur ade
ptus quis poſſeſsionem ſi eã retinere nõ
poteſt.vt.l.non videtur infra de acquir.
20 poſſeſsio. †Item non videtur quis ha
buiſſe illud quod non perſeuerauit, vt
no.gl.de pœni.diſt.ij.§.quid ergo repro
21 bi.in fi.in verſi.vacuum. †Item non
videtur perfecte cuiuſque id eſſe; quod
ex cauſa auferri poteſt:vt.l.omnes actio
nes.§.non videtur.in penultima charta.
22 infra de regu.iur. †Item non dicitur
venditor rem tradere, niſi cum effectu
tradat, vt nemo euincat,alias non vide
tur tradere, vt dicit gloſ. in.l. Pompo-
nius.§.ſed & ſi,in ver.de rato,ſupra de
23 procuratori. †Item non videtur du
rare mandatum quòd reuocatur.l.item
eorum.§.quòd ſi actor.ſupra quòd cu-
24 iuſque vniuer.nomine. †Item nõ vi
detur alienatum, quòd breui tempore
recuperatum eſt vt extra de reb.eccleſi.
non alie.in.c.ſi quis præſbiterorum .&
c.ad noſtram de quo tamen dic vt dixi
25 ſupra in iſta.l.in prin. †Item non vi
detur diuertiſſe quæ in breui eſt reuer-
ſa.vt infra de diuorti.l. diuortium non
eſt.&.l.quicquid calore iracundiæ.in fi.

ff.de reg.iur.&.xxxiij.q.ij.§.diuortium.
26 †Ité nec videtur furor ſublatus qui ſtatim redijt.l.diuus.ſupra de offic.præſid.
27 †Item nec videtur turpitudo abolita quæ eſt intermiſſa.l.palam.infra de ritu nup.
28 †Item non videtur res tradita quæ eſt euicta.vt.l.ratio in prin.ſupra de actio.empt.&.l.qui concubinam.
29 §.ſi hæres.de leg.iij. †Item nec videtur quis capere quòd alij reſtituturus eſt.vt.l.non videtur quiſquam id capere infra de reg.iur.&.l.aliud eſt capere infra de verbo.ſig.&.l.acceptis ad.l.fal.
30 cum ſi. †Item nec dicitur perueniſſe quod non eſt remanſurum,vt.d.l. aliud eſt capere.ij.reſponſo.facit.l.j.§.perueniſſe.de hæredi.vel actio.vendi.
31 †Vltimo facit illud,non qui inceperit, ſed qui perſeuerauerit ſaluus erit.quando ſumus in bona parte.E contra nõ qui incepit malefacere.ſed qui perſeuerauerit damnatus erit.vt hic probatur.&.eſt tex.ad literam,de pœniten.diſt.ij.c.propter huius humilitatem.in fin.& probatur in.l.j.§.idem vlulanus.ſupra eod.& vide quod ibi dixi omnino,in primo & in.iij.notabi.facit.l.conſentaneum cum glo.in ver.perſeuerauit.C.quomodo & quando iudex. Multa alia ſimilia poſſent adduci vt habetur & notatur in omnibus prææallegatis iuribus.ſed eſt potius laborioſum quàm ſubtile.

Bartholomæus Cæpolla.

SVMMARIVM.

1 *Actio noxalis pro publico iudicio nõ datur.*
2 *Actio ciuilis quando ex crimine publico oriatur.*
3 *Generali clauſula non indigemus,vbi ſpecialis eſt.*
4 *Noxæ appellatione omne delictum continetur.*

§. NOXAS. Denunciatio ſerui venditi ſoliti noxã intelligitur de noxa priuati criminis nõ publici.h.concordat l.Lucius.§.fi.infra de euictio.&.l.hęc ſtipulatio noxiis.de verb.ſig. In tex.ibi, noxas.dic ideſt noxias vel ſtat impropriè vt dixi.in.§.præcedẽtibus in prin. ſuper tex. Ibi capitalibus fraudibus, iſta verba edicti nõ declarantur hic.ſed in.l.cum autem.in.§.excipitur.el.j.ĩ.eo. In tex.ibi ſi quis fortè,ſcilicet dominus conuentus actione noxali. Ibi dedere noluerit dic ſcilicet ſeruum delinquentem. 1 †No.primo quòd ex publicis iudiciis non poteſt agi noxaliter,vel ſic ad idem nota quòd actio noxalis nõ datur pro publico iudicio,& ad hoc ſemper allegatur iſte tex.quod not.pro his quę habentur in.l.j.infra de pœnis,& in 2 l.pen.ſupra ſi ex noxa.cau.agat. †No.ſecundo ſecundum Bal. argumẽtum quòd ex publico crimine non oriatur actio ciuilis,quod eſt verum de actione noxali. Secus in aliis actionibus contra liberã perſonam quia tunc ex ſuo facto bene oritur actio ciuilis.vt eſt text.in.l.nec quicquam.ſupra pro ſocio.nam regulariter,pro quocunque delicto ſiue publico ſiue priuato poteſt oriri actio ciuilis & criminalis.l.fi.de priua.delict.&.l.fi.ĩ.de furtis.&.l.qui nomine,infra de fal.cum ſimilibus. Not.tertio,in verſicu.
3 denique ſecundum gloſ.quòd † vbi eſt ſpecialis clauſula non indigemus general

rali.de quo per tex.& Do.in.l.doli clauſula & in.l: ſtipulationes commodiſſimum de verborum obliga.& not.in.l.ſi ſeruus ſeruum.in.§.inquit lex.ſupra ad
4 l.aquil. †Oppon.contra iſtum tex.& contra primum not.de.l.plebs §.fin.de verborum ſigni.vbi dicitur quòd noxæ appellatione omne delictum cōtinetur. Solu.dic omne delictum ſcilicet priuatum vt ibi,non publicum vt hic & ita videtur dicere glo.in.l.hæc ſtipulatio:eo.titu.de verbo.ſignifi.

Bartholomęus Cæpolla Iuris Vtriuſque Doctor Veronenſis.

S V M M A R I V M.

1 ☞ *Damnatus ad perpetuos carceres vendi non poteſt.*

2 *Dominus ſeruum ſub pœna vinculorum diſtrahere poteſt.*

3 *Inuinculatio non eſt meri imperii.*

5 SIQVIS TALIS. Hucuſq; declarauit & expoſuit iuriſconſultus quis ſit fugitiuus & erro.& de ſoluto noxiis,quæ omnia breuiter fuerant poſita in edicto primo vt eſt text.in.l.j.§.j.ſupra eodem.Nunc vero hic addit aliquot caſus illi edicto: de quibus denunciandum eſt à venditore emptori,vt dixi in dicta.l.j.§.j.in prima quæſ.& hoc ſufficiat pro ſummario

In tex.ibi.aliqua poteſtate,hoc verbum habes in.l.fideiuſſor in princip.ſupra de pigno.& ibi exponitur in glo. & quid veniat appellatione poteſtatis vide omnino text.in.l.poteſtatis verbo.in fra de verborum ſignificatio.& vide optimam glo.ordinariam inſtit.de actio.in.§.rurſus.in verſicul.poteſtate. Ibi etiam prędici.ſcilicet à vēditore emptori,& niſi prædicat locum habet redhibitoria ſecundum Albert.& ita ego etiam dixi in.d.l.j.§.j.in.j.quæſtio.ſupra eod.
1 †Ibi damnatus intellige ad carcerem temporalem.vnde dominus non eſt ſpoliatus,dummodo illum poſſit vendere.ſed ſi ad perpetuum tunc ſecus quia nō poſſet illum vendere,quia non eſſet ſeruus hominis ſed ſeruus pœnæ.quod nota ſecundum Bald.
2 †No.primo iſtum tex.quòd dominus poteſt diſtrahere ſeruum ſuum ſub pœna vinculorum,& ſic videtur habere merum imperium de quo habetur in.l.ij.ſupra de his qui ſunt ſui vel alie.iur.& adde quod dicam in ſequen.not.
3 †No.ſecundo iſtum tex.qui facit ad hoc an inuinculatio ſit de mero imperio,& videtur quòd non.quia ſi eſſet de mero imperio,non competeret ex poteſtate priuati.& tamen habetur hic in text.& glo.quòd competit ſecundum Bal.& Ange.qui dicit quòd hic eſt caſus ſingularis de hoc.de qua quęſt.vide per Gulitel.de Cug.Barto.Bald.& Docto.in.l.imperium,ſupra de iuriſdi.omnium iudicum.Cætera dic vt in gl.quæ ſunt clare per ſe.

Bartholomæus Cæpolla.

S V M M A R I V M.

1 ☞ *Venditor non præſtans quod in venditione promiſit,poteſt redhibitoria conueniri.*

2 *Caſus duo,in quibus redhibitoria locum habere dicitur.*

5. SI QVIS AFFIRMAuerit. Vendens ſeruum ſi dixerit aliquid abeſſe quod adſit: vel aliquid adeſſe quod abſit, tenetur actione redibitoria. h.d.concordat.l.ſequent. & vide omnino quod ibi dicam. In text. ibi adeſſe
1 ſeruo, dic ſcilicet vendito. †No.j. quod venditor qui emptori non pręſtat id q in vēditione ſerui de ipſo ſeruo promiſit tenetur, & poteſt conueniri actione redibitoria, vt hic etiā quanto minoris vt.l.ſeq.& ſeq.in prin.&.§. ea autē cum ſequē.& vide omnino quod ibi dicam.
2 †Not.ij.hic duos caſus in quibus habet locū actio redibitoria. Primus quando dixit aliquid abeſſe quod adeſt. Secundus quando dixit aliquid adeſſe, quod abeſt. de quo tex.in.l.j.in.§.quod ſi mācipium,&.§.Item ſi mancipium.in fi.ſ. eo.& vide gl.in.d.l.j.§.j.in prin. in ver. aiunt quæ incipit ex quinque cauſis. & vide quod ibi ſcripſi in.j.q.

Bartholomæus Cepolla de Verona. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Leuis quomodo hic accipiatur.*
2 *Proteruus quis ſit.*
3 *Piger quis dicatur. & nu.17.*
4 *Comeſſor qui nimium comedit dicitur.*
5 *Modice id eſt temperate.*
6 *Emptor quam actione vult eligere poteſt quādocunque locum habet redibitoria vel quanto minoris.*
7 *Agere debentis eſt electio in alternatiua petitione.*
8 *Intellectus ad.l.ij. & lege ſi voluntate. C. de reſcind.vend.*
9 *Verba verbi gratia, regulam declarant.*
10 *Peculium ſerui quod ſit.*
11 *Mediocriter & temperate extorſio debet fieri.*
12 *Grauitas & conſtantia in philoſopho eſſe debent.*
13 *Laboratores pro corporis neceſſitate interualla habere debent.*
14 *Verbum reſiſtentia quomodo intelligendum.*
15 *Ad melius non tenetur, qui in genere vel incerto tenetur.*
16 *Doctorandus ſufficientis ſcientiæ eſſe debet.*
18 *Sacerdotes & alij ordinandi, non ſunt rigide examinandi.*
19 *Scholares cum temperamento & non rigide examinandi ſunt.*
20 *Rigide & rigoroſe examinatus, habet maximam perfectionem.*
21 *Examinatus rigide & rigoroſe quis dicatur.*
22 *Examinatus in tremendo examine, & cæteris paribus præfertur.*

1. SI QVIS VENDItor. Venditor ſerui ſi non præſtat quod promiſit in venditione poteſt conueniri actione redibitoria, vel quanto minoris, & id quod promiſit non debet intelligi in ſummo bonitatis gradu ſed modice cum quodam temperamento. h.d. vſq; ad.§. venditor concordat.d.§.venditor &.§.illud ſciendum, infra lege proxima. & vide quod in eis dicam, & vide text. cum gloſſ. in verſicu. prædicationem. in. l. Iulianus. in.§.primo verſic. quod autem diximus ſupra de action. empti, & quod ibi not. In text. ibi, ſi quid venditor, dic ſi quid virtutis vel bonitatis. Ibi quæratur id eſt conqueratur. Ibi facientem, affirmaue

mauerit repete, ſcilicet venditor. Ibi
ex diuerſo leuis &c.referas ſingula ſin-
gulis per ordiné,ex poteris notare quis
dicatur leuis,proteruus deſidioſus,ſom
1 niculoſus &c.† vnde leuis accipitur hic
pro non conſtanti vt dixi in.l.j.§.exem
2 pli in prin.ſuper text.ſupra eo.† Proter
uus dicitur qui non eſt multum labo-
rioſus, vt hic probatur & dixi ſupra in
l.j.§.idem viuianus ſuper text.in verb.
3 proterui ibi vide.† Ibi piger, dic ſcili-
cet incipiendo vt differat à tardo qui
4 ſequitur. † Ibi comeſſor id eſt qui ni-
mium comedit. Ibi amare, ſimile not.
glo.in clem. j. multorum in.§.porro in
ver.in ſecreto.de hæreticis.Ibi cũ quo-
dam temperamento dic ſcilicet bonita
tis, aliquando accipitur temperamen-
tum temporis vt.l. quod dicimus infra
5 de ſolutio.† Ibi modice id eſt tempera
re.Nota.primo text.ibi aut redibitorio
aut æſtimatorio &c. quod ſi venditor
ſerui dicat aliquam bonitatem eſſe in
ſeruo quæ non ſit quod emptor poteſt
agere actione redibitoria, vel quanto
minoris prout ipſe emptor voluerit,
quia hic ponitur dictio alternatiua aut
& verba referuntur,ergo vt.l.Lucio cũ
ibi not.de legatis ſecundo. Ex quo not.
6 †ſingulariter quod quandocunque po-
teſt habere locum actio redibitoria &
actio quanto minoris eſt in poteſtate
emptoris eligere quam actionem velit.
In contrarium videtur.l.ſecunda ad fi.
&.l.ſi voluntate in fi.C. de reſcin. ven-
di.in ratione ſui. Sed credo primum eſ-
ſe verius per iſtum text. vt ſupra dixi
& per tex.in.l.ſi is qui in.§.primo infra
de excep.rei iudi.& per text.in. l. quod
ſi nolis in.§.ſi venditor in verſi.ſi tamé
partes.& vide omnino quod ibi dicam
in quarto nota.& vide gloſ. ordinari.in
l.iulianus in princip.in gloſſ. in fin.ſu-
pra de actio.empt.facit.l. bouem in. §.
aliquando & ibi dicam in.iij. quæſtio.
7 & pro hoc facit ratio,quia in alternati-
ua petitione ſeu actione electio eſt age
re debentis,& ſic emptoris in caſu no-
ſtro.l.quod in.heredem.§.eligere ſupra
de tributo.& hoc videtur tenere glo. in
l.ſciendum.§.dictum in gloſſ.magna,&
in ver.conueniri, quæ incipit ad aliud,
& ita etiam tenui in.l.j.in princip. ſu-
pra eo.in.v.q.in verſic. ſed quid ſi em-
ptor vult agere quanto minoris; quod
tamen intelligo quando vtraque poteſt
competere,videlicet quia eſſet tale vi-
tium vel morbus qui faceret compete-
re actionem redibitoriam,& quod fuiſ-
ſet illius intentionis, quod ſi ſciuiſſet
talem defectum nullo modo emiſſet
rem,& hoc quando vellet actionem re
dibitoriam,& in hoc ſtaretur forte iu-
ramento ſuo,vt dixi in dicta.l.prima in
princip.in. v. q. quod ſingulariter tene
menti,quia ſæpius venit de facto ſcili-
cet quod emptor vult agere quanto mi
noris,& véditor vellet potius quod age
ret redibitoria, & ſic contractus reſcin-
deretur quia intereſt forte ſuá quod re
ſcindatur contractus,quia venderet me
lius alii qui non curaret tantum de di-
cto vitio vel defectu.nam vt dixi ele-
ctio eſt ipſius emptoris non venditoris.
8 Nec ob.d.l.ij.& l.ſi voluntate. C.de re
ſcind. vendi. quia ibi expreſſe dicitur
quod electio ſit decipientis,& ſic in ca-
ſu certo hic in caſu dubio,vel dic quod
ibi loquit̃ in alio caſu, ſcilicet quando
emptor eſt deceptus ſolũ in pecunia.

Vnde ſatis eſt ſibi ſi refundatur ſibi pe
cunia vel reſcindatur contractus, ſed in
caſu noſtro loquitur quando emptor
eſt deceptus in bonitate rei venditę, &
ideo eſt electio ipſius emptoris. & adde
hic ea quæ dicam plene in. l. ſciendum
in. §. dictum. in prima. q. infra eo. vbi
9 omnino vide. † Not. ſecundo ibi verbi
gratia &c. quòd iſta verba non reſtrin-
gunt regulam imò declarant, vt proba
tur hic in fin. ibi idem & in cæteris, con
cordat. l. j. §. exempliq; gratia, ſupra eo.
& vide quod ibi dixi in primo notabi-
li de hoc & iſta verba verbi gratia po-
nuntur etiam in tex. in. l. ſi per empto-
rem, ſupra de pericu. & commo. rei ven
di. & in. l. ij. infra locati. & in. l. ſi ſupra
de alie. iudi. mutan. ca. fact. & in. l. Me-
uius in. §. penul. ff. de leg. ij. & in. l. ij. C.
vt digni. or. ſerue. lib. xij. & in. c. quoniã
frequenter. in. §. porro. extra vt lit. non
conteſt. & in. l. ſi quis aliam. ff. de ſolu-
10 tioni. † No. tertio ibi ex frugalitate ſua
peculium text. quod probat quod ſit pe
culium ſerui, quod dicitur illud quod
ſeruus lucratur ex frugalitate ſua con-
cordat. l. peculium etiam. ex eo ſupra
de peculio dic vt ibi. Not. quarto iſtum
text. pro officialibus laborioſis & ſoli-
citis qualiter iſta verba intelligantur,
quia intelliguntur moderate cum quo
dam temperamento, de quo dic, vt ple-
ne dixi in. ſeq. in. ij. notabili. Not. quar-
to ibi hæc omnia quod ſi aliquis vendi
dit ſeruum & dixerit ipſum habere ali-
quam virtutem deſcendendo ad ſpeciẽ
debet intelligi de bono, & æquo. aſſum
pto temperamento ad idem. l. proxima
§. illud. Item debet intelligi medioeri-
ter, vt hic, & infra proximo. §. & vide
omnino quod ibi dicam de mediocri-
11 tate. † Ex quo etiam nota quod non eſt
ad vnguem facienda extorſio. Sed me-
diocriter, & temperate facit. l. ſi cui. ſu-
pra de ſeruitut. vbi verba intelliguntur
vel intelligi debent ciuili modo, & ad-
de quod dicam hic in fi. huius principii
12 † Not. quinto ibi quaſi à philoſopho ꝙ
philoſopho debet eſſe ſumma, & ex-
13 actu grauitas, & cõſtantia. † Not. vi. ibi
non continuus labor per dies. &c. text.
notabilem pro laboratoribus, quia non
debent laborare die noctuq;, ſed debet
habere interualla pro neceſsitate cor-
poris ſecundum Albert. vt hic & infra
de oper. liber. l. penulti. quod no. bene.
14 † Not. ſeptimo ꝙ verbum recedentia
non eſt amare intelligendum, ſcilicet
vt nunquam inde diſcedat, nam verba
ſunt intelligenda ciuili modo, & non
amare. ita dicit Archi. in. c. licet canon.
in pen. col. in prin. de electio. lib. vj. per
iſtum tex. & per. l. ſi cui. ſupra de ſerui-
15 tuti. de quo dic, vt ibi per eum. † Not.
octauo ſecundum gloſ. in ver. ex bono.
quod qui in genere tenetur vel incerto,
non tenetur ad id quod eſt melius, ſed
ex bono, & æquo vt hic & allegat mul-
ta alia iura, maxime. l. fideiuſſorem, &
quod ibi no. ſ. manda. Sed certe iſtud
notabile non bene colligitur hic, quia
iſte non tenebitur in genere, nec incer-
to, ſed in ſpecie, quia forte dixi ſeruum
eſſe lanificem ſcriptorem, & ſimilia, vt
dixi ſuper tex. nam ſi dixiſſet in genere
nullo modo teneretur, vt. l. ſequent. in
prin. quæ incipit ſciendum. Potes tamẽ
ſaluare glo. vt intelligat ꝙ voluerit di-
cere in genere, vel in certo ipſius boni-
tatis, quæ ſpecialiter fuit promiſſa. Nã

ſi promiſit venditor ſeruum eſſe conſtā
tem, vel laborioſum, promiſit ſpeciem
bonitatis, ſed iſta bonitas non eſt certa,
imò incerta, & in genere, quia non ap-
paret ſi promiſerit de magna, vel par-
ua, vnde in dubio intelligitur de medio
cri cum quodam temperamento, & hoc
eſt quod fortè vult dicere iſta gl. & tūc
16 bene diceret aliâs non. † No. nono ꝙ
ſatis eſt aliquem eſſe ſufficientis ſcien-
tiæ, quo ad doctorandum, licet non ſit
ſufficiētiſſimus, vt hic & in. l. ſciendum
§. illud. infra eod. & C. de profeſſ. qui in
vrbe Conſtantinopolitan. l. vnica libro
xij. & probatur in prima Conſtitution.
C. in verb. ſufficientes, & ita dicit ibi Al
beri. de Roſa. per iura, & idem tenet ibi
Ange. & pro hoc vide text. in clementi.
prima de magiſtr. ibi ſufficientem habē
tes, & ibi & docti ſufficienter, & adde ꝙ
dicam in ſequen. notabi. & vide. D. frāc.
de Zabarel. in clementi. prima. in prin-
ci. in. xiij. notabili de magiſtr. facit quod
infra dicam in. §. ſequen. ſecundum Bal.
Not. decimo glo. ſuper verbo & tardus
17 quæ allegatur quod † piger dicitur in
cipiendo, tardus perficiendo. ſecundum
Alberi. in ſuo alphabet primo in verſ.
18 tardus in prin. † Vltimo per iſtum tex.
dixit gloſ. ſecundum Lauren. in. c. quan
do epiſcopus in ver. inueſtigent. xxiiij.
diſt. quod ſacerdotes & alii ordinandi,
ſunt rigide examinandi, quia hic dici-
tur quod non ita amare, ſed cum quo-
dam temperamento eſt accipiendum,
vt non requiratur nimia perfectio, vt
hic & extra de electio. cum nobis olim
licet in contrarium faciat extra de pur
ga. canoni. c. conſtitutus. circa hoc & vide
19 & adde † & idem poſſet dici in exami-
natione ſcholarium & aliorum. vt. non
ſint rigide, & amare examinandi ſed cū
quodam temperamēto, & ſufficit quod
ſit mediocris ſcientiæ. Quis autem di-
catur mediocris dicam in. §. ſeq. in. ij. no
tabi. quod nota contra multos Docto-
res de collegio qui aliquando in exami
ne inuehuntur contra ſcholares. in ar-
guendo eis nimis rigide, & amare cau-
ſa alicuius odii etiam leuis ſicut fecit
mihi in examine meo Dominus & præ-
ceptor meus Do. Franciſ. de capitiliſte.
licet de ſuis argumentis nullum, hono-
ris habuerit propter meas reſponſio-
nes, quia ipſi male faciunt & ſunt repre
20 hendendi. † Et ex dicta glo. in. c. quan-
do epiſcopus. in verſic. inueſtigent. in
prin. ibi ita rigide ſunt examinandi, cō-
iuncto ibi cum quodam temperamen-
to, & ibi nimia perfectio not. & collige
duo, quæ videntur mihi notabilia pri-
mum eſt quod ille qui eſt examinatus
rigide & ſic rigoroſe poteſt dici quod
non ſit mediocris, & habeat nimiam, id
21 eſt maximam perfectionem. † Secun-
dum eſt, quod ille dicitur rigide & rigo
roſe examinatus qui non eſt examina-
tus cum quodam temperamento & ſic
mediocriter, ſed amare & diligentiſſi-
me, ꝙ nota bene tu ſcholaris pro priui-
legiis Doctoratus in quibus apponunt
ſæpe iſta verba in rigoroſo & tremen-
do examine, fuit rigoroſe examinatus
& ſi tu potes facias addere iſta verba &
ſimilia in tuo priuilegio doctoratus pro
pter plura, quæ ex prædictis colligi poſ
22 ſunt per temetipſum. Maximè quia cę
teris paribus preferretur in prelatura
vel in alta dignitate illo qui eſſet exa-
minatus rigoroſe & in tremendo exa-
mi

mine & audio quòd ita ſemel fuit ſeruatum vltra mõtes.& pro hoc facit quod not.Bar.in.l.j.ff.de obſequi:pro hoc optime facit quòd dicit D.Pau.de Caſtr. in.l.quoties.C.vbi ſenat.vel clariſsi, & hic extende.

Bartholomeus Cepolla.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Coquus & coquinæ viſitator, an comprehendantur a ſtatuto loquente de artiſice. & numero.2.*
3 *Coquus imperatoris eſt in dignitate.*
4 *Coquus ſimpliciter promiſſus mediocris intelligitur.*
5 *Mediocris ſcientiæ quis dicatur.*
6 *Mediocres qui ſint.*
7 *Scientia mediocris in eligendis eſt tolleráda.*
8 *Epiſcopi veteris & noui teſtamenti eminentem ſcientiam habere debent.*
9 *Scientiam mediocrem hauere dicitur, qui cum librorum reuolutione ſcit, quod opus eſt.*
10 *Canonici ſe transferentes ad ſtudium conuenienti ſuarum prebendarum fructus percipere debent.*
11 *Coquum eſſe an ſit ars. & ſupra nu.1.*
12. *Minimum in ſummis debetur.*

S. VENDITOR. Venditor ſerui qui dicit ipſũ eſſe coquum optimũ tenetur ſi non eſt optimus ſecus ſi ſimpliciter dixerit eſſe coquum. Si autem dixerit ſeruum peculiatum, tunc ſufficit quod etiam minimum habent peculium.h.d. in terminis.& in ſumma. In text.ibi æque.i.ſimiliter. In tex.ibi peculiatũ eſſe ſeruũ.dic & ſic ſe retulit ad vniuerſitatem, vt infra dicam in oppo. ſe-
1 cundum Albe. † No.primo iſtum textum.ibi coquũ,& ibi in eo artificio ſecundum Bald.quòd eſſe coquum eſt eſſe artificem.& ſic quod coquus dicitur facere artem.quòd nota pro ſtatutis loquentibus de artifice,quòd appellatione artificum coquus continetur. quòd nota.vnde talis coquus comprehenditur a ſtatuto faciente mẽtionem de artifice,& ita tenet Ludo.de Ro.in.cccclxxxv.ſingulari quòd incipit coquum eſſe eſt ars,& pro hoc videtur eſſe textus in.l.legatis.in.§.ſi vnus.ibi artificia,& ibi in quo artificio coniuncto,ibi coci.de leg.iij.& pro hoc facit iſtud dictum Soſiæ apud Terentium,quod eſt, quòd ibi mea ars coquinaria efficere poſsit amplius. In contrariũ facit d.l.legatis.§.ſi ex officijs.de le.iij.vbi dicit tex. quòd ſi lecticarius efficiatur coquus mutat artificium in officium,& ſic dicit coquum eſſe potius in officio,quam in artificio,& pro hoc videtur eſſe glo. in.l.ſi cui balnei.ſupra quib.mo.vſusfr. acqui.quæ vult quòd miſterium coqui 2
non ſit artificium per.d.l.legatis.Sed tu ſalua vtrunque diſtinguendo,vt dicit glo.in.d.§.ſi ex officijs in verb.coquus, 3
& in.d.§.ſi vnus.in verſi. artificia. Aut enim eſt quis coquus ciborum groſſorum,vel communium. vt ſunt coqui ſcholarium,qui groſſo modo communiter faciunt coquinam,puta de oleribus caulibus,& ouis,vel de ſimilibus rebus, & iſti nõ comprehenduntur a ſtatuto. vt.d.§.ſi ex officij. Aut eſt quis coquus ſubtilium,vel lautiſsimorum ciborum, vt eſt coqu' Papæ,vel Imperatoris,vel alterius domini,vel etiam ſi eſt coquus

lautiſ

lantiſsimus,qui ſolet facere coquinam
in nuptijs,nam iſti bene comprehende
rentur a ſtatuto, quia dicuntur facere
artem.& ita loquatur iſte.§.in princ.&
de hoc ego allego caſum mihi ſingula-
rem de conſecrat.di.v.ne tales in prin.
ibi facilius apparatus eſt.& arte impen
dijſque coquorum non indiget,& idem
ergo indiget,& idem ego credo in co-
quo mediocri.ar.huius tex.ibi ſi medio
crem coquum,& ibi in cæteris generib9
2 artificiorum.† Et idem etiam ego cre
do de præpoſitis coquinę, vt probatur
in.d.l.legatis.in prin. coniuncta glo.in
d.§.ſi ex officijs.in ver.coquus.dum di
cit viſitator ciborũ,& vide hæc omnia,
quæ ſcripſi in.l.merces la prima. infra
de verbo ſignifi.verſi.ſed quid de coquo
3 an dicatur.&c.†Et adde quòd eſſe co-
quum Imperatoris eſt dignitas, ſecun-
dum D.Ludo.de Ro.in ſuo ſingula. ꝙ
incipit,an ſi ſtatuto cauet ꝙ omnes ar-
tiſtæ,&c.& dicit ꝙ hoc vult Bal.in.c.j.
in tit.quis dicatur dux, marchio &c.in
vſi.feudo.ſed in meo.Bald.nil dicit.
4 †No.ſecundo ꝙ ille qui promittit
ſeruum eſſe coquum ſimpliciter non de
ſcendendo ad aliquam bonitatem in ſpe
cie,vel in genere.ſufficit quòd ſit coqu9
mediocris.caſus eſt hic notabilis. con-
cordat ſupra ea.l.in prin.& infra.l.pro-
xima.in.§.illud.vbi eſt aureus tex.ſecũ
dum Ang.hic & eſt arg.ſecundum Bal.
ꝙ ſi poteſtas tenetur ſecũ ducere aſſeſ-
ſorem,nec ſpecificatur cuius qualitatis
vel ſcientiæ,ꝙ ſaltem debeant eſſe me-
5 diocres.& non totaliter ignari.† Quis
autem dicatur mediocris ſcientię dic il
le,qui non eſt ſumme ſapiens.& ſic non
tenet locum ſupremum ſapientum.nec
eſt ſumme ignorans,& ſic non tenet vl
timum locum ignorantiæ,& ſic ſtat in
medio:ita probatur per tex.& gl.xxiij.
q.iij.ſex differentiæ.in princ.in verbo.
mediocrem.vbi per illum text.gl.dicit,
quod illi ſunt mediocres,qui non ſunt
ſumme boni.vel ſumme mali.Et idem
tu dicas in ſimilibus.& vide ꝙ dicit ſpe
in tit.de loca.in.§.nunc aliqua. verſicu.
lix.in ſi.& facit quòd dixi.ſupra eod.in
6 viij.notabi.†Adde quòd illi dicuntur
mediocres,qui non ſunt neque maximi
neque parui,vt probat tex.in authen.de
defenſorib.ciuit.§.fi.quæ igitur in prin
ci.ibi & maximorum.& mediocrum &
7 paruulorũ coll.iij.†Et adde quòd ſuffi-
cit quòd electus ſit mediocris ſcientiæ,
vt extra de electio.c.cum nobis, & ibi
not.in glo.ſecundum Alberi.& not.glo.
in.c.oportet.viij.q.j.in verſicu.doctus.
8 †quod tamen non eſt verum in epiſco
po & archiepiſcopo quia in iſtis requi-
ritur ſcientia teſtamenti veteris & no-
ui.xxiij.di.epiſcopus.Item eminentem
ſcientiam debet habere.xxxvj.di.§. ec-
ce.ſecundum Anto.de Butr.& Inno. in
c.cum in cunctis.de electio.in prin. in
antiqua lectura,vbi etiam dixit notabi
9 liter.†quod ille dicitur habere medio-
crem ſcientiam, qui cum reuolutione
librorum ſcit quòd opus eſt,quòd nota
contra multos doctores legiſtas.& vide
eundem Anto. de Butriga.in.d.c.cum
in cunctis in noua lectura,& hic adde,
& etiam Doctores.& gloſſa.ibi.& gloſſ.
& doctores.in.c.cum nobis.in verſi.lit-
teraturæ.de electio.& Franc. Zabarel.
in cle.j.de magiſtris.in prin.in.xiij.no-
tabi.& de mediocritate vide gloſſ.& ꝙ
ibi not.in.l.cum poſt ſententiam.C.de
appel

appellat.& vide omnino Bal.in titu.de pace conſtan.in.xxxij.colū.in fine. in
19 verſi ſufficiens. †Item iſte tex. allegatur per gloſſ.in.c.tuo.in verſi.ſtudiorum.extra de cleri.non reſiden.ꝙ ſi canonicis ſtudiorum gratia eſt induitū, vt in abſentia ſua percipiant fructus præbendarum ſuarum quòd ſufficit, ſi ſe transferunt ad locum,vbi ſit ſtudiū conueniens ſiue mediocre per iſtum text.& per.l.ſequen.§.illud,quòd nota.
11 †Oppono primo contra iſtum. tex. qui dicit quòd coquus dicitur eſſe in artificio,& ſic facere artē de.l.legatis ſeruis.§.ſi ex officijs. infra de leg.iij. vbi videtur tex.velle quòd coquus non dicatur facere artificium,ſed officiū.Sol. ibi loquitur de coquo ciborum communium,& groſſorum,hic vero de coquo ciborum ſubtilium,vt dicit ibi gloſſ.de quo dic,vt plene dixi ſupra in primo notabili. Oppo.ſecundo contra iſtū tex.in fi.de principio huius.§. nam in princi.dicitur quòd debet præſtare mediocrem,in fine.dicit quòd ſufficit minimum.Sol.dicit glo.hic quòd iſte tex. in fine.dum dicit,vel minimum debet exponi,idest non maximum.& ſic mediocrem,& ſic concordat iſta Sol. deſtruit tex.ideo ſoli ſecundo,quòd hic in
12 fi.loquitur †in ſummis in quibus quòd minimum eſt debetur.l.inter ſtipulantem.§.ij.de verb.oblig.tu clarius dic ſecundum Alber.quòd principium loquitur de artificijs & officijs quæ ęquipollent ſpeciebus in fine loquitur in vniuerſitate,ſcilicet peculij,quæ æquipollet quantitati & ſummis, in quibus id quod minimum eſt debetur,ſecundum Dy.in.c.in obſcuris lib.vj.& ita ſequitur etiam hic Raph.& bene.

Bartholomęus Cepolla.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Commendatio meræ laudis ad hoc,vt commendantem obliget quid ſpectandum ſit.*
2 *Verba generalia,an ſint obligatoria.*
3 *Conceptum ſermonem quis retinere poteſt.*
4 *Fides non eſt adhibēda multū promittenti.*
5 *Verbis generalibus quis ſalutatur.*

1. SCIENDVM. Generaliter dicta ad commēdationem rei venditæ,vendentem non obligat,ſed ſi nō generaliter, ſed ſpecialiter,quia tunc promiſſa intelliguntur.h. d. In tex,ibi pertinent in genere.ſecus ſi in ſpecie,vt ſupra.l. proxima in prin.&.§.fi.quæ videtur contra. Ibi dicto audientem idest obedientem, concordat.l ante penultima.quæ incipit arbiter ex compromiſſo,ibi dicto audiens ſupra de arbi.& ibi gl.hoc modo expo-
1 nit. †No.ꝙ verba ila dicūtur ptinere ad meram laudē quæ ſtat in genere ſ.qū deſcendit ad ſpeciem videntur habere vim ꝓmiſsionis,vel quaſi ſecūdū Bal.ꝙ eſt notabile.& ſic nota cū dubitatur an aliqd ſit dictū gratia vere laudis vel nō,& ſic an obligeť diſtinguit inter gnālē & ſpecialē ꝓnūciationē cōcordat l.ea q̄ cōmēdādi.ſ.de cōtrah.emp,&.l. qd ſi vēditor.in prin.ſ.de do.& ibi not. & hoc qn̄ dicit bona fide,ſi autē doloſe tūc teneť actione de dolo.vt.d.l.quod ſi vēditor ſupra dolo,circa quod vide omnino gl.ordinariam,& quòd ibi no.Itē quando propter iſtam laudationem generalem

neralem plus vendidiſſet,& reperiretur
poſtea contrarium,tunc poſſet conueni
ri actione exempto,caſus eſt in.l. iulia
nus.in fin.principij.verſicu.& quoniam
ignorauit.ſed non debuit &c.ſupra de
actio.empt.de quo dic vt ibi nota.& ad
de hic omnino quod plene dictum in.§.
dictum quod ſtatim ſequitur,in prima
2 oppoſitione. † Nota ſecundo quòd
iſta verba ſeruus eſt frugi, vel probus
vel obediens,ſunt verba generalia quæ
non obligant dicentem vt dixi.& ſic no
ta quod verba generalia non ſunt obli
gatoria,nec apicigatoria, de quo vide
omnino gloſſ. notabilem.in.l. ſecunda.
C.in quibus cauſis coloni cenſiti. libro
xj.quæ incipit coloni non ſerui,vbi di
cit gl.ſingulariter,quod ſæpe dicit ami
cus,amico vulgariter tuus ſum in o-
mnibus,& me tuũ eſſe recognoſco,quæ
verba non obligant quia non ſunt api-
cigatoria,ad idem eſt tex.in.l.obligatio
num.§.finali.infra de actioni.& obliga
tioni.& eſt textu.in capitulo cum veniſ
ſent.circa medium ibi faceret quod ſi
placeret extra de inſtitutio.& eſt bonus
caſus inſti.de teſt.mili.in.§.plane.verſi.
cæterum.& in.l.diuus.ff.de teſta. mili.
Adde hic quòd no.Io.de Imo.in.c.quin
tauallis.in.lxvij.colum.extra de iureiu
ran.& hic adde & ratio poteſt eſſe quia
facit ex abundant corde,ſcilicet actio-
3 nis.† vnde conceptum ſermonem quis
retinere poteſt,vt not.gloſſ.in.§.finali.
ſupereſt inſtitut.de perpetuis & tempo
ra.actio.Item poteſt etiam alia ratio aſ
4 ſignari,† quia quando aliquis multum
promitti non eſt eis fides adhibenda,
non præſumitur facere animo ſe obli-
gandi,vt probatur in.l.non omnis.§. fi
nali.cum gloſſ.& ibi Bart.ff.de re mili-
ta,Nam dicit ibi gloſſ.nota. argumen-
tum contra Doctores promittentes ma
ria & montes.vt non eſt eis credendum
licet aliquando verba generalia obli-
gent & aliquid operentur,vt eſt textus
in.l.finali.in fine.C.de dotis promiſſio
ne.de quo dic vt infra dicam in prima
oppoſitione. Vnde dico quod ſi peto
a te quod dones mihi talem rem, & tu
reſpondens dicas,non tantũ iſtam ſed
quicquid tibi placet vel placebit, quod
petens ex tali reſponſione non poteſt
ſe fundare ad dictam rem petendam,
quia promiſſio eſt nulla ſecundum Bal
dum qui ita nota. ſingulariter in con-
cluſionibus iuris in.c.cum veniſſent.de
inſtitut.circa finem. & ita refert eum
& ſequitur Dominus. Ludouicus, de
Roma.inre petitio.rubricæ.ff.de arbit.
in tertia columna verſiculo.non pone,
ibi vnum ſcias quod ſingulariter repu-
tatur.pro quo facit iſte textus.& omnia
iura ſupra ad hoc pro me allegata quod
ſingulariter nota tu ſcholaris qui pra-
cticas rectoratum,& vis habere,q̃a mul
ti reſpõdent in genere ſic iſtud quod pe
tis,& quicquid vis,vel quicquid placet
eſt ad libitum tuum.nã per talẽ reſpon
ſionẽ non obligãtur.quod nota ſingula
riter & tene menti,& idem tu dicas in
ſimilibus caſibus. Item per prædicta
poteſt determinari vna quæſtio quæ ſe
mel fuit de facto Vincentiæ.Quidã Ve
netus dum eſſet peſtis Venetij, venit
Vincentiam ad domum cuiuſdam ci-
uis nobilis,& petijt quod vellet ſibi da
re vnam habitationem,& ille ciuis li-
beralis dixit. Eatis ad talem villam
meam vbi eſt domus & ibi ſtetis, quia
volo

volo quod ſit veſtra illa domus, & quicquid habeo ſit ad libitum & mandatū veſtrum. deinde poſt aliquod tempus ille Venetus nolebat reſtituere domum illi nobili Vincentino, quia dicebat, quod ſibi eam donauerat, & de hoc fuit diu litigatum Venetiis, & tandem fuit determinatum, pro illo nobili Vincentino. Neſcio per quæ iura. Sed omnia prædicta, determinant iſtam quæſtionem, pro illo nobili Vincentino, & ſic fuit bene iudicatum. Caueas ergo tu ne ita liberaliter promittas hominibus ingratis ſicut fuit ille Venetus qui male remunerauit illum nobilem Vicentinū & liberalem, quæ omnia ſingulariter tene menti quia ſunt quotidiana.

5 † Adde prædictis quod per verba generalia quis aliquando ſalutatur, puta quia quis ſe ipſum offert, vt dicit gloſ. in clemen. j. in. §. ô ſingularis & admiranda liberalitas, in verſic. ſe ipſum. in princ. de reliquiis & veneratio. ſancto, & nos videmus quotidie fieri, & ſic quotidie facimus in offerendo nos amicos maximè in agendo gratias, quia dicimus me ipſum offero tibi & omnia bona mea, ſicut faciebat ſemper vnus bidellus Bononiæ, qui facta collecta dicebat ſcholaribus, ago vobis gratias & offero vobis me ipſum & omnia quæ habeo, excepta muliere, quæ licet verbis exciperetur, tamen ea magis vtebātur ſcholares quam aliis bonis dicti bidelli, vnde per prędicta verba nulla naſcitur obligatio, vt patet etiam per prædicta. Oppo. contra iſtum textum, dum vult quod verba generalia non obligēt de. l. finali. in fine. C. de dotis promiſſione. Solut. vide ibi glo. & Doctor. & hic extende.

Bartholo. Cepolla de Verona.

S V M M A R I V M.

1 *Differētia inter dictum & promiſſum.*
2 *Promitto verbum quod notet.*
3 *Verbum promitto à notario in inſtrumento prolatum comprehendit ſtipulationem.*
4 *Stipulatio non comprehenditur ſub verbo promitto à teſte prolatum, niſi expreſſe dicatur.*
5 *Promittens reſtituere pecuniam apud alium depoſitam ad quid teneatur.*
6 *Verbum reddam in priuatis ſcripturis quid notet.*
7 *Venditor quid ſpondens per ſtipulationem, qua actione poſſit conueniri, & nume. 9.*
8 *Redibitoria & quanto minoris poſſunt ſimul & eodem tempore intentari, & nu. 12.*
9 *Venditor per ſtipulationem promittens quod non eſt verum, qua conueniatur actione.*
10 *Redibitoria conueniri poteſt qui poteſt ex empto conueniri.*
11 *Actiones redibitoriæ an ſint neceſſario introducta.*
13 *Emptor an poſſit renunciare ſententiæ pro eo late in actione redibitoria.*

§. DICTVM. Iſte. §. non poteſt congrue ſummari, quia ponit differentiam inter dictum & promiſſum. & nota iſtum. §. quia melius alibi nō reperitur, quòd eſt differentia inter dictum, pactum promiſſionem, ſimplicem pollicitationē & ſtipulationem ſecūdum Bal. & glo. etiam hic colligit. Et vide Bar. in. l. theopompus. ff. de do. præleg. in. j. col. In text. ibi de huiuſmodi cauſa dic quæ contine-tur

netur in ædilitio edicto. Ibi ſecundū
quod. i. propter quam ſtipulationem.
Ibi & ex ſtipulatu.dic de iure ciuili.
Ibi redibitoriis actionibus.dic ſcili-
cet prætoriis,ſcilicet actione redibito-
ria & actione quanto minoris res eſt.
quæ eſt prætoria per quam largo mo-
do dicitur, res rediberi. arg.l.bouem.§.
aliquādo.ſupra eo.& hoc ideo iſte poſ-
ſunt ſimul competere.quia non dantur
ad idem ſed ad diuerſa, alias ſecus. vt
l.non eſt nouum..ſupra de actio.empt.
&.l.quod in hæredem. §.eligere. ſupra
de tributo.ſecundum Alber.hic.de quo
dic vt dicam plene infra eod.in.j.q.vbi
1 omnino vide. †Not.j.differentiā in-
ter dictum & promiſſum, quia dictum
dicentem non obligat vt regulariter.vt
ſupra ead.l.in prin.& ibi dixi in.j.&.ij.
nota.ſed promiſſum bene obligat pro-
2 mittētem vt hic. †Not.ij.hic tex.qui
notab.ponit quomodo verbum promit
to tria ſignificat primo pactum nudum
à ſolennitate de quo in toto titulo de
pactis. ff.&.C.vt ſi dico tibi promitto
dare.& tu dicis ſum cōtentus non præ-
cedente alia interrogatione vel ſolen-
nitate,vt probatur hic in verſi. nudam
promiſsionem. Secundo ſignificat pol-
licitationem id eſt vnius ſolius offeren
tis promiſsionem quæ dicitur pollici-
tatio. vt eſt tex.de vtroque. in.l.pactū.
in princ.infra de pollicitat.& hoc pro-
batur hic in verſicu. pollicitationem.
Tertio ſignificat ſolennem ſtipulatio-
nem in qua fienda plura ſunt neceſſa-
ria, vt not.in.l.j.in princ.infra de ver-
bor.obligat.& hoc probatur hic ver.in
3 ſponſionem.†Et licet iſta ſignificet vel
ſignificare poſsit vt hic. verbum pro-
miſsio tamen ſi eſt prolatum à notario
in inſtrumento publico, comprehendi-
tur ſtipulatio. vt.l.ſciendum. & ibi no-
tatur plene de materia, infra de verbo.
obliga.& ibi vide Lud.de Roma.& hic
adde.& eſt tex.in.§.ſi ſcriptum.inſtitu.
de inutili.ſtipulat. vbi hoc melius pro-
batur quàm alibi ſecundum Raph.hic
Idem quando reperitur in inſtrumen-
tis priuatis, quia intelligitur per ſtipu-
lationem, ſicut ſi eſſet prolatum à ta-
bellione. iſte eſt text.notabilis.in.l.Ti-
tia.in.§.idem reſpondit cum ſeptitius.
vbi eſt glo.ſingularis.in verſic.diſputa-
tionis.ſecundum Ange.hic.& eſt tex.in
l.j.C.de contrahen.& commit.ſtipulat.
4 †Si autem eſt prolatum à teſte ſtipu-
latio non comprehenditur niſi expreſſe
dicatur, vt eſt gloſ.notab. in.l.j. C.de
vſur. & de hoc quando eſt prolatum à
teſte.dic vt per omnes Docto.maxime
per Alber.plene in.l.j.C.de vſur.& no.
in.l.j.§.conuentionis. ſupra de pact. &
in.l.iuriſgentium.§.quod fere.ſupra de
pact.& per Alber.hic.& per Bar.& Do-
ctor.in.l.ſciendum.ff.de verbo.oblig.&
adde quòd not.& quod ibi dixi in.l.ſpō
5 ſio.infra de verb.ſignific. †Quid au-
tem ſi aliquis promiſit reſtituere pecu-
niam apud alium depoſitam, ad quid
iſte promittens tenebitur. dic quod in
dubio iſte tenetur tanquam fideiuſſor.
ideo ille depoſitarius non eſt liberatus;
quia in dubio non intelligitur noua-
tio, ſed fideiuſsio ſecundum Angelum.
6 †Quid autem ſi reperitur in priua-
tis ſcripturis verbum reddam dic quod
in dubio intelligitur per ſtipulationem
ſicut ſi eſſet prolatum à tabellione. ſi-
cut ego ſtatim dixi in verſic.promitto.

Vt eſt tex.cum glo.notab.in.l.tutorem.
in.§.ab aulo augerio.infra de vſur.ſe-
7 cundum Angelum hic. †Not. tertio.
quod ſi venditor in venditione ſerui
quid reſpõderit per ſtipulationem po-
teſt conueniri ex ſtipulatu & actione
redibitoria & quanto minoris, vt hic
8 probatur. †Ex quo quarto etiam no.
quod hic videtur caſus quod actio re-
dibitoria, & quanto minoris poſſunt
eadem tempore ſimul vni competere
& ambe poſſunt intentari. de quo dic
vt dicam plene infra in prima quæ-
9 ſtione. †Oppo.contra iſtum textum.
dum dicit quod ſi promiſſum eſt ali-
quid per ſtipulationem & non ſit ve-
rum, quod poteſt venditor promittens
conueniri actione ex ſtipulatu & actio-
nibus redibitoriis. Contra de.l.quod ſi
venditor. in fin.ſupra de dolo,vbi dici-
tur quod imo poteſt agi ſolum actione
de dolo. Solut.dicit hic gloſ.magna in
fi.quod hic animo obligandi promiſit.
in contrario autem animo iactandi ad
decipiendum dixit & non promiſit. de
quo tamen vide gloſ.& quod ibi plene
dixi in.l.j. in.§.aiunt ædiles. in.vj.op-
po.ſupra eod.& aliquid dixi ſupra ead.
l.in princip.in.j.notabil. Ex quibus
omnibus. ſic breuiter diſtingue, aut
venditor laudat in genere rem, aut in
ſpecie:ſi in genere, & tunc aut bona fi-
de aut mala fide. Primo caſu quando
bona fide, aut propter iſtam laudatio-
nem plus vendidit & poſteà non repe-
ritur eſſe illud quod fuit laudatum, &
tunc venditor actione ex empto vt eſt
caſus in.l.Iulianus.in fin.princip.ver-
ſicu.& quoniam ignorans, ſed non de-
buit ſupra de actione empti. Aut plus
propter hoc non vendidit, ſed bene
forte vendidit. vbi alias non laudando
non vendidiſſet,& tunc non tenetur, &
de hoc eſt caſus in iſta.l.in principio.
quæ ita debet intelligi vt ibi dixi in
primo notabili. & eſt caſus infra pro-
ximo.§.vbi gloſ.allegat concord. & eſt
caſus in. l. ea quæ commendandi. in
principio. ſupra de contrahenda em-
ptione. Secundo caſu principali quan-
do venditor laudabat in genere mala
fide animo decipiendi.& tunc dic quod
datur actio de dolo. vt dicta.l.quod ſi
venditor. in fine ſupra de dolo. de quo
dic vt ibi per glo.ordinar.quam omni-
no vide. credo tamen ſub dubio forte,
quod ſi venditor iſto caſu promiſiſſet
illud quod laudabat teneretur etiam
actione redibitoria & quanto minoris
per iſtum textum hic & per text.in.l.j.
§.aiunt ædiles.in fin.in verſicu. Item ſi
mancipium,& ibi dixi in.vj.oppoſi.vbi
omnino vide. Si autem venditor lau-
dauit in ſpecie tunc tenetur regulari-
ter de illo, vt ſupra ead.l.in princip.&
10 infra proxi.§. †Oppo.ſecundo con-
tra iſtum text.in fi.dum dicit quod ille
qui ex empto poteſt conueniri, poteſt
etiam actionibus redibitoriis, nam ſi
emptori ſuccurrebatur per actionem
ex empto vt hic & in.l.Iulianus.in prin
cip.ſupra de action.empt.ad quid fuit
neceſſarium introducere per ædiles cu
rules actiones redibitorias. cũ nihil in
iure debeat eſſe ſuperfluum. vt in.l.j.
C.de vete.iur.enucle.Solut.dicit gloſ.
11 hic magna † quod imo non fuit ſuper-
fluum ipſas introducere imo fuit ne-
ceſſarium, quia de iure ciuili propter
corporis morbos non agebatur ad re-
dibea

dibendum & ſic ad reſoluendum con-
tractum, ſed ad intereſſe, actionem ex
empto quanto minoris,ſcilicet emptu-
rus fuiſſem vel actione ex contractu,
vel ex cautione ſi erat interpoſita, vt
l.Iulianus.in principio. ſupra de actio.
empti. Item non agebatur pro ſeruo
fure & prædio tributario de iure ciuili,
licet ageretur pro ſeruo fugitiuo , vel
pecore morboſo ſic,vt dicta l.Iulianus.
in princip.vt dicit hic gloſ.in princ.&
in verſicu.ſed propter vitium animi,in
actione ciuili ex empto vel ſimili age-
batur ſolum ad intereſſe. vel quanto
minoris empturus fuiſſet,vt dicta.l.Iu-
lianus.in principio. Sed per actionem
redibitoriam agitur ad aliud ſcilicet ad
redibendum id eſt ad reſoluendum con
tractum,vt.l.redibere.in principio.in-
fra eodem. Item per actionem quanto
minoris prætoriam agitur ad id quan-
to minoris res eſt, quæ eſt multum di-
uerſa ab actione ciuili quanto mino-
ris empturus fuiſſem : vt not.Bartol.&
Doctor.in dicta.l.Iulianus.in princip.
ſupra de actio.empt.& ego dixi in.l.j.
in princip.in.v.q.princip.verſic.& ad-
uerte quia eſt differentia. fuit ergo per
prædicta neceſſariũ introducere actio-
nem redibitoriam, id eſt actionem re-
dibitoriam. & actionem quanto mino-
ris res eſt, quæ ſunt prætoriæ & hæc
eſt intentio totius gloſ.magnæ & gloſ.
ſequentis ſuper verbo conueniri quæ
incipit ad aliud ex empto, quæ eſt ſu-
perflua,quia dicit illud idem quòd glo.
magna ad fin.& forte fuit glo.Cernotſ.
qui nunquam fecit vnam gloſ.vt nota.
Docto.in.l singularia.ſupra ſi cert.pet.
nam dicit hic in fine ſui.quòd actio ex
empto datur tantum in contractibus.
vt dicta.l.Iulianus.in princip.profecto
neſcio quid per hoc voluerit dicere
glo.Dicit Rapha.quod forte voluit di-
cere, quod ibi loquitur in contractibus
ſcilicet emptionum & venditionum,
iſte autem ex contractu emptionis &
venditionis. qui ſenſus nõ videtur mi-
hi verus, quia ex contractu etiam per-
mutationis & aliorum dantur iſtæ re-
dibitoriꝗ vt eſt tex.& ibi dicemus.in.§.
deinde aiunt ædiles. infra eod. Credo
ergo quod gloſ. ſit falſa vel corrupta.
Collige tamen ex prædictis breui-
ter, quod fuit neceſſarium introducere
actiones redibitorias, primò propter
vitia corporis. Secundo propter vitia
animi. pro quibus regulariter olim de
iure ciuili non competebat actio niſi
pro pecore morboſo, vel ſeruo fugiti-
uo. Tertio quia ad aliud datur actio ci-
uilis ex empto, vel quãto minoris em-
pturus fuiſſem. & ad aliud iſtæ duæ
actiones redibitoriæ, & hæc vult in ef-
fectu iſta glo.magna cum ſequen.quas
bene nota.quia ſunt principale funda-
12 mentum in iſta materia. † Quæro
circa prædicta an actio redibitoria &
quanto minoris prætoria poſsint ſimul
& eodem tempore vni pro eadem re
competere, & ambæ intentari, & gloſſ.
magna hic in principio, videtur dicere
quod ſic, & idem & clarius videtur di-
cere ad finem, in verſicu.quid enim ſi
emptor quidem empturus erat,& idem
videtur tenere gloſſ.ſequens.quæ inci-
pit aliud, & idem tenet gloſſa ordina-
ria. in terminis in.l.Iulianus. in prin-
cipio. in prima gloſſa. in fine ſupra de
actio.empti.& pro hoc facit iſte tex.ibi

& redhibitoriis,& ibi etiam redhitoriis,
& pro hoc eſt tex.in.l.ſi tamen.in.§.non
nocebit.infra eodem.& in.l.ſi is qui.§.
eſt in poteſtate infra de excep.rei iudi-
ca. In contrarium facit quod ego di-
xi vobis in.l.j.§.ſed ſciendum.in.ix.no-
tabi.& in.l.j.in princip.in quinta quæ-
ſtion.ſupra eodem. vbi ego dixi, quod
tunc datur actio redhibitoria,quãdo eſt
tale vitium,quod ſi emptor ſciuiſſet nul
lo modo emiſſet,& non aliâs, ſi ſic eſſet
non videtur quod poſſent competere ſi-
mul iſte actiones. Quapropter ego dice
rem ſic,aut in re vendita eſt tale vitium
quod ſi ſciuiſſet emptor nullo modo
emiſſet,aut erat tale quod ſi ſciuiſſet ni
hilominus emiſſet,ſed pro minori pre-
tio ſecundum quod valet. Primo caſu
quãdo in re vendita eſt tale vitium ꝙ ſi
ſciuiſſet emptor nullo modo emiſſet, &
tunc poteſt agere actione redhibitoria
ſine dubio.vt.l.j.§.ſed ſciendum ſupra
eodem,& iſto caſu credo etiam ꝙ poſſet
agere actione quãto minoris res eſt præ
toria,& dimittere venditionem redhibi
toriam.quia illa eſt introducta in fauo
rem ſi vult reſcindere contractum,vnde
ſi non vult eam intentare,credo ꝙ poſ-
ſis agere actione quanto minoris res eſt,
vt dixi.& ſic ſimul ſibi poſſunt compete
re,quia nihil repugnant,& poteſt vnam
eligere.per text.in.d.l.ſi is qui.§.eſt in
poteſtate.de excep.rei iudica.vbi eſt ca
ſus.& de hoc eſt etiam caſus in.l.quod
ſi nollit in.§.ſi venditori.in verſi.ſi ta-
mẽ partes.infra eo.vbi emptor pro vna
& eadem re,ſibi vendita à pluribus mor
boſa,poteſt contra vnum agere redhibi
toria contra alium quando minoris.vt
ibi dicam in.iiij.notab.vbi omnino vi-
deas.per text.l.ſi quid venditor.in prin-
cip.de quo dic vt ibi plenè dixi,de hoc
in.j.nota.& ita intelligatur iſte text.&
quod dicit hic glo.magna.in princip.&
ad fin.& glo.ſequen.non autem dico, ꝙ
poſsit ſimul & eodem tempore intenta-
re redhibitoriam,& actionem quãto mi
noris res eſt,vt eſt tex.in dicta.l.ſi is qui
§.qui in poteſtate,quia ſunt incompaſ-
ſibilia,quia per redhibitoriam reſcindi
tur contractus.per actionem quanto mi
noris non regulariter.Item actionem ci
uilem quanto minoris empturus fuiſſet
credo quòd non poſſet intentare aliquo
modo iſto caſu.quia non ſunt compaſſi
bilia.nam videtur impoſsibile quòd hoc
ſimul ſtare poſsit.quòd nullo modo em
pturus fuiſſem rem,vel quòd aliàs quan
to minoris empturus fuiſſem, ſecundo
caſu principali quando erat tale vitium
vel morbus propter quem nõ ſteuiſſem
quin emiſſem,ſed minori pretio emiſ-
ſet,& tunc credo quòd nullo modo poſ-
ſet actio redhibitoria,& ita intelligatur
quod dixi in dicto.§.ſed ſciendum in no
no notabi.ſed bene poſſet competere vel
actio quanto minoris empturus fuiſſem
quæ eſt prætoria ciuilis vel actio quan
to minoris res eſt quæ eſt prætoria ſecu
dum caſus contingentiam,vt dicit Bar.
& Docto.in.l.Iulianus.in princi.ſupra
de actio.emp.& ego dixi in.l.j.§.j.in.v.
quæſt.ſupra eodem.& ſic iſto caſu,non
caderet proprie electio.ex quo redhibi-
toria nullo modo competit,& hoc adde
his quæ ſupra eod.in.l.ſi quid venditor
13 in princip.in primo notali. † Quæro
ſecundo iuxta prædicta ſi eſt lata ſentẽ-
tia pro emptoxe in actione redhibitoria
an poſsit emptor illæ ſententiæ renun-
ciar

clare.vide gl. Bald.& quòd ibi plenè dicam in.l.illud.in.§.condemnatio. infra eodem.

Bartholomęus Cępolla de Verona.I.V.D.

§. EA AVTEM SOL. Declara iſtum.§.cum gloſ. per ea quæ dixi ſupra ea.l. in princip.in.j.notabi.& per ea quæ plenè dixi ſupra.§.proximo.in j.opponitur, vbi plenè diſtinxi. dic vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Promittens artificem ſatis eſt ſi præſtet peritum & ſecundum quòd vulgo creditur.*
2 *Artifices qui propriè dicantur.*
3 *Medicus non conuentuatus dicitur medicus.*
4 *Sanguinem elicit qui nimium emungit.*
5 *Nimium in tedium vertitur.*

§. 1 ILLVD SOLEN-dum.† Venditor promittens ſeruum venditum eſſe artificem, non tenetur præſtare ipſum perfectum, ſed ſufficit talem quales vulgo artifices dicuntur, h.d.in terminis & in ſumma concorda .l.ſi quid venditor in princip.& in,§.fina.ſupra eod.& vide ꝙ ibi dixi.& facit ad hoc quòd dixi in ſimili.in.l.quòd ita ſanatum.in verſicu.vlti. facit iſta.l.in fi.illius verſicu. Et vide ad quid alleg. Bald.iſtum.§.in titu.de pace conſtan.in.§.omnes.in.xxxiiij.colum.in verſi.ſufficiens. In text.ibi aurificem ſ.ſeruum venditum. Ibi promiſit.ſ. venditor.& vide ad quid alleg.iſte.§.gl. in.c.tue,in verſi.ſtudiorum.extra de clerici.non reſi.& dixi in.l.ſi quid venditor. quæ eſt.l.præcedens.§.j.venditor.in §.
2 ij.nota.ibi item iſte tex.alleg. † Nota iſtum tex.aureum ꝙ appellatione artificis continetur ille qui vulgo artifex appellatur. Et ſic propriè non dicuntur artifices ſecundum Bal.niſi illi qui habẽt aliqualem artis peritiam, de quo recurritur ad vulgi opinionem, vt hic,& idem no.Bar.ſupra in prœm.ffʼorum.in.iij.colum.ad fin.& ego dixi in.l.merces.la.j. ff.de verborum ſig.& in actione inſtitoria. Vnde ſi poteſtas promittit ducere ſecum duos iuriſtas, vel duos doctores ſufficit ducere tales quales ſunt illi qui vulgo iuriſtę vel doctores appellant,& idẽ dicas in ſimilibus facientibus aliquam artem. Et dicit Barto.quòd iſte text. facit ad quæſt.de qua fuit petitum & cõſultus anno viſitationis Beati Franciſci.
2 eſt quædam conſtitutio † quòd nullus poſsit intrare monaſterium ſub pœna excommunicationis niſi ſit medicus qui curam ducat &c.modo intrauit quidam medicus non conuentuatus, an ſit excõmunicatus.& dicit Bar.quòd non, quia quamuis non ſit conuentuatus.tamẽ eſt medicus.vt hic qualis vulgo &c.quia debemus accipere ſecundum quod vulgus accipit vt hic, quis autem dicatur medicus vide tex.& ibi Bar.in.l.j.§.medicos.
4 ff.de var.& extraor.cogni. † Et not. hic glo.quæ dicit quod qui nimis emungit elicit ſanguinem verba ſunt prouerbii.xxxj.concordat tex.iij.diſtinct.denique.hic allegat.in gloſ.& in.c.niſi cum pridem.§.propter malitiam & ibi gl.extra de renuncia.facit ad hoc.l.ſi ſeruum

in.§.ſequitur in fin.de verb.oblig.in ra-
tione ſui.& facit quòd no.glo.in.c.in.§.
mutus.in titul.epiſcopum vel abba.Et
adde hic ea quæ ſcripſi de ſubtilitate in
l.fina.in.iiij.nota.C.de præſcript.long.
tempor.& adde illud vulgare[*chi troppo
tirra la ſe ſpezza.*]vnde Ouid.

Si uũquam ceſſes tendere molliserit.
Et extrema ſunt vitioſa, mediũ tenue-
re beati.Et illud [*chi troppo vole di rabia
more.*Et illud[*ogni ſupercluo rompe il couer*
5 *chio,*,†& adde illud quòd omne nimium
vertitur in tędium.vt no.gl.in authen.
vt determi.ſit nume.cleri.in princip.in
verſicu.bonum colla.j.& quod ibi dici-
tur in text.nihil pœnæ immenſum bo-
num eſt.

Bartholomæus Cæpolla.

## SVMMARIVM.

1 *Verba hæc ad quos ea res pertinet quid
denotent.nu.7.& 9.*
2 *Edictum edilitium an locum habeat in permu
tante,donatione vel dotatione,& in alijs con-
tractibus.nu.3.*
4 *Permutator emptoris appellatione continetur.*
5 *Emphyteuta permutans laudimnium dare te
netur.*
6 *Emptio & venditio intelligitur,quando in cõ
tractu pretij fit mentio.*
8 *Redhibitoria non tranſit ad ſingularem ſucceſ
ſorem.*
10 *Intellectus ad.l.etiam.ff.de iureiuran.*

§. DEINDE AIVNT.
1 †Hic iuriſconſultus incipit
exponere illa verba edicti,
emptori omnibusq; ad quos
ea res pertinet,quæ verba fuerunt appo
ſita in edicto.in.l.j.§.j.ſupra eo.& adde
tex.in.l.ꝙ ſi nolit.in.§.ſi plures.cum.§.
ſeqnen.vſq; ad.§.ſi mancipium.j.eo.&
hoc ſufficiat pro ſummario. In text.
ibi pollicetur.ſ.ædiles curiles in edicto
ſuo.vt dicitur in.d.l.j.ſupra eodẽ. In
tex.ibi permutauit.ſ.ſpeciem cum ſpe-
cie.facit.l.vel permutauit.j.de liberal.
2 cau. †No.j.edictum ædilium curiliũ,
loquens tantũ de emptore vendicat etiã
ſibi locum in permutãte.& ꝙ in vno di-
citur in aliò etiam permittitur, & dicit
hic Ange.ꝙ mirabile videtur, cum em-
ptio & permutatio ſint diuerſa. quia in
emptione datur pretium pro re.vt.l.ij.
§.ſupra de contrahen.empt.& inſt.eo.in
§.pretium & in permutatione datur res
pro re.vt in toto ti.de re.permu.ff.&.C.
interdum tamen non dicatur permuta-
tio quando permutatur res cum re,quæ
pro venali habebatur . quia tunc magis
accedit contractui venditionis quã per-
mutationis,licet non ſit proprie vendi-
tio.iſte eſt caſus ſingularis qui non eſt
alibi.in.l.j.C.de re.per.ſecundum Ang.
3 hic. †Sed nunquid habeat locum hoc
edictum ædilium in donatione,vel dota
tione & in aliis contractibus vide tex.in
l.ad res donatas.& in.l.ſciendum.j.eod,
4 & vide ꝙ in eis dicam. †No.ij.ꝙ ap-
pellatione emptoris hic permutator cõ-
tinetur ſic infra de ſta.libe.l.ſtatu libe-
5 ra cæteris,in.§.quintus.†Ex quo not.ꝙ
emptor & permutans æquiparantur. &
ideo videtur quòd emphyteuta permu-
tans debeat dare laudimium ſicut ven-
deret,& ita videtur tenere glo.in.l.fina.
ſuper verbo tranſponere.C.de iure em-
6 phyteut.de quo dic vt ibi not. †No.

iij. ibi emptorem enim accipere cum
qui pretio, quòd quando in contractu
aliquo fit mentio pretii in dubio intelli
gitur eſſe emptio,& venditio ſecundum
Bal.ꝙ eſt nota.vt etiam caſus in.l.fi.C.
de prædi.cur.lib.x.& glo.nota.de hoc in
l.apud celſum.in.§.ſi cum legitima.in
verſi.pretio accepto infra de do.excep.
& pro hoc facit optime gl.j.in.l.ſi lici-
tas.in princip.ſupra de offic.præſid. &
vide Barto.in ſua diſputa.quæ incip.pu
blicanus in fin.& appoſtil.meam in.l.j.
C.de prædi.curia.lib.x quam poſui in
7 libro meo & hic adde. † Not.iiij.hic
princip.hæc verba ad quos ea res perti-
net,intelliguntur de his qui ſuccedunt
in vniuerſum ius.non autem in particu
lare vel ſingulare.concordat.l.ſi tamen
in.§.ædiles. infra eodem.&.l.ſciendum.
in.§.fin.& vide omnino ibi glo.& quid
ibi dixi infra de verborum ſign.& idem
tenet glo.in.l.ſi ſiue.in.§.fi.quæ incipit,
ſed non ne.infra rem ratam haber.& ibi
Bar.in fi.de quo tamen dic vt ſtatim di-
8 cam in.j.oppon. †Ex quo tamen not.
quinto hic text.not.quòd actio redhibi-
toria non tranſit ad ſucceſſorem ſingu-
larem. Vnde ſi emptor qui poterat age-
re redhibitoria pro equo morboſo em-
pto.& illum equum vendat alteri vel al
teri leget ille legatarius vel ſecũdus em
ptor non poterit agere actione redhibi-
toria,contra primum venditorem.ſed ſi
primus emptor inſtituiſſet vnum hære-
dem ille hæres bene poſſet agere vt hic
probatur.& in dicta.l.ſi tum in §.ædili-
tię.infra eo.& in dicta.l.ſciendum in.§.
fi.& ibi glo.& ibi etiam dixi.de verborũ
ſignifi.quòd eſt no.& menti tenendum.
9 †Oppo.i.contra iſtum tex.dum vult
quòd iſta verba ad quos ea res pertinet
intelligantur niſi de illo qui ſuccedit in
vniuerſum.nam imo videtur quod com-
prehendant etiam ſucceſſorem ſingula-
rem vt eſt caſus in.l.his verbis.ſupra de
adop.& in.l.ait prætor.la.ij.in.§.eius rei
&.l.ſequen.quæ incipit etiam ſi in rem
ſupra de iureiurã.Sol.dicit gl.hic quòd
licet regulariter illa verba intelligatur
de ſucceſſore vniuerſale tamen aliquan
do accipiuntur pro ſingulari vt in con-
trariis vel dic magis in ſpecie ſecũdum
Alberi.hic quòd in.l.his verbis fuit cau
tum perſonæ publicæ ideſt tabulario.
hic priuate.argu.infra rem publ.fore.l.
tertia & quarta.& ad Trebellia.l.prima
10 §.ſi hæres. † Item ad.l.etiam reſpon-
detur quòd hic loquitur de iure agendi
ibi autem de excep.de quo dic vt ibi doc.
& maxime per Alberic.plene.vel dic in
dicta.l.in rem.illa exceptio iuris iuran-
di competebat ſuper illa re.& ſic cohęre
bat illi ergo ad quemcunque vadit illa
res etiam ſi vadat ad ſingularem ſucceſ
ſorem tranſit cum eadem exceptione,
vt ibi habetur per Docto.dic vt ibi.Vel
dic aliter ſecundum Raphael.hic valet
aliquando hæc verba proferuntur de re
quæ ex perſona vnius deſcendit ad aliã
aliquando de ea re, quæ principaliter
ad plures pertinet.Primo caſu conſide-
randum eſt,aut tranſit ad ſingularem
ſucceſſorem. & ſignificabitur ſingula-
ris ſucceſſor vt in iure excipiendi.vt in
dicta.l.ait prætor in.§.cuius rei cum.l.
ſequenti.ſupra de iureiurand.ius enim
ſuccedentium ex modo tranſmitten-
di exiſtimatur . ſi autem tranſit ſolum
ad vniuerſales ſucceſſores : vt eſt ius
agendi.vt lege prima.& final.C.de hæ-

ꝯe. act. & ſignificantur vniuerſales ſucceſſores. Secundo caſu quando proferuntur de ea re, quæ ęquè principaliter pertinet ad plures tunc ſignificat ſucceſſores habentes ius ſingulare vel vulgare ſecundum ſubiectam materiam. vt.d.l.his verbis.de adop.

Bartho. Cepolla de Vero.

SVMMARIVM.

1 *Redibitoria durat ſex menſibus vtilibus quãto minoris durat anno, nu. 2. & .5. & quare dures tam breue tempus. nu. 17.*

3 *Redibitionis tempus in quo ſit vtile, & quando currere incipiat, nu. 7. 9. 11. & .13.*

4 *Promiſſa in præfatione contractus intelliguntur repetita in ipſo contractu ſubſecuto.*

6 *Emptor qui ſupine à principio vitium ignorauit poteſt redibitoria agere.*

7 *Limitatio ad. l. j. §. ſi intelligatur, & ad. l. queritur. §. ſi. ſupra eo.*

8 *Supina ignorantia non excuſat.*

10 *Pactum nudum quando pariat actionem.*

12 *Si vero, caſui præcedenti aduerſatur.*

14 *Dies biſſextilis an connumeretur inter tempus termini.*

15 *Tempus in præſcriptione redibitoria & quanto minoris de momento ad momentum computatur.*

*Redibitoriæ & quanto minoris præſcriptiones ſunt odioſe ſicut præſcriptio. xxx. annorum.*

16 *Redibitoria quare durat minori tempore quã quanto minoris & ſupra nu. 1.*

18 *Præſcriptiones redibitoriæ & quanto minoris currunt contra eccleſiam.*

19 *Præſcriptio redibitoriæ & quanto minoris nõ currit pupillo.*

§. TEMPVS AVTEM. Actio redibitoria durat ſex menſibus ſed quanto minoris durat anno vtili & dictũ præcedens intelligitur repetitum tempore contractus hoc dicit. cum. l. ſequẽ. In textu. ibi ex eo. ſcilicet die qui fuit poſt contractum emptionis vt differat à. l. ſeq. in princip. quę ponit caſum quã do ante tempus venditionis fuit dictũ. Ibi ex quo dictum eſt &c. ſubaudi & ſcientia ſubſecuta vt dicam infra plene in. v. oppoſitione in fi. Ibi expediri cauſa repete ſcilicet tempus redibitionis currit quod eſt ſupra. in. §. tempus. Ibi fuerit ſtipulatio ſcilicet conditionalis ſi venditio ſubſequatur ſecundum veram lecturam ſecundum Ray. & Albe. hic. Ibi quæ ſcilicet cauſa vel ſtipulatio ſecundũ gl. cœpit agere poſſe, id eſt ex ea agi poſſe, & ſic illud relatiuũ quæ regitur à verbo cœpit ex parte ante.

1 †Nota. j. quod dixi in ſummario quod actio redibitoria durat ſex menſibus, actio vero quanto minoris res eſt quæ eſt prætoria durat anno vt hic &. l. cũ ſex infra eodem. & in. l. ediles aiunt. in princip. infra eo. cum ſimi. niſi eſſet per partes conuentum de tempore longiori vel citeriori vt dixi in. l. quod ſi nolit §. ſi quid ita in. vij. notabili. infra eo. & in. l. cum lex. in. j. not. infra eod. & ratio quare redibitoria durat minori tempore quanto minoris eſt; quia redibitoria magis proponitur contra ius commune, ſcilicet ad reſcindendum: ſed quanto minoris ad decipiendum argumen. l. in honorariis in. §. ſed cum reſciſſa. infra de actio. & obligatio. ſecun-
2 dum Baldum. †Not. ſecundo quod iſte an

annus vel iſti ſex menſes ſunt vtiles cõ
cordat.dicta.l.cum ſex.infra eo.Sed an
ſint vtiles ſemper an vero vtiles à prin
cip.& continui ex poſt facto dic vt ple
ne dicam in dicta.l.cum ſex. vbi gloſſ.
3 tangit.†Not.tertio,quod tempus redi-
bitionis incipit currere à tempore ven
ditionis ſubaudi à tempore ſcientiæ &
hoc tollit : contrarium gloſſ. vt dicam
infra in.iiij.oppo. Et hoc intellige quã
do redibitio fit ex edicto ædilitiũ, quia
eſt tale vitium quod ædiles iubent præ
ſtari,& ita loquatur hic in verſicu. ſed
tempus redibitionis:ſed ſi redibitio fie-
ret non propter aliquod vitium, ſed ex
eo quia aliquid eſt promiſſum vel di-
ctum puta ſeruum eſſe aurificem cum
non ſit vt.l.quis ſit fugitiuus in.§. fina.
cum.l.ſeq.& ſeq. ſupra eod. tunc credo
quod tempus redibitionis currat non à
tempore vẽditionis ſed à tempore quo
dictum promiſſum ve eſt. Et hoc ſiue
poſt venditionem promittatur, vt eſt
caſus hic in fin. quem ita intelligo,ſiue
ante venditionem aliquid dicatur vel
promittatur : ſed tunc poſt venditionẽ
incipit currere ex tempore tamen dicti
vel promiſſi vt eſt caſus hic in. l.ſi ve-
ro quam ita intelligo de quo tamen di-
cetur.etiam infra in.vj. oppo. Not.iiij.
in.l.ſi vero dictum præcedens transfer
ri ad tempus contractus,& ſic fides pri-
mo data intelligitur tempore contra-
4 ctus repetita ſecundum Baldum.† Ex
quo nota quod ſi in præfatione contra-
ctus antequam præficeretur promiſi
aliqua vltra pretium de decem & tan-
dem conuenimus quod pretium ſit de
x.licet non fiat mentio de illis aliis pro
miſsis, tamen intelliguntur repetita in
ipſo contractu ſubſecuto quod eſt no-
tabile,& mente tenendum,& ratio eſt.
quia ea quæ in præfationibus dicuntur
videntur in contractibus repetita. vt.l.
Titia in.§.idem reſpondit.infra de ver
bo.obliga. Et hoc etiam notat his gloſſ.
5 fi.in fi.in verbo cauſa.†Oppono.j.con-
tra iſtum textum.Et videtur quod imò
actio redibitoria duret duobus menſi-
bus,& actio quanto minoris ſex.vt. l. ſi
venditor.infra eo.Sol.hic loquitur quã
do agitur iſtis actionibus propter vitia
vel morbos, vel ex eo quòd eſt aliquid
dictum vel promiſſum quod non ſit.In
quo ratio loquitur quando ob hoc ip-
ſum agitur,quia non cauetur vt no. ibi
gloſſ.& non glo.fin.in.l. cum proponas
C.de ædili. actio. de quo tamen dic vt
dicam vt dicta.l.ſi venditor. Oppo. ſe-
cundo.d.l.in honorariis.in princip. in-
fra de actio & obligatio vbi dicitur,
quod omnes actiones perſecutoriæ etiã
prætoriæ durant perpetuo.Sol.dicit ibi
gloſſ. quod illa regula fallit in iſtis a-
ctionibus redibitoriis,ſcilicet in redibi-
toria & quãto minoris & ſimilibus quia
dantur contra ius commune. Nam re-
dibitoria ideo tollitur tempore quia
datur ad id reſcindendum : quod eſt
validum de iure ciuili. & ita vult ibi
etiam Domi. Bartolus. Oppoon. ter-
tio & imò videtur quod iſtud tempus
anni vel ſex mentium ſit vtile quia ſi
eſſet vtile,eſſet dicere quod non curre-
ret niſi à tempore ſcientiæ ſi ſic eſſet ſe
queretur quod dato quod à princip.em
ptor fuiſſet ſciens de vitio rei quod ni-
hilominus poſſet agere infra annum
vel ſex menſes à dicto tempore ſcien-
tiæ,quod eſt falſum quia ſi à principio

emptor ſciebat nunquam poteſt agere vt.l.j.§.j.in princip. Et.§.ſi intelligatur,ſupra eo.& in.l.quæritur in.§.fi.ſupra eod.ſol. timore huius contrarii dicit hic gloſ.in verbo vtiles quod debemus intelligere iſtum tex.quando ſupine ignorauit vel ignorauit & non ſupine quo caſu currit tempus à tẽpore ſciẽtiæ,alias autem ſi vere ſciuiſſet à prin. nunquam poſſet agere vt in contrariis & ita vult glo. ſequens magna. & idem vult in effectu gl.in.l.cum ſex in verbo habuiſſe,infra eo.circa quod adde omnino quod infra dicam in.iiij.opp.in fi.ſecundum Nicolaũ de Matarel. & Albr.

6 †Et ſic vult iſta gl cum aliis ſtatim allegatis quod emptor qui ſupinè ab ipſo prin.ignorauit vitium poteſt agere redibitoria.Sed in contrariũ videtur eſſe tex.in.l.quęritur in.§.fi.ſ.eo.de quo dic vt ibi dixi, & vide omnino quod pleniſſime ſcripſi circa hoc in.l.j. in princ. in v.q.ſ.eo.in ver. Et quod dixi quando liber eſt multum corruptus &c. vſq; ad finem illius quæſtionis. vbi omnino vide quia plene examinaui intellectum

7 iſtius.l.cum glo.†Oppo.iiij.contra iſtũ tex.dum vult ꝙ tempus currat à tempore venditionis & arguitur à ſufficiẽti partium enumeratione aut emptor & venditor ſciuit à prin.& nunquã poteſt agere.vt.l.j.§.intelligatur.ſ.eo.aut vtrunq; ignorauit & non currit vt.l.cũ. ſex infra eo.Et hic dicit vtiles. Sol. dicit gl.poteſt intelligi ꝙ hic vterq; ſciebat,ſed emptor eſt ſtipulatus ſibi de vitio.quo caſu licet aliâs emptor ſciens de vitio à prin.non poſsit agere tamen ſi eſt ſtipulatus poteſt alleg.C.de euict. l. ſi fundũ tu autẽ allega de hoc caſum in terminis notabilẽ in. l. apud celſum in.§.idem labeo infra de doli exceptio. & vide etiã gl.idem in terminis dicentẽ in.l.ea quæ commendandi in.§.j.in verbo ſtipuler.ſ.de contrahẽ.emp.Ex quo limita notabiliter.d.l.j.§.ſi intelligatur ſ.eo.& d.l.quæritur.§.fin.cum ſimil.Et iſta ſolutio eſt in ſe vera per.d. §. item labeo. ſed diuinat. Ideo ſoluit ſecundo modo ꝙ hic venditor ſciebat vitium & emptor ſupine ignorabat quo caſu dolus venditoris præponderat culpæ emptoris vnde ſibi non præiudicat & incipit currere ſibi tempus ab illo tempore quo ſupine incepit ignorare. de quo tamen dic vt dixi in præcedenti oppoſitione.Quæ ſolutio an ſit vera patet ex his quæ plene dixi in.l.j.in prin.in.v.q. ſupra eod.& licet iſta eſſet in ſe vera tamen diuinat ad iſtum tex.Ideo glo. ſoluit tertio modo,ſcilicet ꝙ hic tempore venditionis vterq; ignorabat,& ſic non poteſt repelli ab agendo per.d. l. j. §.ſi intelligatur,ſupra.eo. ſed ex poſt facto incepit ſcire & ab iſto tempore incipit currere vt.d.l. cum ſex. Nec obſtat iſte tex.dum dicit ꝙ inſpicitur tempus venditionis,quia debet ſubaudiri& tempus ſcientiæ vt.d.l.cum ſex & hoc etiã probatur hic dum dicit text.vtiles & vtilis &c.pro quo facit.l.quinquaginta.C. de excuſa. tuto. & iſtam ſolutionem tenet hic Ray.de forliuio.& Oldr. & communitur Docto.Vel quarto dic ſecundum Alberi. quod tempus incipit currere à die venditionis ita ꝙ nullo modo ante vt infra.l.proxima. Ego hoc non credo verum imò quia.l. proxima infra probat contrariũ videlicet ꝙ incipiat etiã currere à tempore promiſsionis quæ

præ

præceſsit ipſam venditionem vt dixi ſupra in.iij.notab.& dicam infra in.vj. oppo. Aduerte tamen ſecundum Nicolaum de matarel. & Albericũ hic quod in quantum dixit hic gloſſ. quod currit tempus à tempore ſcientiæ vt ſtatim dixi in.iij.ſolutione eſt verum ſi contractu vẽditionis perfecto cœpit ſcire quo caſu die venditionis poteſt currere ſi contractu perfecto cœpit ſcire vitium ſtatim poſt,vel eadem die. Si autẽ longe poſt tunc à die ſcientiæ incipit currere & ita loquitur hic. Si autem ſciuit dum contraheret & ſic antequàm perficere cõtractus nullo modo poſſet agere vt dicit hic glo. Et ita intelligit. d. l. j. §. ſi intelligatur. §. eo. cum ſimi. Idem
8 dicum ſi ſupine ignorauit † cum talis ignorantia non excuſet vt. l. nec ſupina infra de iure. & fac. igno. quod vltimũ de ſupina ignorantia an ſit verum dic vt late dixi in. d. l. j. in princ. in. v. q. ſupra eo. dic vt ibi dixi. † Oppo. v. contra
9 iſtum. §. in fi. dum vult quod tempus incipit currere ab eo die quo dictum eſt promiſſum eſt poſt diem venditionis. nam ſi dictũ fuit poſt venditionẽ & ſic ex interuallo, quomodo ex eo poteſt agi cum dictum ſit pactũ nudũ vt ſupra eod. l. j. §. dictum, & ex pacto nudo non oriatur, actio. l. iuriſgẽtium. §. quinimmò cum ſeq. ſupra de pact. cum ſimi. ſol. timore huius contrarii gl. dicit quod hic eſt caſus mirabilis in quo ex pacto nudo oritur actio & ſic fatetur contrariũ, ſed in quo conſiſtat mirabilitas non apparet. Ideo gloſſ. ſoluit. ij. aliter quod hic non agitur ex pacto ſed ex edicto prætoris vel ad redibendum vel quanto minoris propter pactum, ſed dicit hic Rapha. quod iſta ſolutio eſſet in ſe vera ſine dubio ſi poneremus & intelligeremus quod iſtud pactum cõtinebat illud idem quod vult ædilitium edictũ puta quia dixiſſet ſeruum ſugitiuum non eſſe. vel ſimilia, de quibus tenetur venditor ex edicto ædilitio abſque promiſſione & dicto & ſic non eſſet mirũ ſi ageretur ex edicto ædilitio. ſed dicit tamen quod neſcit videre cur iſto caſu non currat tempus à die venditionis ex quo non agitur ex pacto, quia idem debet eſſe vbi pactum non fuiſſet appoſitum, ſed certe iſte ſenſus non congruit etiam huic gloſſ. quæ dicit quod agitur propter pactum, quia ſecundum prædictum ſenſum non ageretur propter pactum, quia etiam ſine eo potuiſſet agi vt dixi. Debet ergo gloſſ. intelligi quando tale quid erat dictum, vel promiſſum, de quo non continetur in edicto, puta quia dixit artificem eſſe, quo caſu ſi non eſt, tenetur ex ædilitio edicto propter pactum, vbi aliàs ſi non dixiſſet non tenetur. vt dicta lege quis ſit fugitiuus in. §. final. cum. l. ſequen. & ſequenti. ſupra eodem & l. prima. §. primo verſiculo, ſi mancipium. ſupra eodem. Et iſtum intellectum credo eſſe verum ſcilicet quod hic loquitur quando tale quid erat dictũ vel promiſſum de quo non continetur in edicto. Et ratio quare iſto caſu non currit tempus à die vẽditionis vel ſciẽtiæ eſt quia dato quod ipſe emptor ſciret illud nõ ineſſe tempore venditionis, tamẽ hoc non debet ſibi emptori imputari ad negligentiã, ex quo ipſe venditor nõ tenebat ex natura cõtractus, ſed ſolũ ab eo tempore quo promittitur ſibi poſt venditionem

Item quia tunc incipit currere ſibi tempus ex quo ab illo tempore incipit Véditor emptori obligari ex ſuo dicto vel promiſſo.nec eſt mirandum ſi emptor ſciebat non eſſe à princi.& tamē poteſt agere quod arguit contra.l.j.§.ſi intelligatur.ſupra eo.quia hoc ideo eſt hic propter dictum vel promiſſum ſubſequens quod obligat dictum venditorem vt dixi ſupra in.iiij.oppo.in princip.Cōcludo ergo ſi eſt dictum vel promiſſum aliquid per venditorem poſt venditionē de quo non cōtinetur in edicto puta artificem ſeruum eſſe ꝙ ſiue ſciuerit emptor non eſſe ſiue non tempore venditionis ꝙ incipit ſolum ſibi currere tempus à die dicti vel promiſſi dummodo ſcientia emptoris præceſſerit vel ſuper uenit.& iſto modo intelligo iſtum text. 10 hic in fi. †Sed intelligendo iſtū tex. & iſtam glo.ꝙ loquatur quando fuit dictum emptor vult agere ex eo quod eſt dictum non autem ex eo ꝙ ſit aliquod vitium,eſt dubium an tunc poſſit agi, ſi dictum fuit ſimplex.& ſic pactum nudum appoſitum ex interuallo poſt ipſam venditionem,& gloſſ.hic in ſecunda ſolutione vult quòd ſic, non tamen vult quod agi poſſit ex pacto nudo,ſed ex edicto ædilium propter pactum nudum.Sed hoc ego non credo verum, quia ex pacto nudo non poſſunt oriri actio.Item quia iſtud pactum nudum appoſitum ex interuallo poſt venditionem,licet non ſit verum.Tamen nō inducit emptorem ad emendum propter hoc cum iam fuerit completa venditio vnde cum emptor ex illo dicto per pactum nudum non ſit deceptus, merito non poteſt agere.argumento.l.primę.§. tamen huius edicti,&.§.ſi intelligatur. in fine ſupra eodem.Et ideo oportet intelligere iſtum text.quando interuenit ſtipulatio vt vult hic glo.in fine.in.ij. ſolutione quę dicit quod dictum & promiſſum pro eodem accipiuntur & refertur ad ſtipulationem,& iſta ſolutio eſt veriſsima.Et cōtinet veritatem ad iſtū textum. Circa prædicta quando ſimplex dictum ſine ſtipulatione interuenit diſtingue aliquando dictum interuenit ante venditionem in continenti vel per multos dies,aliquando poſt venditionem interuenit in cōtinenti vel poſt ex interuallo.primo caſu ſi incontinenti præceſsit venditionem ſine dubio vēditor tenetur ex eo.Et ſic ſi non eſt verum quod eſt dictum per venditorem poteſt venditor conueniri ex eo quòd induxit emptorem propter hoc ad emēdum,ne emptor remaneat deceptus. vt d.l.quis ſit fugitiuus in.§.fina.cum.l.ſequenti.& ſequen.Item & ex eo,quia ex pacto incōtinenti appoſito oritur actio l.lecta ver.dicebam.ſupra ſi cert.peta. &.l.iuriſgentium.quin immò ſupra de pac.& ita loquitur hic in fin.& idem foret quando dictum illud præceſſerit vēditionem per duos dies, quia cenſetur eſſe repetitum in ipſa venditione ſubſecuta,argumen.l.ædiles aiunt in.§. vēdedi.infra eodem. Si autem per multos dies ante præceſsiſſet illud dictum & tunc regulariter non tenetur, quia non intelligeretur repetitum in venditione, niſi fuerit ſubſecuta ſtipulatio quæ repetat illud dictum,& iſte proprie caſus hic & in.l.ſi verò.ibi poſt aliquot dies interpoſita ſtipulatio. Secundo caſu quando dictum ſequitur

poſt

poſt venditionem & tunc aut ſequitur
in continenti,& tenetur venditor per
dictam.l.iuriſgentium.in : §. quinimo
ſupra de pact.cum ſimilib.aut ex inter-
uallo & tunc non tenetur quia ex pa-
cto nudo ex interuallo appoſito ; non
oritur actio,& quia iſto caſu emptor
non fuit in aliquo deceptus,ex quo iam
emerat ipſam rem,vt ſupra dixi,& iſto
caſu non loquitur iſte textus. Aduer
tendum tamen eſt quod gloſſ.iſta: in
verbo quid in principio ibi ſi currit ex
tunc,vult quod ſicut tempus redibitio-
nis currit à tempore venditionis quan-
do fit redibitio quæ competit ex edicto
prætoris quando nihil fuit dictum . Ita
etiam currit tempus redibitionis quæ
competit ex eo quod eſt dictum vel
promiſſum currit à tẽpore venditionis
11 .l.†Currit ergo tempus eodem modo
in vtraque redibitione à tempore ven
ditionis,& ſic tempus eſt idem in effe-
ctu licet ſint duo capita redibitionis vt
hic in fin.voluit ergo hic in fine iuriſcõ
ſultus demonſtrare quod eſſent duo ca
pita redibitionis, ſcilicet vnum quod
competit ex edicto prętorio,aliud quod
competit ex eo quod eſt dictum vel pro
miſſum. Tamen quantum ad tempus
idem eſt,quia vtroque caſu incipit cur
rere tempus à die venditionis,& hoc eſt
quod vult gloſſ.hîc in verbo quid ſecũ
dum Raphaelem. Sed hoc ego non
credo verum, quia hic iuriſconſultus
non intẽdit tractare quod ſint iſta duo
capita redibitionis,quia hoc ſatis erat
declaratum in leg.prima.§.primo ſu-
pra eo.& in.l.quis ſit fugitiuus in fina.
cum leg.ſequent.ſed ſolum intendit de
clarare in quo iſtud tempus redibitio-
nis ſit vtile.Et à quo tempore incipiat
currere,& dicit quod ſi venditio fuit
ſimplex abſque aliquo dicto vel pro-
miſſo,& res vẽdita habeat aliquod mor
bum vel vitium,propter quod emptor
poteſt agere redibitoria infra ſex men-
ſes vel quanto minoris infra annum
quod iſtud tempus ſex menſium vel an
ni incipit currere à tempore venditio-
nis.Si autem venditio non fuit ſimplex
ſed poſt ipſam fuit aliquid dictum vel
promiſſum quod non ſit verum quod
tẽpus tũc incipit currere à die dicti vel
pmiſſi ad hoc vt poſſit agi ex eo,quod
illud quod eſt dictũ vel promiſſum nõ
eſt verum.Et hoc quãdo dictũ vel pro-
miſſum ſecutum eſt ipſam venditionẽ
& ita loquitur hic in fin.huius.§,vt pro
12 bat.in.l.ſeq.dum dicit†ſi vero.quæ eſt
dictio aduerſatiua caſui præcedenti,ſi
autẽ ipſum dictum vel promiſſum præ
ceſſit ipſam vẽditionem tunc loquitur
l.ſequens.ſi verò de quo dic vt infra di
cam in proxima ſexta . oppoſi. Sed
contra iſtud oppo.& videtur quod non
ſit verũ quod ſit differentia inter dictũ
& promiſſum quantum ad hoc vt cur-
rat tempus . quia imo videtur ꝙ ſemp
currat à tempore ſcientiæ. vt.l.cũ ſex.
infra eodem.Et ſic nõn conſideretur tẽ
pus venditionis neque tempore dicti
vel promiſſi.& ſic fruſtra iſte tex.faciat
differentiã inter dictũ & promiſſum.So
lu.dic quod quãtũ ad redibitoriã quæ
competit ex edicto ædiliũ abſque dicto
vel promiſſo ſit verum quod currit tẽ-
pus à die venditionis & ſcientiæ.Et ſic
ſubaudiatur hîc,vt dixi ſupra eodẽ.in
iij.notabi.& in.iiij.oppo.ſed quantum
ad redibi.& in.iiij.oppo.ſed quantum

ad re

ad redibitoriã quæ cõpetit ex eo quod
eſt aliquod dictum vel promiſſum tũc
diſtingue duos caſus aliquando. Primo
præceſsit venditio & ſubſecutum eſt di
ctum vel promiſſum & tunc non inci-
pit currere tempus à die venditionis
nec à die ſciẽtiæ ſubſecutæ poſt vendi-
tionem ante dictũ vel promiſſum, quia
etiã ſi emptor ſciuiſſet ſeruum venditũ
non eſſe bonũ totum nõ potuiſſet age-
re etiam ſi ſciuiſſet niſi fuiſſet dictum
vel promiſſum per emptorem. vt. l. quis
ſit fugitiuus. §. ſi. cum. l. ſeq. & ſeq. ſupra
eod. ergo ſibi non poteſt currere tẽpus
ante dictum vel promiſſum, ſed ſolum
incipit currere ſibi tempus poſt dictũ
vel promiſſum, ſubaudi & poſt ſcientiã
ſubſecutã ſi ante neſciuerat emptor vt
ſupra dixi. Et ſic in effectu eſt differen-
tia an ſit dictũ vel promiſſum vel non.
qa ſi eſt dictũ vel promiſſum nũquam
incipit currere tẽpus niſi à die dicti vel
promiſsi & ſcientiæ non autẽ ante etiã
ſi ſciuerit ſed quando non eſt dictum &
competit redibitoria ex vitio rei, tũc in
cipit currere à tempore venditionis, &
ſcientiæ. Et ſic ſi bene conſideretur iſte
tex. bene facit differentiã inter iſtos ca
ſus & ſic eſſet contrarium. de quo ſupra
in. ij. caſu principali. quando præceſsit
dictũ vel promiſſum & poſtea ſequitur
venditio. Et tunc dic vt infra dicã in ſe
13 quen. opp. †Oppivi. contra iſtũ text.
dum dicit quæ ſtatim &c. nam videtur,
quod illud relatiuũ quæ nõ habeat ver
bũ à quo regaĩ ex parte ante. Et ſic tex.
ſit defectiuus cõtra. l. plautius. ff. de au.
& argen. lega. Solũ. dicit gloſſ. quod de-
bet hic ſubaudiri quę. ſ. cã vel ſtipulatio
vel dictum. Et illud verbum quæ cauſa
regitur ab illo verbo agere cœpit quod
eſt infra. quaſi dicat quæ tamẽ agere cœ
pit. i. cœpit ex ea agi poſſe ita dicit glo.

Sed contra hoc oppono ſi iſta cã ſeu
ſtipulatio fuit poſt aliquos dies interpo
ſita quomodo poteſt procedere tex. qui
poſtea dicit ex priori cauſa. glo. reſpon
det quod dicit ex priori cauſa. habito re
ſpectu ad ipſam venditionẽ quæ fuerit
ſecuta ipſam ſtipulationẽ ſeu cauſam.
Fuit ergo ſecundum glo. primo aliquid
dictum vel promiſſum deinde fuit in-
terpoſita ſtipulatio de eo quod fuerat
primo dictũ ſub cõditione ſi venditio
ſubſequatur poſtea fuit ſubſequuta vẽ-
ditio quo caſu incipit tunc currere tem
pus ſcilicet à die dicte venditionis ſub-
ſecute vltimo loco. & iſta lectura eſt ve
ra ad iſtam. l. ſecundum Ray. & Albe.
hic. & ratio huius poteſt eſſe quia ſi di- 11
ctum & ſtipulatio fuit conditionalis ſi
venditio ſubſequatur. non. eſt dubium
quod ab ipſo tempore venditionis ſub-
ſecutæ tantum incipit currere tempus
redibitionis. & ratio rationis poteſt eſſe.
quia ſi dictum vel promiſſum & ſtipu-
latio præceſsit ipſam venditionem nõ
poteſt imputari aliquid emptori ſi non
egit ante ipſam venditionem. Ex quo
ſtipulatio erat facta ſub conditione ſi
venditio ſubſequatur. quia etiam ſi vo-
luiſſet agere propter dictum vel pro-
miſſum, non potuiſſet ante ipſam ven-
ditionem, quia adhuc venditor non te-
nebatur vt etiam ſtatim infra dicam.

Concludo ergo quod iſta leg. ſi vero
debet intelligi quòd in caſu ſuo inci-
pit currere tempus à die venditionis tã
tum ſubaudi & ſcientiæ quia non de-
bet eſſe melioris conditionis venditor
dicens

dicens falſum vel promittens quam ſit venditor tacens vitium, ſicut ergo ſi vitium eſſet tacitum per venditorem nõ curret tempus redibitionis niſi à die venditionis & ſcientiæ. vt. l. cum ſex, infra eo. & dixi ſupra in. iij. nota. in prin. ſic etiam nec currere debet ſi dictum eſt falſum per venditorem niſi à tempore ſcientiæ. Nec obſtſte tex. ibi ibi ex priori cauſa. qui videt ſentire quòd incipiat currere tempus à die dicti vel promiſſi, quia reſpondeo quod text. nõ dicit ex priori tẽpore ſed dicit ex priori cauſa, ad denotandum quod tale fuerat dictum vel promiſſum quod obligabat ipſum venditorem vbi alias nõ fuiſſet obligatus vt dixi in præcedẽti opp. circa princip. & ſic obligatur bene ex priori cauſa & incipit currere ex dicta priori cauſa, ſed non ab illo tempore quo fuit illa cauſa dicta vel promiſſa: ſed à tempore venditionis ſubſecutæ. & hoc vult hic glo. fin. & ſubaudi & à tempore ſcientiæ ſubſecutæ & non ante. Et ſic in effectu incipit hic currere tempus à die venditionis & ſcientiæ ſubſecutæ, non autem licet ante venditionẽ & dictum ſciuerit quia ſcientia ante dictum vel promiſſum nihil operatur: vt dixi ſupra in præcedenti oppoſitione.

Sed quid ſi poſt dictum vel promiſſum ante ipſam venditionem inceperit ſcire quod non erat verum an incipiat currere tempus à die ſcientiæ vel à die vẽditionis ſubſecutæ. credo quòd incipiat currere à die venditionis ſubſecutæ quia ante venditionem non poteſt dici emptor eſſe in mora quia etiã ſi vellet agere non poſſet. ergo ibi non currit tempus cum iſtud tempus ſit vtile vt hic dicitur & in. d. l. cum ſex. & ſupra etiam ſtatim dixi. Vt autẽ iſta materia clarius & breuiter liqueat ſic breuiter diſtingue Aliquando agitur redibitoria vel quanto minoris propter vitium rei venditæ, aliquando propter dictum vel promiſſum quod non eſt verum. Primo caſu incipit tempus currere à die venditionis, & ſcientiæ ſubſecutæ vt. l. cum ſex. infra eo. Et ita tenent omnes Doct. hic. ſecus ſi ſcientia præceſsiſſet venditionem, quia tunc nullo modo poſſet agere ſecundum ea quæ dixi ſupra eodem: in quarta oppoſi. in princip. Secundo caſu quando agit ex eo quod eſt dictũ vel promiſſum quod non eſt verum. Et tunc ſubdiſtingue, aliquando præceſsit dictum vel promiſſum ipſam venditionem aliquando ſequitur. primo caſu quando præceſsit tunc dic quòd incipit currere tempus à die venditionis & ſcientiæ ſubſecutæ nõn autem à die dicti vel promiſsi vel ſcientiæ ſubſecutæ ante ipſam venditionem. Et ita loquitur hic text. in. l. ſi vero. vt plene dixi ſupra in. vj. & vlti. oppoſi. Secundo caſu quando dictũ vel promiſſum ſequitur ipſam venditionem & tunc incipit currere tempus à die dicti vel promiſsi & ſcientiæ ſubſecutæ, non autẽ à die venditionis vel ſcientiæ ſubſecutæ aut ipſum dictũ vel promiſſum. & ita loquitur hic tex. in. §. tempus. vt plene dixi ſupra in. v. opp. & iſta eſt ipſa veritas licet aliter dixeri ſupra i. §. naturali i fi. & i. iiij. opp. in. iiij. fol.

4 †Quæro modo circa prędicta q̃ dicit hic tex. quod ann' datur in actiõe quanto minoris & ſex menſes in redibitoria an in iſto anno vel ſex menſibus debeat

debent connumerari dies intercalares
quando annus eſt biſſextilis quia cur-
rit biſſextus dic breuiter quod ſic de
quo eſt text.in.l.ij. infra de diuerſis &
temporalibus præſcrip.& ibi hoc vult
Bart.qui dicit quòd quandoque ſtatui-
tur alicui tempus per enumerationem
menſis vel anni & iſto caſu debet ha-
bere commodum diei intercalaris. Et
ſic connumeratur vt eſt in caſu noſtro.
Quandoque ſtatuitur tempus per enu-
merationem dierum & tunc non habet
commodum illius diei, & ita vult gloſ.
ſecundum Hug.in.d.l.ij.quam ſequitur
ibi Bart.& communiter Docto.& idem
tenet Bar.& ibi dixi in.l.cum biſextus.
ff.de verb.ſigni. Quæro ſecundo an
iſtud tempus anni vel ſex menſium ſit
vtile ab ipſo princ.& ex poſt facto vel
quomodo de hoc dic vt plene dicam in
l.cum ſex.infra eodem. vbi glo.tangit.
15 †Quæro tertio an iſtud tempus cō-
putetur de momento ad momentum,&
dic quòd ſic. vt eſt text.cum gloſ.& ibi
hoc in terminis tenet Bar.in.l.in omni
bus.ff.de actio.& obliga.& ratio eſt ſe-
cundum Bar.ibi quia iſte præſcriptio-
nes redibitoriæ & quanto minoris ſunt
odioſe,ſicut præſcriptio.xxx.annorum
quod bene not. quia licet competant
iſtæ actiones pro rebus mobilibus &
immobilibus vt plene dixi in. l. j. in
princ.ſupra eod. Sed aduerte quia ali-
ter dicam in.l.quod ſi nolit.in.§.ſi quid
ita.in.iij.&.iiij.notab. & adde quæ di-
cam in.l.ædiles aiunt. in.§.vendendo.
16 in fin.infra eod. †Quæro.iiij.quare
actio redibitoria durat minori tempo-
re quàm actio quāto minoris dic vt di-
17 xi ſupra eo.in prin.in.j.not. †Quæ-
ro.v. ſi iſtę actiones ſunt odioſę vt dixi
ſtatim in.iij.q.quare tam breue tem-
pus eſt appoſitum quare non fuit ap-
poſitum tempus.xxx.annorum. ſol.dic
quòd propter titulū qui interuenit ne
differētia rerum ſint in incerto ita fuit
ſtatutum vt inſti.de vſucap.in prin.ſed
ſi ſic eſt quare non fuit ſtatutum tem-
pus trium annorū ego reſpondeo quòd
ratio poteſt eſſe quòd iſtę actiones ſunt
prætoriæ. Ergo debent eſſe annales &
ſic durare non poſſunt plus anno vt in
l.in honorariis.ff.de actio.& obli.& in-
ſtit.de perpe.& tempo.actio.& iſta eſt
bona ratio. vel dic quòd in hoc nulla
ratio reddi poteſt quia lex dicitur tunc
eſſe depoſitiua iuſtitiæ, & ſic quia ita
placuit legiſlatori.vt not.dicit glo.in.l.
in.§.pueritiam.in verbo ratos.ff.de po
ſtulā.& eſt glo.& ibi Bal.& Doct.ſi de
inueſtitura inter dominum & vaſal.lit
ori. quæ dicit rationem inquirat quem
mūdi labor exagitet.& idem dicit Bal.
in vltimis ſuis concluſionibus feudo-
rum,& idem ego vobis dixi in repe.c.j.
in tit.de feudi cognitione.in.xxv.regu
18 la feudali.vbi omnino vide. †Quæ-
ro.v.an iſte præſcriptiones currant cō-
tra eccleſiam dic quòd ſic vt not.glo.in
verbo durantibus.in authen.& ibi Do-
19 cto. †Quæro.vj.an iſtæ pręſcriptio-
nes currant pupillo dic quod non imo
ſeruatur ipſo iure illæſus.Ita not.Spe.
ſecundum Obertum de bobio in tit.de
reſtit.in integr.§.j.verſic.quid in præ-
ſcriptione quæ opponitur redibitoriæ.

Cætera circa materiam huius anni
& ſex menſium vide quæ dicam in.l.
cum ſex.infra eod.

Bartholomæus Cepolla.I.V.D.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Verbum redibere pro reddere capitur.*
2 *Furtum venit damni appellatione.*
3 *Iuramento furtum paſſi non eſt ſtandum.*
4 *Promittens emendare damnum commiſſum culpa famuli, pro furto à famulo facto non tenetur.*
5 *Emptor etiam quòd non ſit in culpa tenetur cauere de proſequendo ſeruum qui eſt in fuga. nume.7.*
6 *Seruo committente damnũ ex præcepto domini an & quando dominus & ſeruus teneantur.*
8 *Qui tenetur actione reali, an obligatus dicatur.*

1. REDIBERE. Redibitio rei vẽditæ facit quòd emptor ponatur in priſtinum ſtatũ in quo erat ante venditionem. & emptor redibens debet de dolo cauere vẽditori & è conuerſo venditor debet cauere emptori. hoc dicit in effectu breuiter iſta. l. cum ſequẽ. In tex. ibi quod habuerat: ſcilicet ante venditionem. & vide quod nota. in. l. quia redibitio. ſupra de aliena. iudi. mutan. cauſa fac. maxime per Albe. & vide tex. in. l. cum autem. in. §. iubent ædiles. infra eod. & in §. Iulia. & vide etiam. l. facta. infra eod.

Ibi cum redditur dic, ſcilicet facta redibitione. Ibi pignori datus ſit ſeruus quo caſu emptor ex illa cautione tenetur. Ibi alias in futurum quandoque emptori quãdoque venditori vt ſequitur. Ibi iudicium accepit id eſt ipſe emptor fuit conuentus. quo caſu cauetur per venditorem emptori ſi aliquod damnum cõſequatur ex illa conuentione. & idem in caſu ſequenti, dum dicitur cum eo ageret. ſ. ſtatim in futurum, & in hoc differunt iſti duo caſus quia primo loquitur quando iam iudicium eſt inceptum in ſecundo loquitur quando debebat ſtatim incipi cum emptore. & hoc ſentit gl. hic in verbo agetur dum dicit. ſ. ſtatim. vel poteſt intelligi iſte tex. dum. dicit iudicium accepit, vt intelligatur generaliter quod poſteà declaratur per ſequentia valer. vel quòd cũ eo ageretur vel quòd ipſe eius nomine ageret. & ſic intelligatur quod ſi emptor iudiciũ accepit vel agẽdo contra aliquem vel ſi agatur contra ipſum. Ibi ipſe eius nomine ageret dic quo caſu cauetur per ipſum emptorem venditori, ſi cõſequitur aliquid ex eo iudicio &c. Ibi futuri tẽporis nomine cautionem. ſ. de perſequendo ſeruum & ipſum reſtituendo ſi ad eũ peruenit, vt probatur hic in fi. & infra dicam. Ibi fieri ſolet, ſcilicet facta redibitione & reſtituto pretio emptori per venditorẽ quia venditor ſciens ſeruum fugitiuum vendidit, vt dicit hic tex. ibi ſciens vendidit &c. Ibi venditor reddat dic, ſi cũ habere poteſt & non aliâs.

1 †Nota. hic primo text. qui declarat quid eſt redibere, & quare appellatur redibitio, & adde quod verbum redibere capitur etiam pro reddere, vt eſt tex. cũ glo. in verb. redibere. in. l. ſi. in princ. C. de litigio. & in. l. cum veterum. in fi. Ibi redibeatur. C. de dona. ante nupt. & eſt tex. cum glo. in. l. cum notiſsimum. §. illud. in verbo redibitio. C. de præſcr. xxx. vel. xl. ann. & eſt tex. in. l. ij. litigator ibi in ſola rei redibitione. C. de fructib. & lit. expẽ. No. ſecũdo, quòd fa-

m cta

cta redditione cauẽdum eſt per venditorem emptori & econtra per emptorẽ vẽditori, & ſic iſte.§.cũ redditur.vſque ad.l.cum autẽ declarat cautiones præſtandas per venditorem & per emptorem.

2 †No.tertio ibi furtum ſiue damnum quod hic videtur caſus quod appellatione damni non cõtinetur furtũ, quia inter damnum & furtum ponitur dictio ſiue quæ ſolet cadere inter diuerſa.vt ſcripſi in.l.j.§.ſed ſciendũ. ſuper tex.in fi.ſupra ead. Ad idem eſt text.in l.nauta.in fi.ibi à furto ſed etiam dãno. ſupra nau.caup.ſtab.Ad idem eſt etiam tex.in.l.ij.in.§.pen.ff.vi bo.rapt.Ad idẽ eſt etiam tex.in.l.etiam.in.§.fi.in fi.ibi furti vel damni.ff.ſolu.matr. Item hoc probatur manifeſte in.l.ſi ſeruus ſeruum.in.§.ſi oliuam.ff.ad leg.Aquil.vbi tex. ponit differentiam inter furtum & damnum. Nam damnum dicitur illud quod fit cum corruptione,& damnificatione rei.vt probatur etiã in.d.§.ſi oliuam.& in.l.iij.infra de damn.infec.ſed furtum fit cum amotione ſola, & ita tenet Flor.in.d.§.ſi oliuam.& de hoc eſt gl.ord.quę hoc tenet inſti.ad leg.Aqui. in prin.in.j.glo.& idem tenet glo.in terminis in.l.non poſſunt. in.j.glo. ſupra de legib.& idem tenet Bal.in.d.l.nauta. ſed videtur tenere Bart.incidenter contrarium in.l.quod nerua.in.iiij.col. in verſi.ij.quæro quæ ſunt ſpecies culpæ ibi & quòd hæc opinio ſit vera &c. ff.depoſi.& in contrarium facit etiam l.cum duobus.§.damna fatalia. ſupra pro ſoc. ſed poteſt dici quod largo modo capiendo furtum eſt damnum quia eſt diminutio patrimonii. ſed non capiẽdo proprie & ſtricte, quia damnum proprie eſt cum corruptione & damnificatione rei quod non cõtingit in furto. vt.d.l.ſi ſeruus ſeruum. in.§.ſi oliuã. ſupra ad leg.Aqui.

3 †Et iſta ſunt vtilia ad quæſtio. ſtatuto cauetur quod ſi damnum alicui detur ſtetur iuramento damnum paſsi & fiat alicui furtum quod iſto caſu non ſtabitur iuramento illius cui eſt factum furtum.

4 † Item ſi aliquis promiſerit pro aliquo famulo reſarcire omne damnũ quod daret domino quod ſi famulus committeret furtum domino quòd ille promittens non tenetur, licet Bart.ſentiat contrarium. in.d.l.quod nerua.in.iiij.col.ſupra depoſiti.ſed non bene iudicio meo vt patet per prædicta. Item prędicta ſunt vtilia ad multas ſimiles. q.quas per te inducere poteris.& vide etiã quod ſcripſi in.l.aliud eſt.§.hæc verba. verſi.ſed pulchre poſſet dubitari.ff.de verbor.ſigni.vbi etiam plene poſui quid veniat appellatione damni vbi omnino vide & vide omnino bonam glo.in.c.ſi canonici.de offic.ordi.lib.vj. & vide quæ dixi in.l.j.in.§.j.in.v.notab.ſupra eod.

5 †Not.iiij.hic in fin.quod ſi eſt facta redibitio ſerui qui eſt in fuga ſine culpa emptoris & emptor re habuit pretium tenetur cauere de proſequendo ſeruum & ipſum reſtituendo ſi ad manus ſuas peruenerit.de quo dic vt infra dicam in.iiij.& vlti.oppo.

6 †Oppo.j. de.§.j.hic dum dicit quòd emptor tenetur cauere ſi ſeruus iuſſu eius dederit furtum vel damnũ.Nam videtur quòd iſta cautio ſit ſuperflua ex quo propter dictum iuſſum ipſe iubens tantum tenetur.Non autem venditor ad quẽ ſeruus peruenit.vt.l.ij.ſupra de noxa. Sol. dicit

dicit glo.timore huius contrarii quòd debemus intelligere iſtum text. in his quæ habent atrocitatem facinoris quo caſu etiã ipſe ſeruus tenetur.vt.d.l.ij.& l.liber homo.la.ij.ſupra ad leg.Aquil. & ibi not.in aliis autem quæ non habent atrocitatem ſeruus ipſe excuſatur.& ſic non tenetur ſed iubens tantũ. vt.d.l.l.liber homo.cum ſimi. Oppo. ij.dũ dicit hic tex.his rebus recte præſtare.nam iſta verba non videntur habere bonum ſenſum nec grammaticam contra.l.plautius.ff.de aur.& argen.lega.Solu.dicit glo.quod dicta verba intelligũtur & interpretãtur à iure quod emptor præſtetur indemnis à venditore.vt eſt tex.in.l.nihil. in.§.fi.ff.de verbor.ſignific.de qua dic.vt ibi per glo.& quod ibi ſcripſi, & adde quod dixi ſupra in.l.j.§.j.ſuper tex.ibi recte pronũcient. Oppo.tertio contra iſtum tex. in fi.dum vult quòd venditor condemnetur emptori ſi ſeruus eſt in fuga. Nã videtur contra tex.l.fin.C.eod.glo.hic. in verbo venditor ſoluit tribus modis,
7 vltima ſolutio eſt vera. †Oppo.iiij. dum vult iſte text.quòd emptor etiam ſi non fuit in culpa quòd tenetur cauere de proſequendo ſeruum qui eſt in fuga.nam ſi non fuit in culpa non videtur quod teneatur cauere. vt.l.ſi bonæ fidei.ſupra de rei vendi.Solutio dicit hic glo.quòd ibi loquitur in actione reali, hic autẽ in actione perſonali qua debitor durius aſtringitur vel ſecundo. Solue quòd ideo hic emptor tenetur cauere quia re habuit pretium ſuum facta redibitione,ſed in contrarium nihil habuit ille bonæ fidei poſſeſſor. Ita ſoluit glo.in contrarium & iſta ſolutio
8 mihi magis placet. †Not.tamen ex ſolutione hic poſita in gl.quòd ille qui tenetur actione perſonali durius adſtringitur quã ille qui tenetur actione reali,& ratio poteſt eſſe quia in actione perſonali quis obligatur ex contractu ſuo non ſic in actione reali. vt eſt tex.inſti.de actioni.in.§.j.de quo dic vt ibi not.per glo.& Doct.vbi ponitur an ille qui tenetur actione reali dicatur eſſe obligatus,& eſſe debitor. de quo dic vt ibi per Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Redibitio duplici modo poteſt fieri.*

1. CVM AVTEM REdibitio. Iuriſcõſultus hic incipit proſequi interpretationem illorum verborum ſi quid autem poſt vẽditionem &c.quæ ſunt poſita in edicto ædilium.ſupra eod.in.l.j.§.j.verſic. ſi quid autem.&.h.d. Emptor redibens mancipium à vẽditore tenetur præſtare venditori ſi deterius factũ ſit mancipium in corpore vel animo cõcordat. l.ædiles etiã.in princ.& in.§.pedius ait. verſ.quid ergo.infra eod.h.d. In tex. ibi arbitrio iudicis, ſcilicet cognoſcentis de redibitoria. No.j.tex.ibi ſæuitia emptoris fugitiuũ eſt quòd propter ſæuitiam alicuius aliquando quis aufugit quod facit ad multa de quibus dixi in.l.quis ſit fugitiuus.in.§.idem ait interrogatus.in.ij.not. ſupra eod. vbi o-
1 mnino vide. †Not.ij.duplicem modum redibitionis fiendæ,vnum in iudicio.& tunc ſubuenitur vẽditori per of-

ficium iudicis deſeruiens actioni propoſitæ contra venditorem pro deterioratione facta ab emptore. Alium modum extra iudicium,& tunc ſubuenitur venditori per actionem ex vendito, quod intellige quando fit redhibitio in iudicio quod ſubuenitur per officium iudicis in principali nondum finita aliâs ſecus quia illud officium iudicis mercenarium non poteſt peti ſuper principali finita. Iſte eſt caſus ſingularis qui nõ eſt alibi ſecundum Angelum, hic in.l.iiij.C.depoſiti. Et adde quod non poteſt peti ſeu fundari iudiciũ ſuper eo quod officio iudicis mercenario debetur ſi petatur ſeorſum & ſeparatim à principali iure actionis caſus eſt ſingularis.in.l.ſi iudicio.ff.de excep.rei iudi.ſecundum Anſi.hic.

Bartholomęus Cæpolla Iuris Vtriuſque Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Reſoluta venditione, venditor nihil amplius ſequitur quam conſequeretur ſi venditio facta non fuiſſet. & nu. 3.*

2 *Emptor omnes acceſſiones quas pro re empta conſequitur venditione reſoluta, venditori reſtituere tenetur.*

§. 1 IVBENT AEDILES. † Reſoluta venditione pro redhibitoria emptor & venditor debet poni in priſtinum ſtatũ in quo erat ante ipſam venditionem.h.d.concordat.l.redhibere.in princ.ſupra eodem.&.l.facta infra eod. In tex.ibi, reſtitui. dic emptori a venditore & è cõtra & infra eadem.§.Iulianus ait.

2 † No.quod omnes acceſsiones quas conſequitur emptor pro re empta reſoluta venditione tenetur venditori reſtituere. Quæ autem ſint iſtæ acceſsiones habetur per text.infra ea.l.in.§.Iulianus. ait cum ſequenti.vſque ad.l.ædiles etiã & in.d.l.ædiles etiam in.§.item ſciendũ cum ſequen.vſque ad.l.quod ſi nolit.& ibi etiam habetur in.§.ſi ancilla. Nota ſecundo quòd reſolutio contractu reſoluuntur omnia ante contractum quæ ſita.

3 † Oppon.contra iſtum text.dum dicit quod reſoluta venditione venditor nihil amplius conſequitur quam cõſequeretur ſi venditio facta non fuiſſet. Nam imo videtur quod conſequatur plus,ſcilicet legata &c.vt infra ead.l.§.fi.in verſic.item ſi legatum. Solutio hic loquitur de acceſsionibus ibi in aliis ſecundum glo. Vel dic vt ibi dicàm in cõtrario.

Bartholomæus Cæpolla.

SVMMARIVM.

1 *Pœna capitalis quo modo intelligatur*

2 *Damnatus in pecunia & ſi non ſoluit luat in corpus, an dicatur pœna capitali damnatus.*

3 *Fraudem pro pœna veteres accipiebant.*

4 *Dolus in pœna capitali requiritur.*

5 *Error etiam iniuſtus excuſat à dolo.*

6 *Impubes doli capax poteſt capitaliter puniri. & nume. 7.*

§. EXCIPITVR. Iſte eſt §. multum notabilis & ſemper allegatur. & hoc dicit. Pœna capitalis exigit dolũ. h.d.

h.d.Breuiter.Vel ſic & magis ad literã.
Vendens ſeruum tenetur prædicere em
ptori ſi capitalem fraudem commiſerit.
& tunc dicitur quis capitalem fraudem
commiſiſſe ſi tale delictum dolo commi
ſit vt pœna capitis veniat puniendus.
hoc dicit. In textu.ibi, excipitur dic
etiam ille ſeruus venditus. Ibi & per
nequitiam.quia tunc punitur. Ibi vi
deri admiſiſſe dic quo ad pœnam puniẽ
dam,& ſic non poſſet ex hoc redhiberi.
1 †Not.primo ex iſto text. ſecundum
Franc.tigrini de piſis & Ang.quod capi
talis pœna ſimpliciter prolato ſermone
verificatur ſolum in pœna decapitatio
nis.Sed tu dic quòd etiam ſtricto modo
accipiendo pœna capitalis accipitur nõ
ſolum pro decapitatione.i. pro morte.
ſed etiam amiſsione ciuitatis, ſed largo
modo capitur etiã pro omni cauſa quæ
exiſtimationem hominis imminuat.iſte
eſt caſus ad literam in.l.licet appellatio
ff.de verborum ſignifi.Intelligendo il-
lum text.ibi latine loquentibus.i.largo
modo vt ibi ſcripſi. Aduerte tamen
quòd aliquando lex vel ſtatutum loqui
tur per verbum capitalis pœna & tunc
poteſt intelligi etiam de pœna non ſo-
lum inferat mortem ſed etiam amiſsio-
nem ciuitatis. & ita intelligatur.d.l.li-
cet capitalis.& iſte text.dum dicit pro-
pter quod capite puniendus ſit vt dixi
ſuper tex.& de hoc eſt gl.in.l.ſi quis nõ
dicam rapere in glo.fin.& ibi Cy.in.vlj.
oppo.C.de epiſ.& cleri.& eſt gloſ.no.in
l.vnica.C.ne Chriſtianum mancipium
aliquãdo lex vel ſtatutum loquitur per
hoc verbum pœna capitis,& tunc intel
ligitur de capitatione naturali tantum
ſic de vera morte.vt eſt tex.in.l. rapto-
res.C.de epiſcop.& cleri.& in.l.iij.§.ſi
infra ad.l.cor.de ſicca.& in.l.j.in fi.& in
l.ſaculariis.§.j.in fi.infra de extraordi.
crimi.& de hoc inde per Io.an.in.c.quã
to.extra de iureiu.& no.Modeeniores in
2 l.ij.ff.de publi.iudi. †Sed quid ſi ali
quis veniat condemnandus in pecunia
& ſi non poteſt ſoluere luat in corpus
vel ſi hoc eſt ex forma ſtatuti.l.quicun-
que.C.de ſer.fugi.an iſta pœna dicatur
capitalis vide per Bar.in.d.l.ij.ff.de pu
bli.iudi.& per Cy.& Bald.in.l.ſi quan-
in.§.j.de lega.ij.& circa prædicta adde
quæ d.xi in.d.l.licet capitalis.ff.de ver-
3 bor.ſignifica. †No.ij.text.quòd vete
res fraudem pro pœna accipiebant vt
hic &.l.aliud eſt fraus.ff.de verborum
ſignifica.& eſt tex.cum glo.in.l.nec ma-
4 giſtratibus.infra de iniuriis. †No.ter
tio ibi dolo malo & per nequitiam ca-
ſum notabilem quod in criminibus ad
hoc vt quis puniatur pœna capitali re-
quiritur dolus.Ad idem eſt tex.l.in lege
cornelia.ff.ad.l.corneliam de ſicariis de
quo per Bar.in.l.prima.§.j.ff.ſi quis te-
ſtamento liber eſſe iuſſus fuerit.& in.l.
quod ſupra depoſi.in.v.quæſitio. princi.
ver.Item quęro vtrum lata culpa.&per
Ang.in.l.j.C.de priua.carce.& per Flo.
in.l.j.§.j.ff.ſi menſor falſum modũ dix.
5 dix.vt ibi per eos. †Adde tamen quod
quilibet error etiam iniuſtus excuſat
quem à dolo.caſus eſt ad literam nota.
in.l.j.§.j.ff.de liber.cauſa. Et ſatis, hoc
probatur hic dum dicit cęterum ſi quis
error.& eſt gloſſ.notabi.in.l. plagiarii.
la.ij.C.ad.l.flauiam de plagi.& gloſſ.in
l.j.in fin.ff.de abigeis.& circa prædicta.
Adde omnino quæ dixi vobis in.l.quis
ſit fugitiuus in.§.apud labeonem ſupra
eodem.

6 eodem. †No.iiij.ibi neque impuberé quòd hic videtur caſus quòd impubes non poteſt committere fraudem capitalem propter quã poſsit ſibi imponi pœna capitalis ſecundum Bald.& Ang.ſed glo.hic dicit contrarium in doli capace de quo dic vt infra dicam in.ij.oppoſi. vbi plenè dicam. Oppo.ſ.contra iſtũ text.& videtur quòd ſit impoſsibile ꝙ iſte tex.procedat nam loquitur de ſeruo vendito non de libero & dicit ſi capitalem fraudem commiſit,nam ſeruus non poteſt puniri pœna capitali quia nõ habet caput ſecundum ius ciuile.& eſt caſus in.l.hoc accuſare in.§.omnibus ver. idemque.infra de accu.ſolu.dicit gl.intellige quòd hic loquitur de homine libero hæc non eſt vera quia homo liber communiter non poteſt vendi niſi in caſibus.vt no.in.l.ij.C.de pat.qui filios diſtraxer.Vnde glo.ſoluit ſecundo modo videlicet quòd hic loquitur inſpecto iure naturali quo ſeruus eſt homo liber. vt.l.ex hoc iuregentium.ff.de iuſtit.& iur.non inſpecto iure ciuili quia tũc loquitur contrarium,& hæc eſt vera ſecũdum Raym.de forliuio & Albericum & Raphaelem,& mihi etiam videtur verior per ea quæ ſtatim dixi in præcedẽti ſolutione.& probatur in.l.quod attinet.infra de reg.inr.
7 † Oppo.ij. contra iſtum textum.dum dicit quod impubes non poteſt puniri pœna capitis.d.l. impuberem. ff. de furtis.vbi impubes poteſt committere furtum,& ſic eſſe in dolo.Solu.dicit glo.quòd debemus intelligere hic de impubere doli non capace.Nam ſi eſt doli capax tunc loquitur cõtrarium.vt.l,impunitas.C.de pœnis. Et ſic ex iſta glo.not.quòd impubes doli capax poteſt committere fraudem capitalem.& ſic tale delictum cum dolo quòd poterit capitaliter puniri licet aliquando ratione ætatis & doli nõ præſumpti minus puniatur arbitrio iudicis.vt eſt tex.in.l.auxilium.in.§.in delictis.ſupra de minorib.& in.l.aut facta in.§.perſona.in verſicul.in huius rei.ff. de pœnis.& adde quòd prædicta ſunt vera in delicto commiſſo in faciendo.ſed ſi impubes etiam doli capax delinquit in non faciendo tunc ſimpliciter excuſatur.vt eſt tex.ſecundum Dy.& Barto. ibi in.l.j.in.§.ſi impubes.ff.ad ſyllanianum.de hac tamen materia quando impubes delinquit dic vt habetur per tex. gl.& Doc.in.l.j.C.ſi aduerſus delictũ.& in.l.impuberem.ff.de pœnis.& in furtis,& in.l.infans.ff.ad.l.corneliam.de ſicariis.& in.d.l.auxilium.in.§.in delictis & per tex.& Docto.in.c.j.extra de delictis puerorũ dic vt in eis no.de iſta materia.Et vide bonum tex.in.l.ſi arrogati.in prin.infra de tutelis.& in.l.excipiũtur.ff.ad ſyllanianum.& vide quod no. maximè per Bald.in.l.prima ſupra de de legibus.

Bartholomæus Cæpolla de Verona.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Seruus malus quis ſit.*
2 *Qui non adiuuat ſe gladio interficientem an & quando teneatur.*
3 *Inferens ſibi vulnus ad ſacros ordines promoueri non poteſt.*
4 *Fidelis homini eſſe non poteſt,qui Deo infidelis extitit.*

§. EXCIPITVR. Vendés ſeruum tenetur prædicere emptori ſi aliqd ſibi ipſi fecit quando ibi mortis conſciendæ aliãs poteſt couenire redhibitoria & reſcindi contractus. hoc dicit. In text. ibi.excipitur etiam ille.l.ſeruus venditus ab edicto in.l.j.§.j.verſi.item ſi man
1 cipium.ſupra eo. †Not.hic text.quo modo probatur ex pluribus aliquem eſſe malum ſeruum. Nam ille qui facit illud propter quod non poſſit viuere dicitur eſſe malus. No.ſecundo quòd ille qui audet malum facere contra ſe audet etiam omne malum facere contra alios. Nec eſt credendum eum aliis parcere qui ſibi non parcit.vt infra de bo. eorum.l.fi.& hic habetur in gl.quod no.
2 contra homines deſperatos. † Et ſic not.etiam iſtud pro excuſatione illius qui tenetur aliquem adiuuare de iure communi vel diuino vel ex forma ſtatuti, quia ſi non adiuuãuit illum qui ſe volebat gladio interficere quòd excuſetur in dubio quia in dubio eſt credendum quòd ille qui ſe volebat interficere & ſibi non parcere quòd pepercisſet etiam illi qui volebat eum adiuuare. Quod tamen eſt verum niſi conſtaret ex aduerſo quòd potuiſſet ille adiuuare ſine diſcrimine & periculo vitæ ſuæ qa
3 tunc nõ excuſaretur. †Et adde quòd ille talis qui intulit ſibi vulnus non poteſt promoueri ad ordines ſacros.& ſi eſt promotus eiicitur.vt no.per Gofredum in ſumma de corpore viciati ĩ.§.in ſumma ſciendum eſt ſecundum Albericum
4 hic. †Item adde quòd ille qui nõ eſt fidelis Deo non eſt etiam fidelis hominibus.ij.quæſtio.vij.c.non poteſt. Oppo.contra iſtum tex.dum vult quòd non ſit licitum ſeruo ſe vulnerare contra de.l.ſed; ſi damnum.§.ſi ipſe.ſupra de peculio,vbi dicitur contrarium. Solu.dic glo.dic vt ibi.Ibi gloſ.ſoluit beąe ſcilicet quòd quantum ad hoc vt dominus non poſſit aliquid deducere propter vulnus inflictum ſeruo à ſeipſo tunc eſt licitum ſeruo ſed quantum ad ius naturale vel ciuile non & ita loquitur hic.

SVMMARIVM.

1 *Redhibitoria.& etiam quanto minoris competunt etiam propter contractum celebratum per illos,quos quis habet in poteſtate.*

§. SI SERVVS. Si filius vel ſeruus vel alius conſtitutus in poteſtate alterius vendat rem morboſam vel vitioſam poteſt dominus vel pater in cuius poteſtate eſt vendens conueniri actione redhibitoria eatenus, quatenus eſt in peculio vendentis. hoc dicit in terminis & in ſumma & vide omnino text.in.l.ſi ſeruus mancipium. & quod ibi dicam infra eodem. In textus ibi,qui vendidit dic mancipium vel aliam rem morboſam vel vitioſam.Ibi ex contractu ideſt propter contractum.vt.C.de ædilitiis actionibus.l. fina.ſecundum Petrum,'& Alberic.

Ibi cõpetere.ſ.de peculio Ibi ædilitias actiones.i.actionem redhibitoriã, & quanto minoris.de quo dic vt dixi ſuper rub.in.iij.quæſt. Ibi locum habe-

re ſcilicet de peculio contra patrem
1 vel dominum.†Not.quod actio redibitoria & etiam quanto minoris competit contra aliquem nō tantum propter contractum per ipſum celebratum ſed etiam propter contractum celebratum per illos quos habet in poteſtate vt hic Idem ſi per alios quos bona fide poſsidet. vt in.§. ſequent. qui ſupplet iſtum textum.

Bartho.Cepolla de Verona.

SVMMARIVM.

1 *Redibitoria & quanto minoris dant etiam contra omnes hæredes.*

1 §. HAE ACTIONES.†Actio redibitoria & quanto minoris dantur non ſolum contra venditorē ſed etiā contra omnes hæredes ſiue venditio ſit facta per ipſum ſiue per alios quod bona fide poſsidebat.h.d.In text.ibi hæc actiones quę ex edicto dic ſcilicet actio redibitoria & quanto minoris.Ibi poteſt dici nos qui bona fide poſsidemus propter hos quos poſsidemus.Not.iſtum tex.qui ſupplet.§.præcedentem,vt ibi dixi in notabili.

SVMMARIVM.

1 *Redibitio eſt in integrum reſtitutio.*

2 *Quodam modo improprietatem vel diminutionem denotat.*

3 *Expenſas factas equo morboſo pendente lite inter emptorem & venditorem, quis reficere teneatur.*

§. IVLIANVS AIT. Redibitio† quodammodo in integrū reſtitutio cenſetur, cum tam emptorē quam venditorem in priſtinum ſtatum reponat hoc dicit concordat ſupra eo.l.§.iubent ædiles. &.l. redibere in princi.& in.l.facta infra eo. Nota. quod damnum paſſo ſua culpa non ſubuenitur.Not. ſecundo. Ibi maluit litis æſtimationem &c.tex.per quē poteſt ſolui quæſtio quæ formatur & non determinatur per gloſ.in.l.prætor. in.§. his verbis in verbo non debet.ff. de bo.autho iudi.poſ. ſecundum Alber.
1 hic†Oppo.contra iſtum tex.dum dicit quod redibitio ſit in integrum reſtitutio.nam in integrū reſtitutio facit quod quis reſtituatur intantum in quantum eſt effectus locupletior.vt.l. patri in.§. prædium cum.§.ſeq.ſuprà de mino.ſed in iſta redibitione plus reſtituitur vt hic ergo non videtur eſſe reſtitutio in integrum.Solu.gloſſ. dicit hic verbum quodammodo tollit contrarium, quia iſta redibitio eſt quodammodo reſtitutio ſed non eſt vera reſtitutio per dictū
2 contrariū.†Ex qua ſolutione gl.not. ꝙ dictio quodāmodo eſt nota improprietatis vel diminutionis de quo vide tex. ad literam & ibi per glo.& per Doct.in l.ſi me in vacuam in ſi.prin.ff.de acqui. poſ.& not.per tex,& docto. in.l.in ſuis. ff.de lib.& poſt.& no.per Bar. in repetitione.l.ſi omnes ꝗ pro emptore in. vij. col.ff.de vſuca.vbi Bar. ponit quę ſunt verba quę important proprietatē.Quęrit hic gl.in verbo ſufferre quid ſit magis expediebat litis æſtimationem offerre quam dare ſeruum pro noxa & ſic litis

litis æſtimationem dedit an poſſit illa recuperare à venditore.& gloſſ. non reſpondet ſed Ray.dicit quod tunc erit ſecus ſcilicet quod venditor tenebitur emptori.argu.l.vtiles in princip. ſupra de pe.hæred.ſed Ricar. malum.contra. quia ſi venditor nolit ſeruum emptor retinebit pro ſe.& ita in nullo damno verſabitur emptor.Nam non diſtinguitur an expedierit dari pro noxa vel nō vt hic.&.l.quod ſi nolit in princi. infra eo.ita dicit Ricardus quem ſequit̃ hic. Albe.& Raphael.& ego etiam puto verius.

3 †Quæro emptor egit actione redibitoria contra venditorem dicendo quod equus erat morboſus & Claudus & equus fuit conſignatus hoſpiti de voluntate iudicis vel etiam ſine & diu durauit lis tandem fuit lata ſententia pro emptore videlicet quod equus fuerat morboſus ante vēditionem & ſic quod ipſe venditor deberet retro accipere equum venditum & reſtituere prætiũ emptori & vterque,ſcilicet venditor & emptor fuit abolutus ab expenſis litis ex eo quia venditor habuerat iuſtam cauſam litigandi. Modo dubitatur an dictus emptor teneatur ſoluere expenſas factas per equum ſuper hoſpitio pēdente lite & prima facie videtur quod ſic per iſtum. §. vel ait in contrarium facit quia ipſe habuit iuſtam cauſam litigandi vt dicitur in ſententia. Item quia antea quàm ferat̃ ſententia equus venditus eſt ipſius emptoris. ergo expenſa facta pendente lite id eſt eo tempore quo eſt ſuus ipſius emptoris debet eſſe facta de bonis ipſius emptoris. Iſta quæſtio fuit de facto Veronæ inter ſtrenuum Graſſum de Venetiis. capitaneum Citadellæ & Vincentium de Montia cogita ſed dic quod de hoc caſus in.l.item ſi ſerui.§. fi. quas impēſas in.fra eo.vt ibi dicam. Barth.Cepol.

SVMMARIVM.

1 *Emptor ad quid tenebitur venditori volens redibere.& nu.4.*

2 *Cōdemnatus in expenſis in interlocutoria qui poſtea obtinuit in diffinitiua & etiam in expenſis an primas recuperet expenſas.*

3 *Venditor reſulta vendit.conſequitur lega quod conſequi nō poſſet ſi venditio facta nō fuiſſet.*

4 *In re ſua quis de culpa non tenetur.*

§. CVM REDIBETVR. Quicquid cōſecutus eſt emptor extra rem ſuam per ſeruum emptum ſiue ſint fructus ſiue mercedes ſiue pœnæ ſiue legatum ſiue hæreditas tenetur venditori reſtituere facta redibitione, hoc dicit cum.l.ſeq.vſque ad.l.ædiles etiam concordat.l.Iulianus.§.ſi quid ſeruo ſupra de ac.emp.& vide quod ibi no. In text. ibi ad venditorem peruenit dic,ſcilicet occaſione eius mancipii. Ibi reſtitui oportet, ſcilicet venditori. Ibi idcirco conſecutus ſcilicet intereſſe ipſius emptoris.et ſic iſto modo ceſſabit contrarium, de quo dicam infra in ſecundo notabili.Vel intellige de pœna vt ſentit glo.in verbo conſecutus. Ibi ſeruo obuenerit ſubaudi emptor venditori reſtituet.Ibi nocebit quis venditori. Ibi non debere venditori dic, ſecundum Odofredum & Albericum quod eſt verum per actionem ex vendito quæ locum non habet:quia emptor non vult

redibere ſed per condictionem ſine cauſa venditor petere poterit cum illud videatur eſſe ex re venditoris. vt. l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pup. & l. additio in fin. infra de acqui. hær. & eſt glo. notabilis in. l. ſed ſi quid donetur. & ibi vide Flor. ff. de vſufruct. de quo tamen aliquid dicam infra. in. iiij.
1 oppo. † Nota. prima iſtum. §. mirabilē ſecundum Bald. ponentem ad quid teneatur emptor venditori volens redibere. Et facit iſte. §. ad materiam. l. prætor ait. §. primo quod de fructibus infra de bo. autho. iudi. poſ. & ad materiā. l. vbi & l. vtrum. & ibi no. ſupra de peti. hære. & ad materiam. l. manifeſtiſſimi. §. quod in ſecunda. C. de furtis. & l. non ſolum. & l. quoties. ff. de iur. dot.
Quid autem teneatur præſtare venditor emptori vidiſtis aliquid in. l. redibere in. §. idem pomponius ſupra eodem. Et vide meliorem text. qui ſit in iure ſecundum Angelum hic in. l. venditor ex hæreditate. ff. de hæredi. vel actio. vendi. Not. ſecundo textu. ibi quod tardius hominem reſtituit quod id etiam quod conſequitur emptor à vẽditore ex eius contumacia tenetur ſibi reſtituere reſoluta venditione per actionem redibitoriam, & pro hoc eſt etiam textu. in dicta lege quoties, & dicta lege non
2 ſolum infra de iure dotium. † Et ſic videtur iſte textus cum prædictis facere ad quæſtion. quam format Guliel. de Cuno. & Barto. in. l. ſi pignore ſupra de pignor. actio. Litigabam tecum & per contumaciam meam fui tibi condemnatus in decem ſolui & poſtea fertur ſententia pro me diffinitiua, & tu fuiſti mihi condemnatus in expenſis, quod per iſtam condemnationem potero conſequi illa. x. per iſtum textum cum prædictis, ſed Guliel. & Barto. & communiter Doctores decidunt contrarium per dictā. l. ſi pignore. & per. l. tertiā. §. penulti. ff. quibus modis vſufru. acqui. & per. l. quod à quocunque nomine pœnę ff. de re iudi. vbi eſt caſus, & facit. l. cum pater. in. §. libertis. & hoc ibi etiam no. Barto. ff. de legat. ij. & eſt ratio quia ſi aliud diceremus contumacia remaneret impunita contra. l. ita vulneratus. ff. ad. l. aquiliam. & iſta eſt ipſa veritas. Nec obſtat iſte text. quia hic eſt ſpeciale vt voluit gloſſ. in dicta. l. quod à quocunque. & ratio ſpecialitatis eſt quia natura redibitionis eſt vt omnia ponantur in priſtinum ſtatum ac ſi venditio facta non fuiſſet vt ſupra proximo. §. & in lege redibere in principio. & in. l. facta. infra eodem. Sed ſi venditio facta non fuiſſet non fuiſſet condemnatus ad illa. x. ergo. Nec etiam obſtat dicta lege quoties. & lege non ſolum. ff. de iure dot. quia ſolutio apparet in di-
3 ctis legibus. † Not. tertio in verſic. item ſi legatum quod facta redibitione venditor poteſt petere legatum quod erat factum ſeruo tempore quo erat emptoris, licet non potuiſſet illud conſequi ſi fuiſſet relictum tempore quo erat ſuū. Ex quo not. aliud quod quis aliquando poteſt conſequi per alium quod per ſe non poſſet. de quo dic vt not. in. l. Ariſtote. ſupra quæ res pignori. dari. poſſ. de quo infra aliquid dicam in tertia
4 oppoſitione. † Opponò primo contra iſtum textum in principio. dum vult quod emptor teneatur etiam de culpa quam adhibuit in re ſua empta, nam in re

in re ſua quis non tenetur de culpa. vt l.etiam.§.licet.ff.ſolut.matrimo. gloſſ. hic non ſoluit hic nec in contrario, ſed tu ſolue quod pro re ſua propria non tenetur quis alteri niſi de dolo. & hoc ſi cauſam ab eo non habet nec eſt ei obligatus ipſam rem dare vel inſtituere vt in contrario, ſed ſi teneretur rem reſtituere ei à quo habuit cauſam, tunc teneretur etiam de culpa, & ita loquitur hic & infra de verborum obligatio. in.l.ſi ſeruum.circa princip. ſecundum Iacob. de Bella. & Albericum. Vel dic quod verbum interim poſitum hic in gloſſ. tollit contrarium, quia cum reddendus ſit dicitur alienus. argument. l. ſi me & Titium.ſupra ſi certum petat. & ita eſt etiam in dotalibus ſeruis quâuis enim ſint in dominio mariti tamen quia debent reddi dicuntur alieni vt.d. l.etiam in.§.licet ſecũdum Raph. Quæ ſol.recidit in idem cum præcedenti. Vel dicet.iij.ſecundum Dy.& Barto.in d.§.licet ꝙ hic loquitur de culpa commiſſa in re quæ ſubiacebat reſtitutioni & ideo poteſt dici aliena ſpe. quo caſu teneť de illa culpa emptor, ſed ſi culpa eſt cõmiſſa in re propria quæ non ſubiacet reſtitutioni. & ſic nec re, nec ſpe eſt aliena ſed ſua.& tunc non teneretur dominus niſi de ſolo.& iſte eſt caſus in d.§.licet.dum loquitur de rebus mariti. & hęc ſolutio probatur in.d.§.licet.qui in quantũ loquitur de rebus ipſius mariti quæ non ſubiacet reſtitutioni vult quod maritus teneatur de ſolo dolo ſed inquãtum loquitur de rebus dotalibus, quia ille ſubiacet reſtitutioni vult quod maritus teneatur etiam de culpa vt ibi & ita etiam hic & hæc eſt vera ſolutio, quæ tamen eſt eadem cum præcedentibus in effectu. Opp.ij.contra ver. Item ſi legatum.dum vult quod venditor cõſequatur reſoluta venditione etiam illud legatum quod conſequi non potuiſſet ſi non fuiſſet facta venditio, nam videtur eſſe cõtra.§.iubent ædiles. ſupra ead.l.ſol.dicit glo.ſolue vt ibi dic tu vt ibi dixi. vel dic quod dum dicit ibi textus nihil amplius conſequatur ſubaudi emptor non venditor, & tunc non obſtabit iſte text.qui loquitur de venditore. Oppon. tertio ad idem de. l.ſi is qui.ff.de vulga.& pupill. Sol. quod directo peruenit à teſtatore non capitur vt ibi, ſed quod extrinſecus ſit, & ita loquitur hic & ſic conſequitur ibi etiã per alium quod directo non poteſt. Vnde non eſt contra vel dic vt nota. in. l. poſt mortem.§.fin. ſupra de adop. Vel dic.iij.quod ibi eſt eademcauſa & ratio prohibitionis in teſtatore & in bonis eius hic autem diſpar. Vel dic ſecundum Raphaelem, quod ideo ibi prohibetur quia ibi fieret fraus legi, nam prohibitus capere ex iudicio certæ perſonæ caperet ibi per interpoſitam perſonam quod eſſe non debet, hic autem nulla fit fraus legi, quia non capitur ex iudicio teſtatoris: ſed potius ex contractu, qui nequaquam factus eſt, in fraudem legis. Oppon. quarto contra iſtum textum in verſiculo pedius. dum quod non intereſt cuius contemplatione teſtator ſeruum inſtituerat. nam imò videtur quod ſit fienda differentia vt. l. ſed ſi plures.§.in arrogato.ff.de vulg.& pup.cum ſimi. Sol.dicit gl. hic quod debemus intelligere iſtum tex. quod non intereſt cuius contẽplatione ſcilicet an ipſius

ipſius ſerui vel venditoris,ſed bene intereſt an contemplatione venditoris vel emptoris vt in contrario.Idē tenet glo.in.l.iulianus.in.§.ſi quid ſeruo.ſupra de actionibus empti. Sed Ricardus malum.dicit contrarium.ſ.ꝙ nō intereſt cuius contemplatione ſiue venditoris ſiue emptoris quia indiſtincte facta redibitione emptor tenetur reſtituere venditori illud legatum vel illam hæreditatem,quia ſtatim in caſu econuerſo in text.dicitur quòd etiam ſi contemplatione venditoris fuerit relictum non debet emptor reſtituere non facta redibitione quia eadem debet ratio cōtrariorum.vt.l.j.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.cum ſimi.& hoc ſequitur Albe.ſed iſte tex.in fi.ſecundum expoſitionem Odofredi quam dedi ſupra ſuper text.nihil facit pro Ricardo.nam dum in fin.huius.l.dicitur emptorem non debere venditori,debet intelligi per actionem ex vendito,ſed per conditionem ſine cauſa ſic vt dixi ſuper text. Ideo tu diſtingue ſecundum Rapha.aut aliquid fuit relictum ſeruo contemplatione emptoris eo animo vt acquireret emptori.& tunc ſit vera opinio gloſſ. hic aut relinquitur contemplatione emptoris quia habebat eum cognitum propter emptorem non tamen apparet quòd voluerit emptori acquiri, & hoc caſu ſit vera ſententia Ricardi malum & ita videtur diſtinguere iuriſconſultus in ſimili in.l.ſed & ſi quid.in principio.in verſicu.nec diſtinguimus. ſupra de vſufruct.ita dicit hic Rapha.& in dicta leg.iulia.§.ſi quid ſeruo. ſupra de act.empt.

Bartholomæus Cepolla de Verona.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Familiæ appellatione quid veniat.*
2 *Familiæ factum domino nocet.*
3 *Procurator dicitur qui mandatum habet.*
4 *Domini conditionem deteriorare non poteſt, qui non habet generale mandatum.*

AEDILES Etiam. Emptor debet præſtare venditori ſi mācipium quod redibet ſit deterius factū poſt venditionem per ſe vel familiam ſuam vel procuratorem eius.h.d. In text.ibi præſtare emptores.ſ.redibentes ſeruum venditū. Ibi factus eſt ſeruus.ſ.facto ſuo ipſius emptoris vel procuratoris ſui vel familiæ ſuæ vt ſequitur. Ibi in ſeruitio ſunt. ſ.emptoris. Ibi vniuerſa negotia dic vt not.infra eod.l.quod ſi nolit.§. quod in procuratore.& ſubaudi ad illum tex. cum libera ſecundum Rica. malum.vt fra dicam in.v.notabili. Ibi mandatum ſit.ſ.ſpecialiter. No.j.ꝙ emptor agendo ad redibendum ſeruum emptū non tenetur venditori de deterioratione quæ contingit ante venditionem ſibi factam ſecus ſi poſt contingat, & eſt ratio quia ante venditionem omne dānum contingens ſpectabat ad ipſum vēditorem ſed poſt ad emptorem in.l.j.in princip.&.l.neceſſario,ſupra de pericu
1 lo & commodo rei venditæ. †No.ij. in.§.familiæ quid veniat appellatione familiæ concordat.l.j.§.familiæ. ff. de publica.& adde quòd duplex eſt familia vna eſt familia ſeruorum & miniſtrorum vt hic alia eſt familia agnatorum.vt.l.pronunciatio.§.familiæ.ff. de verb.

verbo.ſigni.vbi omnino vide quod ibi ſcripſi quia ibi late poſui quid veniat appellatiõe familiæ & de eius materia.

2 †Not.iij. ꝙ factum familiæ nocet domino ſed argumen.eſt contra.in capi.cum ad ſedem.extra de reſti. ſpoli. ſecundum Bald.Item facit contra.l.ſi vendita.ſupra de pericu.& commo.rei
3 vendi. †Nota.iiij.in.§. procuratoris quod nomen procurat.non intelligitur niſi ille qui habet mandatum ad id de
4 quo agitur ſecundum Bald. †Nota. v.habens generale mandatum tantum vel ſpeciale poteſt deteriorare conditionem domini. Sed contra iſtud vltimum notabile videtur eſſe gloſſ.nota. in.l.procuratoris.in princip. ſupra de tribu.quòd requiratur mandatum cum libera.Sed Ricardus malum. ſubaudit ad iſtum tex.dum dicit procuratorem. ſ.habentem liberam non contradicat illi gloſſ.ſecundum Baldum.de quo per Dyn.in.l.ſi procurator.ff.de excep. doli.& habetur in.l.j.in.§.ſi procurator.ff. ſi quis ius dicenti non obtempe.& in.l. procurator cui libera,ſupra de procuratoribus.

Bartholomęus Cępolla de Verona.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Emptor tenetur de dolo & etiam lata culpa in re empta commiſſa.*

2 *Malos mores acquirit,qui malam ſocietatem habet.*

3 *Quæ ſunt mali exempli euitanda ſunt.*

4 *Factum maiorum trahitur à minoribus in exemplum.*

5 *Vicinia poteſt meretricem & inhoneſtam mulierem de vicinia expellere.*

6 *Morbo contagioſus poteſt de ciuitate expelli.*

7 *Socius non poteſt inuito ſocio in domo cõmuni inducere ganeas vel luſores ſeu concubinam.*

8 *Socius in domo communi non poteſt inimicum alterius ſocij inducere.*

§. PAEDIVS AIT. Si ſeruus eſt effectus deterior quantum ad corpus vel ad animum dolo vel culpa ẽptoris vel eius procuratoris vel familiæ vbi alias nõ fuiſſet factus deterior niſi venditio celebrata fuiſſet tenetur ipſe emptor venditori in ſolidum.ſed vbi talis deterioratio fuiſſet facta etiam ſi venditio non fuiſſet celebrata tunc emptori non tenetur inſolidum ſed poteſt dare ſeruum ſuũ deteriorãtem pro noxa vel cedere actionem contra procurationem ſuam eo ꝙ deteriorauerit ſeruum corruptum.h.d. in terminis & in ſumma vſque ad.§. itẽ ſciendum. In tex.ibi eam veniſſet.j. venditus eſſet & tunc emptor tenetur inſolidum. Ibi actionum præſtandarum.ſ.contra ipſum procuratorem, Ibi aleator forte vel vinariꝰ &c.expone iſta verba vt dixi.in.l.ob quæ vitia. in princi.ſupra eo. Not.j.illud quod
1 dixi in ſummario. †Nota.ij.quòd emptor non tantum tenetur de dolo quàm etiam de lata culpa in re empta commiſſa.de quo dic vt plene dixi in.l.cum autem.in.§.ſi.ſupra eod.in.j.oppoſitione. Not.iij.quòd licet edictũ ædilitiũ quod vult ꝙ fiat redibitio propter vitiũ ſeu morbum rei venditæ intelligat de morbo ſeu vitio corporali nõ vitio animi niſi vitium animi procedat propter morbũ corporis vel niſi ſit vitium ſerui fu

ui fugitiui.vt ſupra eo.l.ob quæ vitia.
in.§.animi vitium.& in.§.in ſumma.
& in.l.j.§.ſed ſciendum.& in.§.interdũ
vt in eis plene dixi tamen propter alia
vitia animi quæ eſt adeptus ſeruus em
ptus ex mala ſocietate aliorum ſeruorũ
emptoris tenetur ipſe emptor vendito-
2 ri,caſus eſt hic in ver.hoc autẽ. †No.
iiij.ibi imitatione conſeruorum ꝙ ille
qui habet malam ſocietatem acquirit
malos mores & ẽ conuerſo qui habet
bonam bonos acquirit.vt eſt tex.in au-
then.de monac.in.§.cogitandum. in fi.
colla.j.Vnde dicit hic glo.allegãdo am
bula cum bonis & mores à coniuncto
formantur,vnde etiã dicitur ſi cũ ſan-
ctis ſanctus eris,ſi prauis prauus eris.&
illud morbida facta pecus totum cor-
rumpit ouile&c.vt.l.iulianus in prin.
ſupra de act.emp.& probatur.xxiiij.q.
3 iij.reſecandę ſunt.†Et ideo ea quæ ſunt
mali exempli ſunt euitanda.vt.l.j.ſu-
pra ad Macedonianum.Et ibi vide de
4 hoc glo.†Nam ideo dicitur quòd ſi epi
ſcopus malè facit ſubditi inde trahunt
exemplum.extra de iure iuran.cũ qui-
dam.&.c.ſicut ex literis,& eã quæ fiunt
à prælatis facile trahuntur à ſubditis in
exemplum.extra de voto.c.magna.§.&
quod & res quæ eſt pernitioſi exempli
re probatur extra de elec.cum dilectus
certe mediũ.& de purg.ca.c.ij.& de prę
bendis.c.niſi. Et iſte text.cum prædi
5 ctis facit ad multas.q. †Et primo fa-
cit ꝙ vicinia poſſit expellere meretri-
cem,vel aliquam inhoneſtam mulierẽ
quæ venit ad habitandum in vicinia ne
infectet alias mulieres.& ita tenet Gul.
de cuno.& Bald.& D.Paul.de caſt. per
illum tex.in.l.ij.C.de ſumma trinitate
& fid.cato. Et idem de leproſis & ſimi
libus.& vide ad hoc bonam glo.in.c.j.
6 de viuris.in.vj.in verbo expellant.†Im
mo dicit plus Guil.& Bald.in.d.l.ij.ꝙ
vbicũq; eſt timor alicuius infectionis
poteſt quis expelli de ciuitate. allegat
in authen.iuſiurandum quod præſtatur
ab his in fin.& ſic facit ꝙ ciuitas poſſit
expellere infirmum de epidimia.i.de
morbo contagioſo de ipſa ciuitate ne
alios infetet & ciuitatem peſtiferet vt
videmus quotidie fieri in multis ciuita
7 tibus & bene. †Faciunt etiã prædicta
ꝙ ſi ſcolaris vult inducere ganeas vel
ribaldos,vel luxores in domo qui ſtent
ad ludendum vel alia mala faciendum
quod ſocius poſſit hoc prohibere quod
iſta ſunt mali exempli ex quibus quis
faciliter corrumpitur de hoc tamen eſt
glo.in terminis.ſ.de ganeis.in.l.non ali
ter.ff.de vſu.& habita. Et idem de cõ
cubina.vt no.Bald.in.l.ſi conuenerit.in
fi.ſupra pro ſocio.& vide.l.fin.& quod
ibi no.C.de ſpectã.lib.xj.& quod no.in
l.& ancillarum.ſupra de peti.hæredi.
8 †Et adde prædictis ꝙ ſocius non po
teſt ducere in domo communi propria
vel conducta vnum inimicum alterius
ſocii.vt probatur in.l.ſi pendentis.in.§.
ſi dominus ibi contumelioſe iniurioſe-
ue ſupra de vſufructu.& vide omnino
Bartolus in leg.ſi ſtipulatus fuero.ff.de
verborum obligatione. vbi ponit an
poſſim prohibere ſocium volentem in
trare domum quem ſocius meus indu-
cebat in domo vel quando de ſe vnus
volebat intrare domum qui forte erat
inimicus ſocii mei.dic vt ibi per eum
& per Doctor.& limita Bartolus per
prædicta.

Bart

Bartholomæus Cepolla de Verona Iuris. Vtriuſque Doctor Paduæ Legens.

SVMMARIVM.

1 ☞ Preſtationes habentes originem ante conteſtatam litẽ petuntur per libellũ fundatũ ſuper diſpoſitione legis vel hominis: & trahentes originem poſt litem conteſtatam iudicis officio veniunt: nec neceſſario in libello petuntur.

2 Iudex quando ſupplere poſſet.

3 Litem conteſtatam præcedentia quando ad iudicem pertinere dicantur, & nu.12.

4 Lite conteſtata quæ circa rem petitam contingunt ad iudicis officium pertinent, & nu.13,

5 Libellus non requiritur in his quæ officio iudicis petuntur.

6 Libellus an requiratur in his quæ veniunt ante litem conteſtatam, & nu.10.

7 Iudex poteſt victum victori in expenſis condemnare ſi non petatur.

8 Iudicis officium per litis conteſtationem ampliatur.

9 Arbiter de ſumptibus condemnare poteſt licet non ſit expreſſum in compromiſſo.

11 Mera exceptio non eſt neceſſario in ſcriptis proponenda.

13 Intellectus ad.l.ſecundã.§.poſt originem.ff. de origi.iur.

14 Ea quæ contingunt ante litis conteſtationem & poſt, an ſpectent ad iudicem etiam ſi non petatur.

15 Iudex ſuum officium impedit pro dãnis & in iniurijs in re petita factis ante litem cõteſtatam.

16 Expenſæ poſt ſententiam factæ taxantur ſine libello, quando in ſententia expenſæ ſunt condemnatæ.

17 Iudex an ſententiando poſſit condemnare ad rem ita vt ſoluatur pretium.

18 Sententia qualiter formetur in interdicto vti poſſidetis.

§. ITEM SCIENDVM. Iſte. §. eſt famoſus & vtilis & habet optimam materiã. Ad intellectum huius. §. & materiæ vide Federi. de ſenis. cõſ.134. quod incipit q̃ſtio veſtra ſi qs vellet eã trahere &c. Et hic adde. Et Bald.in.l.ampliorem circa princip. C.de appel.& vide Ang.in.l.j.§.fin. ff.de præto.ſtipu.& Bal.in.l.properãdũ §.ſin autẽ alterutra.in.ij.col. C.de iudc. & vide omnino in ſpec.de expenſis. §.ſi ante litem.circa prin. Vide Iac.butr. & Alberi.de roſato in.l.ſi quid à fideiuſſore.ff.de cõpen.vbi dicũt ꝙ compenſatio iudicio opponatur & ſequatur ſententia. Quia ea quæ in iudicio fiunt expectantur iudicis ſentẽtiã per iſtũ text. & vide omnino Ange.in.l.ſi marito.§. fin.ſi fundum.& ibi Doct.ff.ſolu. matrimo. Et diuidit̃ in quatuor partes. Nã primo ponit vnũ dictum vſque ad ver. ceterũ. Ibi.ij.ponit ſecundũ dictum vſq; ibi iudici.n. Ibi.iij.ponitur ratio ſecũdi dicti vſq; ibi ea ãnt. Ibi.iiij. ponit̃ ratio primi dicti vſq; ad.§. præterea. ſecundum Albericũ.& hoc dicit in ſumma. Ea quæ contingunt ante litem conteſtatam nõ veniunt in iudicio niſi ſint in libello petita poſt litẽ vero cõteſtatã contingentia ſic.h.d. ſecũdum Iac.but.

Vel ſic acceſsiões debite reo ab actore poſt litem conteſtatam extra iudiciũ emergentes in condẽnatione ſine libelli oblatione per iudicis officiũ deducũtur. Si vero ante litem cõteſtatam iudicis officiũ ceſſat. Et per libelli oblationem

nem iure actionis petuntur.h.d.ſecundum Ray. †Vel ſic &.iij.Præſtationes quæ habent originem ante litem conteſtatam debent peti per libellum qui debet eſſe fundatus ſuper aliqua diſpoſitione legis vel hominis,ſed quæ trahunt originem poſt litem conteſtatam veniunt officio iudicis nec eſt neceſſe quòd in libello ſint petita per modum obligationis vel debiti.h.d.ſecundum Bald.concordat.l.item ſi ſerui.§.j. quas impẽſas.&.l.quòd ſi nolit.§.ſi mãcipium.infra eod.cum ſimi.hic alleg.in glo.in verbo iniũcta.Et vide in.l.ſi quis miſſum.in.§.iudex.& quod ibi no.infra de dam.infec.Et vide quod no.Inno.in c.grauis.extra de reſti.ſpol.& quod no. in.l.in hac.ſupra de tritica.in glo.mag. & ibi per Doct.& vide quod not.Bal.in rubr.ſupra de interrog.actio.& pro declaratione & intelligentia huius.§.vide quod not.Inno.in.c.cum.M.ferrarienſis.extra de conſtit.in glo.ſuper verbo reuocatis.& vide quod not.Spec.in tit. de expenſis.§.iuxta. verſi.ſi ante litem. in verſi.in ſumma eod.tit.& in.§.nunc dicendum. verſic.hoc quoque. Et vide quod not.Dyn.& Bar.in.l.iiij.in.§.hoc autem iudicium.infra de dam.infec.& quod not.Cy.in.l.neq; tutores.in prin. C.de procur.& quod no.in.l.properandum.in.§.ſin autem alterutra. C.de iudiciis.& Bal.in.l.j.C.ſi à non compet. iud.de quibus plenius.vt infra dicetur.

Et pone caſum emptor agebat redibitoria econtra reconueniebatur per venditorẽ ad rem & ad acceſsiones rei vel propter rem deterioratã datur hic forma quòd pro his præſtationibus quæ ſunt ante litem cõteſtatam oportet quòd libellus detur ſuper eis ſed de occurrentibus poſt litem conteſtatam non eſt neceſſe quia officio iudicis incumbit.iſte eſt caſus. Breuis in ſumma ſecundum Bal. ſed aduerte quod Guido de Suzaria ponit alium intellectum ad iſtum.§.& ſic alio modo ponit caſum. vt dicam infra in.iiij.notab. vbi omnino vide. In tex.ibi.præſtare cũ dic.ſ.emptorem agentem redibitoria.

In tex.ibi præſtaretur,dic iure actionis per libelli oblationem.i.ſi per libellum petantur. †Ibi fructus veniunt dic dum tamen petantur.vt.C.de iudi. l.properandum.§.ſin autem altrutra.Et iudex cognoſcet, plene & non ſummarie ſecundum Inno.in.d.c.cum.M.Ferrarienſis.de conſti.Ray.Albe.& Raph. hic.& de hoc vide in Spec.de diſput.& allega.in.§.ſatis clare.verſic.ſed quando poteſt.Sed idem Spec.in titu.de offic.iudic. in.§.deſeruit. verſic.ſed nunquid in hoc tenet contrarium, ſcilicet quòd etiam ſine vlla partis petitione iudex poſsit cognoſcere,& hoc ſequitur hic Bal.& hoc credo verius per iſtũ text.qui loquitur generaliter & indiſtincte.l.de pretio de publiciana.&.l.j. §.generaliter.infra de leg.præſtandis. Et hoc videtur tenere Dyn.& Barto.in l.iiij.in.§.hoc autem iudicium.infra de damno infecto.dum volunt per iſtum §.quòd iudex poſsit condemnare in expenſis etiam ſi non ſit petitum, de quo ſtatim dicam in quinto notab. Poſſunt tamen prædicta concordari ex dicto Dy.& Bart.in.d.§.hoc autem iudicium.videlicet quia aut quærimus nũquid iudex poſsit hoc facere abſque petitione partis,& dices quòd ſic per iſtũ tex.&

tex.& ita loquatur opi.Spec.& Bal.aut quærimus an iudex teneatur omnino condemnare etiam ſi non fuerit petitũ. Ita quòd ſi non facit ſibi poſsit imputari.& dicas quòd nõ per dictum.§.hoc autem iudicium. & per ea quæ not.ibi Dy.& Bart.& ita intelligatur opi.Ray.& Alber.de qua ſupra. Ibi incumbit dic vt debent peti licet non in libello. vt.d.§.ſin autem. dixit ſecundum Ray.& Albe.hic.ſed tu dic contra, vt ſtatim dixi in præcedenti apoſtilla. Ibi contingunt,ſcilicet extra iudiciũ.vt.l.item ſi ſerui.§.j.infra eod.ſecundum Alberi.

Ibi iniuncta quia ab actore debentur reo.& ſic non poſſunt claudi ſub petitione actoris ſecundum Ray.& Albe.
3 vt infra dicam. †Not.j.quod dixi in ſummariis.Et maxime quòd in his quæ occurrunt poſt litem conteſtatam officium iudicis multum poteſt ſecus in his quæ contingunt ante litem conteſtatam. & ideo illa debent nominatim in libello poni & peti.& ad hoc ſemper allegat iſte.§.& intellige iſtum.§.in his rebus quæ acceſſoriè veniunt in iudicio, quia iſta ſpectat ad iudicis officiũ mercenarium deſeruiens actioni propoſitæ ſi poſt litem conteſtatã veniunt ſecus ſi ante vt eſt caſus hic quod eſt verum niſi ſint connexa, quia tunc omni caſu veniunt.vt.l.j.& ibi late Flor.infra de vſur. Item iſtud quod dixi quòd iudex non poteſt exercere ſuam poteſtatẽ niſi circa ea quæ ſunt deducta in iudicium in his quę veniunt ante litem conteſtatã procedit in inferioribus iudicibus ab Imperatore vel Papa. nam princeps & Papa bene poſſent. vt not. Arch.in.c.ij.de reſti.ſpol.lib.vj.& tenet Flor.in.l.vt fundus.in prin.ff.commu. diuid. Item iſtud procedit in his quæ ſunt facta ex parte actoris.ſi autem eſſent facta ex parte rei tunc etiam ea quæ ante litem conteſtatam facta ſunt ad iudicem pertinent.pone enim reum excipere de impenſis per ipſum factis ante litem conteſtatam & de cęteris ſimilibus certe hoc ſpectat ad iudicem. vt probatur in.l.in fundo. & in.l.ſumptus.ſupra de rei vendi.& probatur in l.cum autem.in.§.Iulianus.ij.reſpõ.ſupra eod. Item illud quod dixi quòd acceſſoria poſt litem conteſtatam veniunt. Intellige illud verum ſi illa acceſſoria non poterant peti alia actione, ſed tantum officio iudicis ſecus ſi alia actione peti poterant quia non includerentur in eadẽ inſtantia cum princ.ſed alia inſtantia & alio iudicio opus eſt,vt eſt caſus & ibi hoc firmat Bar.& Doct. in.l.j. C.de iudic.vbi illæ vſuræ etiam currentes pendente iudicio debebãtur per ſtipulationem alias interpoſitam,& hoc ſequitur Ange.de Peru.&.D.Ioan. de imo.in.l.ſi quis miſſum.in.§.fi.infra de dam.infec.licet ibi Bart.aliter dicat.& in.d.l.non poteſt.& nõ bene.& idem tenet dominus meus. D.Ang.de Aret. inſti.de actio.in.§.j.in fi. Nec obſtat ſi diceretur quòd in iſto.§.poſſent etiã peti iure actionis iſtæ acceſsiones & deteriorationes quæ contingerunt poſt litem conteſtatam, quia dico quòd hoc non eſt verum imo tantum iudicis officio peti poſſe quia redibitio fit in iudicio.ſi autem fieret extra iudicium tũc bene poſſent peti actione ex empto prout eſt caſus in terminis in.l.cum autem.in prin.ſupra eo.ſed iſte.§.non lo-

quitur quando fit redibitio extra iudicium quia tunc fruſtra fieret mẽtio de litis conteſtatione.& ita vult etiam hic Guid.de ſuza.vt dicam infra in.iiij.nota b.ad fi.Item Bar.in.d.l.j. C.de iudic. intelligit iſtum tex.in actionibus bonę fidei,ſcilicet quòd ea quæ veniunt poſt litem conteſtatam ſpectent ad iudicem ſecus in actionibus ſtricti iuris.ſed ego dubito de iſto quia iſte.§.loquitur generaliter & videtur ſubeſſe eadem ratio in vtroque.cogitabitis. †Not.ij.
4 quòd iudex per litis conteſtationẽ cõnſequitur iuriſdictionẽ in his quæ poſteà contingunt quam aliàs non haberet quod locum habet non ſolum in iudice ordinario.vt hic cum ſimi.ſupra alleg. poſt ſummaria ſed etiam habet locum in iudice delegato. vt eſt glo.not.in.l.ſi reus paratus. ſupra de procurat.& hoc etiam vult Ange.hic. †Not.iij.quòd
5 quædam veniunt officio iudicis etiam ſi in libello non proponantur. & eſt ratio quia quando aliquid officio iudicis petitur, non requiritur regulariter libellus.vt eſt glo.not.& ibi Flo.& Doct. ſupra de interrog.actio. Sed nũquid iſto caſu ſaltim requiratur aliqua petitio dic quòd non vt ſtatim ſupra dixi ſuper text.Dic vt ibi dixi ſuper verbo
6 fructus veniunt. †Not.iiij. quod ea quæ veniunt ante lit.conte.officio iudicis non veniunt ſed iure actionis, & ideo libellus requiritur ſicut eſt in aliis iudiciis,vt hic etiam habetur in glo.fi. quæ allegat cõcordanter & iſte eſt ſenſus huius literæ ſecũdum glo.hic & dixi ſupra in ſummariis in.j.nota. Sed aduerte quia Guid.de Suzar.hic dicit quòd gloſſæ non intellexerunt hunc.§. & ideo Doct.ſerui errorem gloſſæ continuo allegant hunc.§.ad hoc quòd ea quæ ante lit.conteſt.cõtingunt non veniunt in iudicio niſi per nouam petitionem & libellũ, ſed licet iſtud ſit verum, per leges. in gl.allegatas in aliis actionibus tamen non eſt verum in caſu huius.§.vnde ſecundum eum intellectus huius.§.eſt iſte. ideo ædiles neceſſe habuerunt exprimere ſiue enumerare ea quæ ante lit.conteſt.contingunt vt ſupra eod.l.j.§.j.verſi.ſi quid autem poſt venditionẽ quia iudex in iſtis non poſsit ſe interponere niſi eſſent ei nominatim iniũcta. vt hic in fi.dicitur & ideo quia ſunt ei nominatim iniunctæ. l.j.§.j.ideo poteſt cognoſcere etiam ſine noua petitione vt ſtatim dicam.poſt litem autem conteſtatam non habuerunt neceſſe ædiles enumerare propter rationem hic in tex.redditam & iſte eſt verus intellectus ſecundum eum & ſecundum Albe.& ſic tu concludas quòd vtroque caſu ſiue in his quæ veniunt ante litem conteſtatam ſiue poſt iudex poteſt cognoſcere etiam abſque aliqua petitione vt in caſu iſtius.§.per rationes prædictas ſed iſte intellectus videtur cõtra caſum.l.item ſi ſeruo. §.quas impenſas.infra eo.vbi in his quæ ante lit.conteſt.contingunt noua petitione opus eſt ſed non ob.ſecumdum Alberi. quia loquitur in his quæ extranea ſunt ad ipſam rem quæ petitur id eſt in impenſis factis in ſeruo ante litem cõteſt. licet.n.iſtæ expenſæ fiãt propter rem i.propter ipſum ſeruũ tamen ſciret extra rem ipſam & ideo noua petitione debent peti, & hoc eſt etiam verum in aliis actionibus vt in talibus ſit opus

noua

noua petitione vt.d.l.item ſi ſerui. & aliis legibus hic allega.in glo.iſte vero §.loquitur in his quæ fiunt in ipſa re ante litem cōteſtatam.vt quia deterioratur ſeruus venditus opera emptoris vel procuratoris vel familiæ eius vt.d.l.j.§.j.verſic.ſi quid autem.& ſupra hac ead.l.in princ.&.§.j.vnde iudex de his cognoſcet quia ſunt ei nominatim iniuncta ſine noua petitione.Nam expenſæ quæ fiunt per ipſum emptorem non ſunt nominatim iniunctæ per ædiles curules licet glo.in dicto verſic.ſi quid autem in verbo recipiat ſentiat contrarium ſecūdum vnam expoſitionem ſed nō bene vt ibi dixi in.iiij.q. Sed aduerte quia ea quę ſunt erogata etiam per ipſum emptorem vt eſt pretium pro homine empto vel pretiū pro acceſſionibus bene ſunt iuncta etiam à lege vt eſt caſus in.§.ſeq. prætereà, & ibi dicam. Vnde ſufficit quòd in libello dicatur ago redibitoria.& ex iſta petitione ſine alia noua cognoſcet de prædictis tanquam ſibi nominatim iniunctis & hunc intellectum ſenſit glo.fin. hic ſuper verbo iniuncta dum dicit à lege. vnde gloſ.hic in verbo præſtare dum dicit quòd venditor conuentus ab emptore redibitoria conſequętur per actionem ex vendito hæc quæ ædiles iubent præſtari eſt falſum ſecundum ipſum Guido.de Suzar.vnde ipſe dicit quòd aut redibitio fit extra iudicium, & tunc agitur actione ex vendito ad ea quæ ædiles iubēt præſtari, vt ſupra ea. cum antē. in prin.verſi.quòd ſi ſine iudice adde tu in iſto caſu non habet locum iſte.§.quia loquitur quando fit in iudicio.ſi autem redibitio fit in iudicio.

& tunc cum ſit cōmuni quædam in integrum reſtitutio vt.d.l.cum autē.§.Iulianus.& tunc non eſt opus aliqua propoſitione actionis vt.d.l.cum autem.in princ.& hic adde quod dixi ſupra eo.in j.nota.in fi.& iſte eſt intellectus Guid. de Suza.qui placet Albe.hic qui dicit quòd credit hunc intellectum cōtinere ipſam veritatem ad quod ipſe etiam allegat.l.quòd ſi nolit.§.ſi mancipium. circa fi.infra eod.&.d.l.illud.in fi.infra eod.& hunc etiam intellectum videtur ſequi hic Raph.& etiam mihi placet, & videtur probari ſi bene cōſideretur in d.l.j.§.j.in verſi.ſi quid autem. in fi.ibi vt ea omnia reſtituat,& ibi vt recipiat. vbi videtur probari quòd ędiles mandant & iniungunt quod ea omnia de quibus ibi iudex faciat reſtituere ipſi venditori. ergo ille ſpectāt ad iudicem abſque eo, quod præſtantur per iſtum §.hic in fin.qui dicit ei nominatim iniunctæ.

7 †Not.quinto iſtum textum in verſi.ea enim qui allegatur quod refectio expenſarum venit ſine petitione & ſic iudex debet condemnare victum victori in expenſis etiam ſi non fuerit petitum per partem vt tenet Cyn.in.l. properandum.§.ſin autem alterutra.de iudic.ſed Dyn.& Bart.in.d.l.quarta.in §.hoc autem iudicium. in.v.q.infra de dam.infecto. dicunt per iſtum.§.quod iudex poteſt ſi vult hoc facere quia hoc emergit poſt litem conteſtatam ſi tamen non facit non poteſt ſibi imputari per dictum.§.hoc autem iudicium.& iſto modo etiam intelligo iſtum text. vt dixi ſuper tex.concordando opiniones.

8 †Not.ſexto quòd ſicut ius agēdi fortificatur per litis conteſtationem vt

l.neque tutores in principio.C.de pro-
curat.ita etiam fortificatur & amplifi-
catur iudicis officium per litis conteſta
tionem vt eſt caſus hic ſecundnm Cyn.
in.d.l.neque in principio.& per Bal.hic
& no.in.l.non vtique ſupra de rei ven-
di.Nam ante litem conteſt.non erat iu-
dex in actu quantum ad iſta quæ ante
lit.conteſt.contingunt ſed in habitu ſed
poſt litem conteſtatam efficitur iudex
9 etiam in actu. †Vltimo per iſtum te-
xtum dicit Ang.in repetitione.l.ſi vacā
tia in quarto articulo principali in.xx-
vij.colla.verſi.& pro hoc dici poteſt ꝙ
arbiter &c.quòd poteſt arbiter de ſum-
ptibus condemnare.licet hoc non ſit in
cōpromiſſo expreſſum quia cauſa ſum-
ptuum non eſt extra cauſam nec extra
perſonas compromittētes,vt hic.& hoc.
& hoc ſentit gl.in.c.pe.extra de in inte-
10 grum reſti. †Opp.primo contra iſtū
tex.& videtur quòd nō ſit verum quòd
emptor teneatur præſtare aliqd de iſtis
deteriorationibus & acceſsionibus ven
ditori,niſi ſint per viā actionis per ipſū
vanditorem petita.vt.l.cum autem. in
principio verſicu.quòd ſi ſine iudice.ſu
pra eo.Solu.timor huius contrarii.gloſ.
ipſum fatetur dicens,quòd eſt neceſſa-
rium quòd iure actionis per actionem
ex vendito petuntur, vt ibi,& ſic vult
iſta glo.quòd in his quæ veniunt ante li
tem conteſtatam in caſu huius.§.ſit ne-
ceſſarius libellus & petitio,quod nō eſt
verum ſecundum intellectum Guido-
nis de Suzaria, vt plenè dixi ſupra in
quarto notabili. vbi vide. Sed cōtra
iſtam ſolutionem etiam opponitur &
videtur quòd venditor non debeat age-
re.ſed habeat ſolum remediū exceptio-
nionis & retentionis.vt dicta.l.cum au-
tem in principio.& in.§.Iul.ij.reſpon-
ſo.Solu.dicit glo.hic quòd ibi loquitur
in damnis hic in principio.& in acceſ-
ſionibus quantum ad hoc.Nam vendi-
tor pro quibuſdam puta pro damnis ha
bet exceptionem ſolam,vnde in illis nō
eſt neceſſe complecti in libello, ſed pro
acceſsionibus pretio ſic.& ita intelliga-
tur hic dum loquitur de his quæ veniūt
ante litem conteſtatam,vt pro eis detur
actio &c.& ita tenet hic Iacob.But.ſcili
cet vt venditor quædam conſequatur
agēdo ſcilicet vt pretium & vſuras quæ
dam excipiendo,vt ſi damnum eſt paſ-
ſus non autem agendo vt dixi infra eo-
dem.l.illud.in fin.quod ego intelligo ve
rum quando redhibitio eſt facta in iudi
cio,vt hic loquitur , ſecus ſi extra iudi-
cium,quia tunc bene pro damno etiam
competeret actio ex vendito.vt dicta.l.
cum autem.in principio & ſupradixi in
primo notabili in fin.& in.iiij.ad finem
item hæc prædicta etiam intelligo ve-
ra in his quæ contingunt ante litem cō
teſtatam,quia in illis ſit differentia in-
ter dāna & acceſsiones,ſecus in his quæ
contingunt poſt litem cōteſtatam:quia
illa ſiue ſint damna,ſiue acceſsiones ſpe
ctante indiſtinctè ad iudicem.vt proba-
tur hic in verſic.cæterum ibi,& tam fru
ctus veniunt,quàm id quod deterior fa
11 ctus eſt. †Not.tamen ex iſta gl.dum
dicit illa ergo non eſt neceſſe complecti
in libello,quòd mera exceptio non eſt
proponenda neceſſario in ſcriptis.& ad
hoc ſemper allegatur iſta glo.& pro hoc
eſt tex.in.l.ſcire oportet.in.§.oportet el
ij.de excu.tuto.& ibi hoc tenet Nico.de
Neapol.vbi allegat glo.in.l.j.in princi.
ſupra

ſupra de edendo.ſed contrarium videtur text.in authen.hanc autem quærelam.C.de non numera.pecu.& tex.cum glo.in verbo exceptiones.in.c.quoniam contra falſam.extra de excep.&ꝗ proba. & ita tenet Innocen.in.c.dudum eccleſia,extra de electio.ſed tu tene illud ꝙ dicitur in iſta gloſ. Nec obſtat dicta authent.hanc autem querelam.quia hic exceptio ponitur in vi exceptionis ibi in vi actionis.Nec obſtat dictum.c.quoniam contra falſam.quia reſpondeo ꝙ ibi eſt de conſilio vt ſemper poſsit apparere in ſcriptis quo modo exceptio fuit appoſita.Non autem eſt de neceſsitate. vt probatur in dicto capitulo quoniam contra.in princip.vel dicas quòd iudex debet facere in ſcriptis redigi.ita dixit Barto.in.l.prima in verſicu.quæro primo an pro vt actor.ff.de exceptio.& vide extra de electi.c.vt circa. Vel dicas pro concordia.vt no.Flo.in.l.in exceptionibus.ff.de probat.valet quòd ſi excipiens hoc facit ſponte,quia nō prouocatus ad cauſam.exemplum pone cū aliquis obiicit contra electionem,tūc illa exceptio vim actionis obtinet,& illa debet inſcriptis offerri.& ita intelligatur dictum primo.pro hoc facit.ff.de re iudica.l.à diuo pio.§.ſi ſuper.& videtur caſus in dicta authen.hanc autem quærelam.ſed vbi excipiens eſt vocatus ad cauſam,tunc poteſt eam proponere ſine ſcriptis.vt dicto.§.oportet.cum aliis ſupra allegatis. Oppon.ſecundo iuxta prædicta & videtur quòd venditor habeat exceptionem nō actionem.vt vult hic gloſ. nam emptor non auditur niſi præſtet cautionem.de qua habetur infra.l.proxima & niſi primo offerat.vt in §.fina.infra eodem.Solu.dic ſecundum Iacob.Butri.& Alberic.quòd venditor habet duas vias,vnam viam quòd repellat emptorem niſi præſtet cautionem & offerat vt in contrariis.Aliam habet vt ſoluat,& poſteà agat ad ea quæ in edicto continentur.vt in principio huius
12 gl. †Oppo.tertio,& videtur ꝙ etiam ea quæ fiunt ante litem conteſtatam ſpectent iudicem.& ſic iudex poſsit ſe intromittere abſque eo quòd petatur aperte.vt.l.ſancimus.C.de iudiciis. timore huius contrarii glo.in verbo non valde dicit quod hoc verbum non valde tollit contrarium ſcilicet quòd regulariter nō ſpectent, vt hic ſed quandoque ſicut in contrario.& dicit hic Albericus quod ratio eſt quia hic loquitur de his quæ veniunt extra iudicium.ibi vero loquitur de his expenſis quæ veniunt in iudicio ante litem conteſtatam.& ita tenet ſpecu.in titu.de expenſis.in.§.ſin autem.& vide etiam circa hoc quod dicam in lege item ſi ſecundum.in.§.fina.infra eodem vel dic ſecundum Cyn.in dicta.l. ſancimus.in.ix.quæſtio.quòd hic loquitur in partu,& in fructibus, vbi iudex non habet ſe intromittere niſi indultum ei ſit nominatim.vt hic.ſed in.l.ſancimus.loquitur de expenſis in quibus indultum eſt ſpecialiter iudici per dicta l.quòd poſsit cognoſcere ante litem cō teſt.nam aliàs non poſſet procedere. Præterea hic eſt in litera valde quod ſonat.quòd etiam ante lit.conte.iudex habet officium tamen poſt litem conteſtatam plenius.circa quod adde quod dicam in.vij.oppo. Oppo.quartò ad idem dicta.l.ſolemus.infra de iudiciis. Solu.dicit hic glo.fina.ibi dicit ea veul

re quæ ſub petitione facta ab actore poſ ſe claudi,quòd hic non negatur, ſed dicitur quòd alia quæ non poſſunt non veniunt.& idem vult gloſ.in dicta.l.ſolemnus.& pro iſta ſolutione facit iſte text. vt dixi ſupra ſuper tex.in fin.ſecundum Rayn.& Alberic. Oppo.v.contra ſecundum dictum huius.§.& videtur ꝙ etiam ea quæ veniunt poſt litem conteſta.non ſpectent ad iudicem.vt.l.nõ poteſt videri ſupra de iudiciis.Solu. dicit hic gloſ.quòd non veniunt in iudicio futura principaliter vt ibi, ſed acceſſoria ſicut hic. Vel ſecundo non veniunt in iudicium.id eſt in actionem vt ibi,ſed in cauſa ſicut hic.dicit hic Alberic.quòd prima ſolutio eſt verior, ſcilicet quod ibi loquitur de principalibus hic de acceſſoriis.vnde ipſe ſic breuiter concludit quod aliquando aliqua deducuntur in iudicium per modum agendi,aliquãdo per modum excipiendi. primo caſu locum habet materia.l.non poteſt ſupra de iudi.& de pigno.actio.l.ſi rem.§. fina.& dic vt in eis plene not.& hoc in rebus principalibus. in acceſſoriis autem tunc aut competunt ante litem conteſtatam, & debent peti per libellum, aut poſt litem conteſtat.& tunc ſine libello,vt hic.Secũdo caſu quam per modum exceptionis,& tunc diſtingue,vt dicam infra in nona.& vltima oppoſitione.& vide Barto.in.l.prima.ff.de exce-
13 ptio. †Oppo.ſexto extra gloſſ.& videtur quod iudex poſſit ſupplere etiam ante litem conteſt.vt ſupra de orig.iur. l.ij.§.poſt originem.Solut.ibi loquitur de officio generali quod reſpicit iuriſdictionem. hic de ſpeciali quod reſpicit ius partis.de quo dic vt not.in.l.prima ſupra de iuriſdictio.omnium iudicum. ſecundum Gulielm.& dicit Alberi.hic.

Oppo.ſeptimo & videtur quòd non debeat diſtingui tempus ante litis conteſtat.vel poſt ſed natura actionum.an ſit bonæ fidei vel ſtricti iuris.vt ſupra de negot.geſt.l.quia tantundem.& ſupra depoſiti.l.Lucius.Solu.officium iudicis deſeruit in omnibus ſed magis poſt litem conteſta.quàm ante vt hic ſecundum Alberic.& vide quod dixi ſupra in iiij.oppo.in fin.& vide etiam quod dixi ſupra in.iiij.notabili in verſi.item Barto.in dicta.l.prima.C.de iudiciis.& vide quod nota.in gloſ.& per Dyn.inſtitu.de actionibus.in.§.Actio. Oppo.viij.de l.cum Papin.C.de ſententiis & inter.l. iud.& de.l.j.§.infra de vſuris.ſolu.vt in eis not.ſecundum Ray.& Alber. Oppo.ix.ſecundum Iacob.Butri.& Alberi & videtur quòd iſte.§.deſtruat quicqd alibi dicitur quòd ea quæ veniunt officio iudicis mercenario non debent peti in libello.Circa hoc ipſe dicit quod quędam ſunt quæ ducuntur in iudicium iure actionis,& iſta debent inſeri in libello.vt in authen.offeratur ſupra de litis conteſtation. quædam iure exceptionis & in his quædam ſunt quę pertinent ad ineptitudinem iudicii,& tũc iudex ſupplet ex officio ſuo ſi ſunt ſibi nota vt iudici vt.l.quos prohibet ſupra de poſtulando.& ibi de hoc.&.l.filiusfamili.in §.militis ſupra de procurato.& ibi not. maxime per Alberic.& nota.per gloſſ. & Doctores in.l.prima ſupra de aſſeſſoribus.quædam vero reſpiciunt ius partis, & tunc iudex hoc nõn excipit niſi pars proponat & probet vt ſupra de officio præſidis.l.illicitas.in.§.veritas.& ibi

ibi nota.& in.l.prima.C.vt quæ deſunt Aduo.part.& vide quod no.Bartol.in.l. prima.ff.de excep.& de autoritate & poteſtate officii iudicis vide Alberic.& Iacobum Butr.& Doctores in.l.prima ſupra de iuriſdiction.omnium iudicum.

14 †Vt autem iſta materia plenè & clarè liqueat ſcilicet an ea quæ contingũt ante litem conteſtatam & poſt, ſpectent ad iudicem etiam ſi non petatur, diſtingue ex prædictis primo duos caſus principales. Primo enim aliquando quærimus de his quæ veniunt ante litem conteſtatam. ſecundo aliquando de his quæ veniunt poſt. primo caſu quando quærimus de his quæ veniunt ante litem conteſtatam. dic aut veniunt extra iudiciũ, aut in iudicio. Primo caſu quando extra iudicium, & tunc aut ſunt damna, & tunc ſpectant ad iudicem, nec eſt neceſſe petere in libello, ſed ſufficit proponere ſolum exceptionem. vt.l.cum autem in principio.& in.§.Iulianus in ſecundo reſponſo ſupra eodem & hoc quando redhibitio eſt facta in iudicio, ſi autem extra iudicium, tũc etiam pro damno competeret actio ex vendito vt. dicta.l.cum autem. in principio vt dixi ſupra in.j. notabili.& in.iiij.ad finem. & in prima oppoſit.& iſto caſu neceſſe eſt petere in libello. Si autem ſunt acceſsiones vel fructus vel ſimilia, tunc non ſpectant ad iudicem, & ſic eſt neceſſe complecti in libello, & ita loquitur hic, & ita etiam vult hic gloſſ. in verbo præſtare. quod fallit quando eſſent iudicia iniuſta, nominatim à lege. vt eſt caſus hic ſecundum intellectum Guidonis de Suzaria. vt dixi ſupra in quarto notabili. Et prædicta procedunt in his, quæ ſunt ex parte actoris, ſecus ſi ex parte rei. vt l.ſumptus. ſupra de rei vendi. Item prædicta procedunt in inferioribus à principe vel à Papa, ſecus in papa vel principe. vt dixi ſupra in primo notabili. Secundo caſu quando aliqua contingunt in iudicio: & tunc aut loquimur de iudi- 1 cis officio generali quod reſpicit iuriſdictionem vel ineptitudinem iudicii, & tunc ſpectant ad iudicem. vt.l. ſecunda §. poſt originem.&.l.quos prohibet. ſupra de poſtulando cum ſimilibus. ſupra allegatis. in ſexta & octaua oppoſi. Aut loquitur de iudicis officio ſpeciali quod reſpicit ius partis, & tunc aut ſunt talia quæ poſſunt claudi ſub petitione facta ab actore. & tunc ſpectant ad iudicem. 2 vt.l.ſolemus. ſupra de iudiciis. vt dixi ſupra in quarta oppoſi. aut non poſſunt claudi. & tunc non ſpectant, vt hic in princip. Intelligendo iſtum textum, quod iſta contingunt in iudicio ante litem conteſtatam niſi nominatim eſſent iniuncta aperte. vt dicta.l. ſancimus.C. 3 de iudiciis. ſecundum Cynum. ibi in octaua quæſtion. vt dixi ſupra in tertia oppo. Secundo caſu principali quando quærimus de his quæ contingunt poſt litem conteſtatam, & tunc aut poterant peti alia actione principali, & tunc non ſpectant ad iudicem, nec veniunt in eo iudicio, ſed eſt opus quòd petatur in alio iudicio, vt in.l.prima.C.de iudiciis. ſecundum Bartolum, & Doctor. ibi. vt dixi ſupra in primo notabili. aut non poterant peti alia actione, & tunc aut loquimur in actionibus bonæ fidei, aut ſtricti iuris. ſi in ſtricti iuris & non pertinent regulariter. vt dixi ſupra in.iiij. notabili.& in ſeptimo opp. ſi in bonę fi-

deí actionibus,& tunc aut loquimur de
his quæ veniunt principaliter, & tunc
non ſpectant ad iudicem niſi petantur.
vt.l.non poteſt.ſupra de iudiciis.aut de
his quæ veniunt acceſſoriè,& tunc ſpe-
ctant,vt hic.& dixi ſupra in. v. oppo.
15 † Et prædicta faciunt ad quæſtionem,
nunquid iudex ex officio ſuo poſsit cō
demnare pro damnis & iniuriis factis
in repetita ante litem conteſtatam, vel
pro fructibus perceptis ante lit. conte-
ſtat.ſine noua petitione. De quo vide
plene not.per Innocen.extra de appel-
la.c.ſignificante. ad quod facit ſupra ſi
ſeruitus ven.l.harum.&.l. egi etiam de
aqua plu.argu.l. ſi tertius.§.officium.&
16 de vſuris.l.cuictis.† Item prædicta fa-
ciunt etiam ad. q. quod expenſæ quæ
ſunt factæ poſt cauſa exequendi ſenten
tiam poſsint taxari abſque eo quod pe
tantur in libello quando in ſententia
fuit facta condemnatio expenſarum,
quia tunc ille ſequentes videntur eſſe
17 acceſſoriæ ad primas. † Quæro ab ex-
tra.circa materiam huius.§.ſi ago con-
tra te exempto ad rem & non ſolū pre-
tium,nec me reconueniſti,an iudex, po
terit ſic ſententiare cōdemno te ad rem
ita vt ille ſoluat tibi pretium, videtur,
quod non quia non fuit petitum per
iſtum.§.in prin.contrarium tenet Bal.
in addi.ſpecu. in titu. de renuntiatione
& conclu.in.iij.colum.per.l. cum eorū.
C.de ſenten.& per.l.mæuius.in.§. arbi-
ter.ff.famil. erciſcund. & eſt ratio quia
obligatio eſt relatiua & reciproca.& in
effectu not.quod propter naturam mu-
tuæ præſtationis iudex poterit egredi
formam in libello contentam,quod eſt
18 notabile,& limitat iſtum.§. †Quæro
ſecundo pone quod propoſui libellum
de te proponendo interdictum vti poſ-
ſidetis de fundo ſeiano, Tu de me non
es conqueſtus,nec libellum dediſti, nec
interdictum propoſuiſti. Nunc cogno-
uit iudex quod tu reus ex potior me in
poſſeſsione, abſoluet ne te tantum, an
vero etiam me tibi condemnabit vt te
decætero non inquietem, & videtur
quod non fuit petitū hoc per reum per
iſtum.§.& per.l.ſed & ſi poſſeſſ. in prin
cipio.ff.de iur.iu. tamen cōtrarium eſt
verius.vt tenet gloſſ. notabilis in.l.j.in
verbo nec precario.in fi.C. vti poſside
tis.per.l.pompo.in.§.ſed ſi is.in fine.ſu-
pra de procurat.Et per.l.circa.infra de
probatio.cum ſimi.& ita etiam tenebat
Fran.Accur.Et idem tenet ibi Barto.in
iiij.coll. & aſsignat rationē, quia iſtud
iudicium vti poſsidetis eſt duplex,quia
quilibet eſt actor & reus. vt.l.ſi defun-
ctus.ſupra de procurat.cum ſi. Et idem
tenet Bald.in.l.cum papin. in.iij.colū.
circa principium.ſ.de ſentē.& interlo.
om.iud. vbi omnino vide.Cætera quæ
ſpectant etiam ad materiā huius. §. vi-
de per Bar.& Do.in.l.iiij.in. §. hoc au-
tem iudicium.j.de dam.infect.vbi ple-
ne examinatur an iudex poſsit interpo
nere,& exercere officium ſuum, etiam
ſi non ſit petitum à parte,dic vt ibi.

Bartho.Cepolla de Vero.

§. PRAETERIA, ſi pretium ſolutum ab emptore vēditori,vel quid aliud nomine acceſsionis nō reſtituatur emptori facta redibitione datur contra ipſum venditorem

rem

rem actio redibitoria.hoc dicit. In textu ibi pro eo homine, ſcilicet vendito. Ibi ſoluta ſcilicet ab emptore venditori & ſicut loquitur de pretio rei venditæ.Ibi acceſsionis, ne ſcilicet pecunia quæ fuit data mediatoribus. vt eſt tex. cum glo.in verbo acceſsiones quod in §. l.illud.§.j.infra eo.& eſt tex.in.l.debet in verbo acceſsionis nomine infra eo. vel expone aliter.vt dicam in.d.l.debet ſuper textu.Ibi data erit ſcilicet ab emptore mediatoribus forte, vt ſtatim dixi.Ibi non reddetur ſubaudi iudicium dabo.Ibi obligatus,ſcilicet emptor nomine ipſius rei ſibi venditæ. Ibi liberabitur ſcilicet ab emptore, & aduerte quia totus iſte.§. loquitur de pretio & acceſsionibus ſolutis per ipſum emptorem.de ſolutis autem per ipſum venditorem eſt text. in.l. prima. §. primo in verſ.ſi quid autem ſupra eo.& hoc vult ibi gloſ. in verbo recipiat.& bene, licet aliter ſenſerim in.§.ſciendum ſupra eo. in.iiij.notabili quod eſt medium. Not. hic caſum,quod nõ ſolum ea quæ ſunt expenſa per ipſum venditorem ſunt iniuncta iudici ab ædilibus Curulibus. vt.l.j.§.j.ſupra eod.& in.§. præcedenti licet etiam pretium, & illud quod eſt ſolutum nomine acceſsionis per ipſum emptorem vt hic,ſed expenſa eſſent in cibariis ſuorum. Illę non iniunguntur iudici nominatim.vt dixi in. §. præcedenti in. iiij. notabili ad finem, dic vt ibi dixi.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Dare ac recipere qui debet ſemper prius debet offerre.*

2 *Doctor ab lectione ob non exhibitum ſalarium ceſſans,an tempore ceſſationis ſalarium petere queat.*

3 *Studium interdici non poteſt ob ſalarium non ſolutum Doctoribus.*

ORDINEM. Si emptor agit redibitoria nõ prius conſequetur pretium ab ipſo ſolutum quam præſtet rem & omnia ſupra dicta,vel ſi venditor eſt ſuſpectus niſi caueat' ſe reſtituturum mancipium ſi intra certum tempus pecunia ſibi reſtituatur.h.d. In text. ibi quæ ſupra ſcriptæ ſunt ſupra in.l.j.§.j.& in.l.cum autem.in.§.cum redibetur. ſupra eodem.

1 †Not.iſtum textum quod ſemper allegatur,quòd quando aliquis debet dare & recipere,& ſemper prius debet offerre.vt.l.Iul.§.offerri. C. de actio. empt. de quo dic vt ibi not. & vide quæ not. Bal.in.l.ſi creditor.C.de fideiuſſo.& vide Salyc. in. l. pro debito.circa principium.C.de bon.autho.iud.poſſ.Oppo. contra iſtum notabile de.l.proxi. infra quæ incipit,videamus.gloſ. non ſoluit, ſol. Dic quod regulariter primo agens debet offerre vt hic fallit ſi aduerſarius non eſt ſoluendo,vt tunc cuius ſatis eſt ſi præſtet cautionem. vt infra. l. proxi. vel ſecundum Pileum vterq; deponet ſi vnus non confidit de alio vt. l. ſi ſoluturus. infra de ſolutionibus de quo dic vt not.per Barto.& Docto. in dicta l.ſi ſoluturus.& not.per Doctor.in lege ſi traditio. C. de actio. empti. & in dicto.§.offerre.& in locis ſupra allegatis.

2 †Et prædicta ſecundum Ricardum malum.faciunt ad quæſt.Doctoris qui per

cipere debebat centum ſalariuin à com muni & quia ſibi non ſoluebatur ceſſauit à lectura quod non poſsit petere ſalarium, quia licet commune non faciat quod debet, tamen Doctor non debet à lectura ceſſare ſi debet habere ſalarium imò pro parte ſua debet adimplere, & pro hoc facit quod no. in glo. in. l. ſi nõ fuerit. ſupra de iureiur. Ita dicit hic Ricardus malum. Quem ſequũtur Albericus & Raphael hic. Ego autem circa hoc diſtinguerem ſic. Aut iſte Doctor debebat habere partem ſalarii in principio ſtudii ex conuentione: & tunc debet primò incipere ad legendum per iſtum. §. & ita poteſt intelligi dictum Ricardi malumb. hic, aut debebat habere vel in feſto natiuitatis ſicut eſt hic Paduę conſuetum dari dimidietas ſalarii, & iam Doctor legerat vſque natiuitatem domini. & tunc indiſtinctè poteſt petere ſalarium, & deſiſtere à lectura quo ad hoc vt conſequatur ſalarium pro illo tempore præterito. quia iam ſatis fecit pro illo. Sed pro futuro non poteſt, niſi *primo* legat. & ſic ex parte ſua adimpleat etiam ſi pro primo tempore non recipit ſalarium. & ita etiam
3 intelligo dictum Ricardi hic. † Quibus adde quod licet non ſoluatur ſalarium Doctoribus, non tamen poſſunt interdici facere ſtudium. Ita dicit Bald. per illum tex. in. l. j. C. de aduocatis fiſci.

SVMMARIVM.

1 ☞ ***Datum proſenetis reſtitui debet re vendita redibita vel euicta***

2 ***Emptor & venditor in dubio tenentur ſoluere gabellam.***

3 ***Emptori iuris emphitèutici, laudominium ſolutum directo domino ſolui debet per venditorum re emphiteutica euicta.***

4 ***Re euicta vel redibita poteſt emptor ſolutum pro gabellis repetere.***

5 ***Pecunia quæ expenditur in banniitoribus ad vendendum re euicta rrpetitur,***

6 ***Proſeneta non poteſt eſſe teſtis de contractu quem procurauit.***

1. DEBET AVTEM. Facta redhibitione venditor tenetur reſtituere emptori pretium quod ſoluit vſuras, & quicquid ſoluit nomine acceſsionis vel vectigalis, ſcilicet emptor à venditore Ibi ſi quid acceſsionis expone vt dixi ſuper textu in. l. ædiles etiam in. §. præterea ſupra eodẽ vel dic quod hic capitur acceſsio pro eo quod ſoluitur pro legato vel pro hæreditate quæ acceſsit ſeruo tempore quo erat apud ipſum emptorem. vt. l. cum autem. §. fina. in verſic. item ſi legatum C. eo. & hoc ne obſtet hic litera in verbo erogatum cum gloſſ. quæ exemplificat de mediatoribus. Ibi ſua ſpõte, ſcilicet emptoris. Ibi non imputabit ſubaudi ſi non fuit neceſſe. Ibi ſequeretur vt. ĵd. e publicanis. in. l. Imperatores, & de cenſi. in. l. cum poſſeſſore. Ibi vectigalis id eſt Gabellæ ſecundum Rayn. vel laudominii vt not. C. de Iur. Emphi. in. l. fin. in gloſ. antepenultima.
2 † Not. primo hic caſum quod ſi res vendita redibeatur vel euincatur, quod nõ ſolum pretium rei quod eſt ſolutum, ſed etiam id quod datum fuit proſenetis reſtitui debet emptori, & hoc eſt verum ſi ambæ parte conſenſerunt quando

do dabatur vt hic probatur ibi ex voluntate,& ibi ſponte.&c. Et idem vult gloſſ. in. l. illud.in. §. condemnatio. in verbo acceſsiones, infra eodem & vide quod dicam infra in prima quæſtio.

2 †Not.ſecundo exiſta.l. quod in dubio emptor tenetur ſoluere gabellam.& ita dixit Bal.per iſtum Textum in.l.ſi prædium.in ſecunda.columna. ad fin.C.de adil. actio. & idem dixit Dominus Ludoui.de Roma. in. cccclxiij. ſingulari, quod incipit per Italiam communiter ſunt ſtatuta &c.vbi dicit quod communiter ſunt ſtatuta per Italiam quod de contractu emptionis debent ſolui gabella ſi non dicitur pro quem in dubio debet fieri ſolutio per iſtum textum.

Sed aduerte quod iſtud eſſet notabile ſi eſſet verum : ſed ego credo quod ſit falſum, & quod in dubio debeat ſolui gabella ab vtraque parte, ſcilicet ab emptore & venditore : quia ſtatutum loquens de venditore tantum etiam in penalibus,vt ſi quis vendiderit in platea frumentum puniatur in centum habet locum etiam emptore, & è contra,quia iſta ſunt correlatiua. vt notāt Bartol.& Doctor.in.l.fina. C. de in dicta iudici. Et in.l.ſecunda.C.de cupreſſis.libro vndecimo & in.l.fina. ff.de acceptil,ergo multo magis ſi non ſumus in penalibus.Et ideo credo quod in dubio emptor & venditor teneātur ſoluere gabellam.& pro hoc facit quia contractus emptionis & venditionis contrahitur cauſa vtriuſque ſcilicet ementis & vendentis.vt in.§.fina.inſtit. quibus modis re.contrah.obliga.imò vterque dicitur lucrari. vt eſt bonus text. in.l.actionum genera.ff.de actio.& obliga.ergo argumento.l. quarta. §. ſed ſi meſſeor,& ibi omnino vide Floria. ſupra finium regu. facit lex prima. C.de collat. fundorum pat. libro vndecimo &.c.ſtatutum. §. prouiſurus. de reſcriptis in. vj. &. l. ſecundum naturam de regulis iuris &. l. manifeſtiſsimi. §. penulti.cum ſimili.C.de furtis & pro hoc facit quod not.Bartol.in lege fina.in fi. C.de edendo.& hoc ſentit clare Barto. in lege cum mulier ante fin.verſic.quæro de vna quæſtion. quam &c. ff.ſolut. matrimo. & hoc etiam videtur tenere Bald. in rubri. C. de rebus credi.& iur. iur.& ſic ſibi eſt contrarius in eo quod dixerat in dicta. l. ſi predium. & idem voluit Salycet. in dicta rubric. vbi dixit eleganter quod ſi contractus eſſet vſurarius:quia fœnerator tantum ſentit commodum.& tunc ipſe non tenebitur ad gabellam de illo contractu.ſi verò contractus eſſet mutui & ſic fieret cauſa debitoris tantum , tunc ſolus debitor tenetur.pro hoc facit lege quoniam liberi,& quod ibi nota. in gloſſ. C.de teſtibus.& lege eos. §. ſi quis autem. C.de appellatio. & lege generaliter.§.his de præſentibus.verſicu.expenſis. C. de rebus credito. & facit. l. prætor.§.fina.ſupra de edendo, & facit pro hoc gloſſ.ſingularis in.l. fin. C. de erogat.mili. anno. libro. xij. ſi autem contractus eſſet celebratus gratia vtriuſque tunc vterque teneretur vt in contractu emptionis & venditionis. vt ſupra probaui. Nec obſtat iſte text. dum dicit erogatum : quia poteſt intelligi ſponte vt ſequitur. Nec etiam obſtat cum dicet in fine vectigalis quomodo forte emptorem ſequeretur, quia poteſt

teſt intelligi,ſequeretur ex cōuentione partium,quia partes conuenerūt ꝙ emptor ſolueret,vel poteſt intelligere ſequeretur.ſ.pro parte ſua.ſ.ēptoris, quia pro alia parte ſoluerat venditor. Vel. iij.poteſt intelligi ſequeretur.ſ.ex forma alicuius ſtatuti vel conſtitutionis & vellet vt emptor tenetur ſoluere gabellam. Vel quarto poteſt intelligi de laudimio, quod ſoluit emptor iuris emphyteutici ipſi domino directo.vt eſt caſus in.l.fin.ad fi.C.de iur.emphi.& hoc modo intelligitur hic glo.in verbo ſequeretur. quæ dicit ratione rei quæ hoc ſentit.vt dixi etiam ſuper tex.quod facit ad id quod ſtatim dicam in ſequē-

3 ti notabili. †No.tertio in fi.ibi ſequeretur ſecundum vnam expoſitionem quam dedi ſuper text.& ſupra ſtatim proxime,ꝙ hic eſt caſus notabilis quòd vbi ab emptore res vendita redibetur vel euincitur quod venditor tenetur ei reſtituere non ſolum pretium ſed etiā laudimium, quod ſoluit directo domino ſecūdum formam.l.fin.C.de iur. emphi.& iſte caſus forte non eſt alibi, & ideo ipſum no.Nec eſt hoc mirum in caſu huius.l.ſ.in redibitione,quia quando redibetur res emptor debet indēnis remanere.vt hic in fin.& poni in priſtinum ſtatum ac ſi venditio facta nō fuiſſet vt.l.redibere.in principio.& in.l.cū autem in.§.iulianus.ſupra eo.cum ſimi.

4 †Not.quæro, quod re redibita vel euicta poteſt emptor petere illud quod ſoluit pro gabellis ſecundum ea quæ dixi ſupra in.ij.notabili.& adde quod not.Bartol.in.l.quantitas.ff.ad.l.fal.& in.l.vbi pure.in.§.final.ff. ad trebellia.

5 †Quærit glo.de quibus loquitur tex. dum dicit ſi quid emptionis cauſa erogatum.& reſpondet ꝙ loquitur de mediatoribus forte.i.de proſenetis adhibitis etiam per venditorem,& hoc quādo ipſe emptor de neceſsitate ipſis aliquid ſoluit,ſecus ſi ſponte,quod eſt notabile ſecundum Ange.hic tu dic ꝙ etiam poteſt loqui de bannitoribus qui faciunt ſubhaſtatiōes ad vendendum res ſecundum ea quæ no.Barto.in.ii.l.vbi pure. in.§.fi.& de omni alia expenſa quæ fuiſſet facta per ipſum emptorē cauſa emptionis.vt dicit hic tex.quæ omnia no. quia omnia iſta debent reſtitui emptori facta redibitione,vt dixi ſupra in præ-

6 cedentibus notabilibus. †Quærit hic Angel.an proſoneta poſſit eſſe teſtis in contractu in quo fuit proſoneta,& dicit quòd non propter affectionem quam habet ad contractum.vt in authenti.de teſtibus.in.§.pen.& ibi omnino vide gloſ.& allegat gloſſ.in.c.j.de teſtibus.libro.vj.ſed tu dic de iſta quæſtio.vt per Batrolum in leg.deferre.ff.de iure fiſci. & per Bald.in leg.in omnibus.C.de teſtibus.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Actio in factum redibitoria quanto tēpore duret & quanto minoris, & numero.1. &.3.*

4 *Cautio de qua hic quòd ſit neceſſaria,& infra duos menſes fieri debet cum ſtipulatione, nume.6.&.9.ſed an de culpa vel ſimplo debeat vide,nu.10.*

5 *Edictum de quo hic,vbi eſt.*

7 *Iudicium redibitorium de quo hic,quod intelligatur.*

8 *Duo menſes quot dies continere debeant.*

Si ven

1 SI VENDITOR. Si vẽditor non cauet de his quæ in edicto continentur poteſt conueniri vel actione in factum redibitoria infra duos menſes, vel quanto minoris infra ſex.h.d.mutatis verbis. In tex.ibi edicto dic in quo tantum fit mẽtio quod venditor debeat pronunciare de quibuſdam emptori ſi ſunt vel non vt ſupra eod.l.j.§.j.ſed ille tex. ſuppletur per iſtum in hoc,quia vltra illa pronunciationem debet etiam venditor cauere ꝙ res vendita non habet illa vitia de quibus pronunciauit,& dixit emptori.vt hic.& in.l.itaque.infra eo.vbi eſt optimus tex.de hoc qui bene prædicta declarat,quẽ omnino vide.& vide etiã l.ſi ita quis ſtipulatur.in fi.cum gloſ.in verb.proponitur. infra de euict. Ibi caueat dic vel promittat.vt dicit tex.in d.l.itaque ibi vt promittatur, ſed qualis debeat eſſe iſta cautio an per ſtipulationem vel non,& an de dupla vel non dic vt dicam infra eod.in.iiij.&.v.quæ.

3 †Ibi redibitoriũ iudiciũ,dic.i. actionem in factum redibitoriam ſecundum Mar.ſyllimani.Nam ſecundum eũ non loquitur iſte tex.de actione redibitoria ſed de actione in factum redibitoria, quæ durat hic duobus menſibus.& aliquando.lx.diebus.vt.l.quòd ſi nolit.§.ſi quid ita.infra eod & hoc etiam videtur ſentire Azo.in ſumma huius tituli . Et ita ſequitur hic Alber.& iſtud ego etiã credo veram.quia boc etiam tenet glo. in.l.ſi prædium.C.de edil.actio.in glo. magna.quæ numerat quinqne caſus, in quibus competit actio in factum redibitoria inter quos iſte eſt vnus.& ita ſequitur ibi Cy.in ſecunda quæſtio.licet glo.hic in verbo redibitorium ſentiat contrarium not.bene,vt dicam infra in tertia quæſtio.Circa quod vide omnino quæ dicam in.l.quòd ſi nolit.in.§.factum in quarta quæſtio.vbi pœnam in quot & quibus caſibus habeat locũ iſta actio redibitoria. Nec obſtat iſte tex. dum dicit redibitorium,quia debet exponi.i.nomine redibitoriæ cõpetit actio in ſimili exponit Cy.in.d.l.ſi prædium in prima quæſtione.vbi omnino vide.

2 †Not.ergo ex iſto text.quòd venditor non tenetur pronunciare & prædicere de his quæ habentur in edicto in.l.j.§.j. ſupra eodem.ſed etiam de illis debet cauere.alias autem ſi nõ cauet poteſt emptori agere contra ipſum actione in factum redibitoria infra duos menſes,vel quanto minoris infra ſex menſes.& intellige hoc verum etiam ſi res in veritate non ſit morboſa,vel non habeat illa quæ tenetur pronunciare.& hoc eſt ex eo ſolum,quia non vult cauere vt probatur in.l.itaque.in ſecundo reſponſo. infra eod.& ita tenet & vult etiam gloſ. hic in verbo redibitorium . in princip. & in fin.& idem tenet gloſ.magna.vt.l. ædiles aiunt.in princip.infra eodem.in verſicu.Item ſi non pronunciat de vitiis &c. Et adde quòd licet competat iſta actio in factum redibitoria infra duos menſes quando non cauetur:tamẽ poteſt etiam competere actio redibitoria ſimplex infra ſex menſes in caſu quo res eſſet morboſa vel vitioſa.Nam dum vult iſta.l.quòd venditor caueat eſt introductum in fauorem ipſius emptoris vt hic & de ſe patet, vnde dato quòd caueret vel non caueret,non propterea

pterea debet tolli actio redibitoria.& pro hoc eſt glo.in fi.in.l.j.in.§.j. ſupra
3 eodem.in verbo iudicium. †Oppo.i. contra iſtum text.dum vult quod iſta actio redibitoria durat duobus menſibus,& quanto minoris.Nam imo videtur quòd redibitoria duret ſex menſibus,& quanto minoris durat anno vt.l. ſciendum.in.§.tempus.ſupra eo. Solu. dicit hic glo.in verbo redibitorium. ꝙ loquitur quando agitur ex eo quòd nõ caueatur,licet vitia non ſint ſed contrarium loquitur quando agit ex eo tãtum quòd vitiat in re vendita & in ſe bene dicit,ſed tu adde ꝙ ibi loquiť de actione redibitoria,hoc autem de actione in factum redibitoria. Et vide etiam quod
4 ibi dixi in prima oppo. †Oppo.ſecũdo extra glo.& videtur quòd iſta cautio non ſit neceſſaria,quia aut eſt verũ quod cauetur & fruſtratoria videtur cautio,aut non eſt verum,& tunc videtur cautio impoſsibilis,vt dicit text.in l.ſi quis ita ſtipulanti.in princi.infra de euict. Sol.dic quòd imo eſt vtilis à liquando & valet ſemper,vt dicit tex.cũ glo.in verbo vtilis.in.d.l.ſi quis ita ſtipulanti.infra eo.vbi omnino vide,& vide quæ dixi in.l.j.§.j.in.viij.& pe. quæ.
5 ſupra eod. †Quærit primo gloſſ.vbi eſt iſtud edictum de quo fit hic mentio, & reſpondi quòd eſt in.l.j.§.j.ſupra eo-
6 dem.& bene dicit. †Quærit ſecundo infra quantum tempus debeat cauere iſte venditor.& reſpondet infra duos menſes. Vel ſecundo melius cum fuerit interpellatus loco congruo & tempore
7 & bene. † Quæro tertio dum dicit hic litera, redibitorium iudicium de quo intelligatur.Et reſpondet quòd intelligitur de actione redibitoria.Tu dic quòd imo loquitur de actione in factũ redibitoria.vt plene ſuper text.& in primo notabi. ſupra. †Quæro quarto, extra glo. quia dicitur hic de duobus menſibus quot dies continere debeant iſti duo menſes.& reſpondeo ſexaginta vnum diem.quia lex faciens mentionem de duobus menſibus intelligitur de ſexaginta vnum diem.vt eſt text. in l.vbi lex duorum.ff.de regu.iuris & ibi gloſſ.ponit caſum in illa per iſtum tex.
9 quod not. † Quæro quinto an iſta cautio de qua hic debeat eſſe cum ſtipulatione.dic quòd ſic,caſus eſt ad literam in.d.l.ſi quis ſtipulanti,in fin.coniuncta ibi gloſſ. in verbo proponitur.
10 †Quæro ſexto an iſta cautio debeat eſſe de duplo an verò de ſimplo tantum & dic quòd aut cautio interponitur ſuper & de ſeruo vendito & tunc debet eſſe de dupla.vt eſt caſus in lege quòd ſi nolit.in.§.quia aſsidua.infra eodem & l.emptori.in.§.j.in fin.infra de euict.& ratio eſt ſecundum gloſſ.ibi,quia homo eſt digniſsima perſona, & ſic propter dignitatem cenſetur eſſe reſpectiora. ergo de dupla debet eſſe cautio,vt dicto §.primo.Aut cautio interponitur ſuper alia re vendita quàm ſeruo.& tunc debet eſſe de ſimplo niſi ſit res precioſa, quia tunc de dupla,vt probatur in.d.l. emptori duplum in.§.primo & in dicto §.quia aſsidua. & hoc vult ibi etiam gloſſ.& vide quod ibi dicam in fine in quæſtione.Cætera circa materiam huius.§.vide quæ dicam in.d.l.itaque infra eodem.

Bartholomæus Cepolla.Iuris Vtriuſque Doctor.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Emptor qui venditori non præſtat quæ hic deſiderantur condemnatur, & vt ſit iſta cautio, vide nume. 2.*

1. ILLVD SCIENDVM. Venditor mancipii non condemnatur in redibitoria emptori niſi emptor ei præſtiterit quę per edi ctum præſtare tenetur: præſtanti autẽ condemnabitur venditor vt liberet emptorem ab obligatione qua ſerui nomine tenetur venditori vel alii. h. d. vſque ad. §. condemnatio. In tex. ibi hoc, nõ præſtat. Dicit hic Rapha. quòd communiter habet cum negatiua non, ſed ipſe habet in libro ſuo cum affirmatiua, ſed tu dic quòd non poteſt ſtare cum affirmatiua propter verſicu. ſinautẽ ſtatim ſequentem qui diuerſificatur in facto & in iure. vt not. in. l. qui vſufructum. infra de verbo. obliga. quod hic non faceret ſi tex. eſſet cum affirmatiua. Prę tereà etiam ſenſus literæ non poſſet ſtare vt de ſe patet. †Oppo. primo contra iſtum text. in ſecundo reſponſo dũ vult quòd ſi venditor non præſtet ea quæ debet emptori, quòd ipſe condemnabitur. contra d. l. videamus. ſupra eodem. Solu. dicit gloſſ. in verbo condemnabitur. Intellige dum modo emptor caueat de reſtituendo ea quæ debet reſtituere venditori, & bene. †Quæro quia dicitur hic in text. in princi. quòd ſi emptori non præſtat vẽditori ea quę deſiderantur in hac actione quòd ipſe condemnabitur, quæ ſunt iſta quæ debet præſtare glo. hic dicit ꝙ eſt cautio quia ipſe ẽptor debet cauere infra certum tempus ſi pecunia ſibi ſoluatur ſe mancipium reſtituturũ. vt. l. videamus. ſupra eo. tu dic quòd iſtud exemplum eſt in ſe bonum in vno caſu quãdo propter inopiam venditoris hoc fieret ita loquitur. d. l. videamus. vt ibi dixi in oppoſitione. Vel ſecundo poſſumus etiam dicere quòd hoc procedat quando ipſe venditor inciperet agere, quia tunc ipſe debet incipere offerre. argu. l. ædiles etiam in. §. ſi ſupra eo. alias autẽ ſi hoc non facit quia forte non confidit de emptore non debet audiri, ſed tunc ipſe emptor debet cauere ſe reſtituturum rẽ ſi pecunia ſibi reſtituatur. vt dixi in. d. l. videntur. Vel potes intelligere tertio iſtum text. melius dum dicit non præſtat. ſ. ea de quibus habetur in. l. j. §. j. & in. l. cùm autem. in. §. cum redibetur. ſupra eod. De quibus etiam hic fit mẽtio in. d. l. ædiles etiam in. §. fi. & iſta eſt melior expoſitio meo iudicio, quia expoſitio glo. deſtruit hunc tex.

Bartholomæus Cepolla.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Verba quãti ea res erit quid contineant.*
2 *Vſura vt intereſſe petitur.*
3 *Venditio facto & culpa venditoris ſoluitur.*
4 *Venditore rem ad fructum conſequente, quando debeat emptor fructus pretium ac vſuras recipere.*
5 *Grauatus in vno in alio releuatur.*
6 *Expenſæ ab emptore ſeruo factæ quomodo petantur.*
7 *Emptor ſi in redibitoria obtinuit, & redibitoria actiõe vti nõ vult an vẽditor agere poſſit.*
8 *Venditore nolente reſtituere emptori damnum ſolutum*

*ſolutum pro ſeruo empto, quomodo ſuccurratur emptori.*

5. CONDEMNATIO. Si eſt actum actione redibitoria iudex debet vẽditorem condemnare emptori ad pretiũ reſtituendum & ad acceſsiones & vſuras pretii: ſed ſi emptor ſenſit aliquod damnum 1 vel aliquid pro ſeruo expendit, illud conſequitur arbitrio iudicis per viam exceptionis vel retẽtionis tantum.h.d.

Ibi maxime cum fructus dic quòd hæc dictio maxime non abundat, quaſi dicat idem & ſi emptor fructus nõ reſtituat eo caſu quo reſtituere nõ debet. vt infra dicam. Ibi conſecuturũ dic, ſcilicet ſi omnia iſta emptor petierit,& non alias. vt.l.ædiles. in.§.item ſciendum.& ibi hoc tenet glo.in verbo præſtare. in fi.& ibi dixi in.j.oppoſitione.

Ibi ſenſit,ſcilicet emptor. Ibi arbitrio iudicis.dic & non iure actionis,ſed per viam retentionis & exceptionis. vt in fi.dicitur concordat.l.cum autem.§. Iulianus.ſupra eod.& hoc credo verum quando redibitio eſt facta in iudicio. vt probatur hic in principio dum dicit condemnatio.ſi autem fuiſſet facta extra iudicium, tunc forte poſſet emptor illud quod ſoluit vel expendit pro ſuo conſequi ab venditore per actionem ex 2 empto.argu.l.cum autem.in prin.in.ij. reſpõſo.ſupra eodem.ſed forte iſto caſu poſſet venditor dimittere ſeruum ipſi emptori pro eo quòd emptor ſoluit vel expendit pro dicto ſeruo argu. dictæ. l.cum autem. in. §.Iulianus. in verſicu.quid ergo.ſupra eod.ſecundum ea quæ ibi dixi ſecundum Richardum Malumbræ. & adde quod dicam infra in tertia & vltima quæſtio. Ibi in fine indemnem præſtet continua hic principium.l.quòd ſi nolit. infra eodẽ poſtea. lege. l.item ſi ſerui. ſecundum Albericum hic.& ita vult gloſ.in dicta l.quod ſi nolit. in principio.tamen ne ordo literæ præuertatur legam prout hic habetur in tex. †Nota primo ibi quanti ea res &c.quod licet hæc verba quanti ea res erit, ſignificenr verũ pretium,non autem quantum quis iurabit in litem, vt eſt text.in.l.ſi tutor. ſupra de in litem iuran.& in.l.inter.hæc verba quanti ea res erit.ff.de verborum ſignificatione.&.l.ſi donate.in ſi.principii.infra de donat.inter virum & vxo. Tamen ſignificant & continent vſuras pretii & acceſsiones. & illud quod eſt ſolutum mediatoribus, id eſt proſonetis ſecundum expoſitionem glo.hic in verbo acceſsiones. Sed an dicta verba contineant expenſas factas. Vide text. notabilẽ qui probat quod non.in.l.nouiſsime. in.§.quod ait prætor. ff.quod falſo tut.auto.& adde omnino glo.magnam in.l.prima. §.fin.ſupra ſi quis ius dicen.non obtemperauerit. & quod ibi nota.& vide omnino quæ plene dixi in dicta. l.inter hæc verba quanti ea res erit. ff.de verborum ſignificatione.

†No.ſecundo ibi quaſi quòd ſua &c. quòd vſura poteſt peti vt intereſſe. de quo glo.notabilem & quod ibi nota.in l.curabit.C.de actio.empti.& vide Doctor.in. l.Iulianus. in.§.ſi procurator. in glo.in verbo excedit.in fin.ſupra de actio.empti.& quod ibi notat Iaco.bu. & Doctor.& vide glo.in.l.ſocium qui. infra

Infra eodem.in verbo vſuras.ſupra pro ſocio. & vide quod not.in.c.ſalubriter. extra de vſuris.

3 †Not.tertio ibi maxime quòd hic eſt caſus,quòd licet emptor nullos fructus reſtituerit ipſo venditori facta redibitione ex eo, quia non tenebatur forte quia nullos collegerat, nihilominus poteſt recuperare pretiũ ſolutum, & vſuras pro ſuo intereſſe, & ratio huius eſt,quia venditio reſoluitur ex facto & culpa vẽditoris. l.j.§.tamen huius edicti. ſupra eod.& hoc etiam tenet hic Raphael. circa quod adde quod ſtatim dicam in ſequenti notab.& vide quod dixi ſuper tex.in verbo maxime.

4 †No.quarto ad idem ibi conſecuturum quòd vbi venditor rem & fructus conſequitur, emptor debet pretium & vſuras conſequi ex æquitate ipſius iudicii bonæ fidei, & ideo per iſtum text. dixit glo.not.in.l.item quod dictum.in princi.in verbo venditori. ſupra de in diem adiectione. quòd ſi reſoluta venditione ex pacto adiectionis in diem venditor accipiat rem & fructus, emptor debet recipere pretium & vſuras. Sed dicit hic Raphael quòd de fructibus ſæpius habetur in dicto titulo de in diem adiect. Sed quod venditor debeat præſtare vſuras in nulla parte tituli, nec in alia parte reperitur. Imo dicit quod reperitur contrariũ, ſcilicet venditorem debere præſtare fructus ex die venditionis. Emptorem autem debere præſtare pretium, non autem vſuras pretii. vt in.l.Iulianus.in.§.ex vendito. ſupra de actio.empt.& ibi not. Nec obſtat iſte.§.per quem glo.mouetur, quia hic ex facto & culpa venditoris reſoluitur venditio. vt dixi etiam in notabili præcedenti & ideo conueniens eſt emptorem debere habere pretium ac vſuras, quod non eſt venditione facta cum pacto adiectionis in diem. Adde tu quia in illa potius reſoluitur contractus ex facto tertii offerentis meliorem conditionem & ſine culpa venditoris. ergo ita vult hic Raph. ſed aliter dicit idem Rapha.in.d.l.item quod dictum. ſupra de in diem adiectione. videlicet quòd aut ipſe vẽditor ex pretio recepit vſuras, & illas reſtituere tenetur, aut nullas recepit, & tũc aut ipſe eſt vſus pecunia, & idem ſcilicet quòd tenetur.arg.l.quamuis.in fi.ſupra de pignor.actio.& in.l.quoties Cæcilius.in fi.ſupra depoſiti. Et eſt caſus de prædictis in. l.idémque. in.§.ſi procurator. ſupra manda.ſi autem non recepit vſuras, nec vſus eſt pecunia, tunc non tenetur ipſe venditor ad vſuras, quia de percipiendis non tenetur. vt.l.iiij.§.idẽ Iulianus.el.ij.ſupra de in diem adiect. & pro hoc allego text.qui videtur hoc probare in.l.venditor ex hæreditate. verſi.quemadmodum.ſupra de hæred. vel actio.vend. Vult ergo in effectu Rapha.ibi & hic quòd venditor cui reſtituitur res & fructus reſoluto contractu, facta redibitione tenetur fructus pretium & vſuras, vt hic.ſed ſi reſoluitur contractus propter pactum adiectionis in diem quòd tunc non tenetur ad reſtituendum emptori niſi pretium quod recepit, non autẽ vſuras ſi ipſas ab alio non recepit, vel pecunia nõ ſit vſus per prædicta. Ego autem credo quòd indiſtincte venditor teneatur ad pretium & ad vſuras etiam quando reſoluitur contractus propter pactum adiectionis

In diem. Et ſic glo.in.d.l.item quod dictum ſit vera indiſtincte, & primo hoc probatur per.d.l.Iulianus.in.§.ex vendito.ſupra de actio.emp.coniuncta glo. ibi.vbi deciditur quòd ab eo tempore quo quis recipit fructus ab illo debet ſoluere pretium & vſuras, ſed in caſu noſtro, emptor ſoluit fructus quos recepit pro tempore præterito,ergo ab illo tempore debet habere vſuras pretii. Quia quamprimum venditio fuit facta pure & cum pacto adiectionis in diem fructus ſpectabant ad ipſum emptorē.vt.l.ij.in fi.ſupra de in diem adiectione,& ipſos percipiēdo facit ſuos. vt ibi, ergo ſi ipſos poſteà reſtituit debet haberi cōſideratio fructuum vſque ad tēpus venditionis & ſic ab illo tempore debet venditor præſtare ſibi vſuras pretii. Secūdo etiam pro hoc bene facit.l.ſi fundus.in.§.ſed quod ait Neratius.ſupra lege commiſ.in ratio-
5 ne ſui. † Tertio hoc probatur ratione, quia qui in vno grauatur,in alio debet releuari.l.eum qui.in prin.ſupra de iureiur.ſed emptor reſoluto contractu ex eo quòd eſt allata melior conditio grauatur in reſtitutione fructus, ergo etiā debet releuari in alio & habere aliud commodum, vt ſupra venditor teneatur ſibi ad vſuras. Et maxime attenta illa ratione quòd iſto caſu reſoluitur contractus ſine aliqua culpa ipſius emptoris,ex eo quòd aliquis affert meliorem conditionem. Et ideo circa prædicta aliter concluderem, & ſic quia ſi quærimus nunquid reſoluto contractu teneatur venditor ad vſuras pretii diſtinguerem duos caſus principales.Aut enim reſoluitur per redibitionem, aut reſoluitur propter pactum adiectionis in diem, primo caſu quando reſoluitur facta redibitione,& tunc dico quòd vēditor tenetur indiſtincte reſtituere pretium, & tenetur ad vſuras eius ſi ipſe emptor reſtituit ſibi rem & fructus. vt hic eſt caſus apertus. & idem etiam eſt ſi nullos fructus emptor reſtituit ex eo forte quia nullos recollegit,& hoc probatur hic in verbo maxime. vt dixi ſupra ſuper tex.& in.iij.notab. Secundo caſu principali. quando reſoluitur contractus propter pactum adiectionis in diem. Et tunc dico aut emptio fuit facta pure,aut ſub cōditione.Primo caſu quando pure, & tūc aut fructus percepit ipſe emptor & reſtituit ipſi venditori.& credo quòd iſto caſu venditor teneatur ſibi ad vſuras pretii ſoluti indiſtincte.quia iſto caſu illi fructus percepti per ipſum emptorem erant effecti ipſius ex quo venditio fuerat pura, vt.d.l.ij.in fi.ſupra de in diem adiect. & ita loquatur glo.& bene in.d.l.item quod dictum.ſupra eo.tit. Aut emptor non percepit aliquos fructus, & ſic nullos reſtituit venditori.& tunc quia non emptor non grauatur aliquo diſtinguerem vt per Rapha.in.d.l.item quòd dictum.valet aut venditor recepit vſuras ex pretio, vel iſte eſt vſus pecunia, & tunc ad vſuras tenetur,vt ſupra dixi ſecundum eum aut non percepit aliquas vſuras nec vſus illo pretio vel pecunia, & tūc ad nullas vſuras tenetur per prædicta. Secundo caſu quando vēditio eſt facta ſub conditione, & tunc quia fructus non ſpectāt ad ipſum emptorem.vt.l.iiij.in princip.ſupra de in diem adiect. & ſic ſi emptor ipſos reſtituit

tuit in nihilo grauatur. Ideo dicendum eſt vt ſtatim dixi, ſcilicet quòd venditor non teneatur ad vſuras pretii, niſi ſit vſus pretio, vel vſuras inde perceperit, vt patet per prædicta. Quæ omnia tene menti pro intellectu glo. in d. l. item quod. ſupra de in diem adiectio.

6 †Oppo. contra iſtum tex. in verſic. ſi quid tamen. dum dicit quòd ſi aliquid impendit emptor pro ſeruo, quòd illud non poteſt petere per viam actionis, ſed arbitrio iudicis per viam retentionis. Nam imo videtur quòd debeat diſtingui aut ante lit. conteſt. impendit, & tunc poſsint & debeant peti iure actionis, aut poſt litem conteſt. impendit, & tunc officio iudicis, vt eſt text. qui ita dicit in. l. ſeq. in. §. quas impenſas. Solu. dic quòd hic loquitur de impenſa facta pro aliquo delicto cōmiſſo vel damno dato per ſeruum emptū. Quo caſu indiſtincte nō poteſt emptor pro illo agere, ſed ſolam habet retentionem vt dixi ſuper tex. in verbo conſecuturū. Sed contrarium loquitur de impenſa facta circa ipſum ſeruum, vt ibi patet, quo caſu diſtinguitur vt ibi, ſicut de acceſſionibus. vt. l. ædiles. in. §. item ſciendū. ſupra eod. Quærit hic gloſ. quæ ſint iſtæ acceſsiones. Et glo. reſpondet quòd ſunt illæ quæ dantur mediatoribus. ex qua glo. no. quòd illud quod eſt datum proſenetis per emptorem debet reſtitui ſibi per vēditorem facta redditione. De quo dic vt dixi in. l. debet. ſupra eo.

No. etiam ex ea quæ dicantur acceſſiones, circa quod vide omnino quod
7 dixi in. d. l. debet. ſuper tex. †Quærit ſecundo glo. in verbo reſtituere, quid ſi emptor optinuit in redibitoria & non vult vti actione redibitoria an vēditor poſsit agere. & dicit quòd non. argu. l. ſi iudex circumuento. ſupra de minorib. quod tene mēti & aduerte quòd glo. eſt corrupta dicit. n. non vult vti iuratoria. nam debet dicere victoria vel redibitoria. & tunc glo. clare procedit. Item aduerte quia glo. iſta in principio allegat pro concordant. l. videamus. ſupra eo. ſed illa. l. loquitur in alio caſu. vt dixi ſupra in principio huius. l. in quæ-
8 ſtione. †Quæro tertio. extra gl. quid ſi venditor non vult reſtituere emptori illud damnum quòd ſoluit emptor pro ſeruo empto, vel illud quod expendit, quomodo ſuccurretur ipſi emptori. iſto caſu credo quòd nullo modo ſuccurretur ipſi emptori, niſi per retentionem ipſius ſerui. Nam venditor non cogitur reſtituere emptori illud damnum ſolutum vel illud quod pro ſeruo eſt impenſum. Et hoc per tex. in. l. quod ſi nolit. in princi. infra eo. vbi eſt caſus, quem ad hoc omnino vide. Et eſt tex. in l. cum autem. in. §. Iulianus. in verſicu. quid ergo. ſupra eod. vt dixi. ſupra ſuper tex. in verſi. arbitrio iudicis. Et adde omnia ea quæ plene dixi in. l. ædiles. in. §. item ſciendum. ſupra eod.

Bartholomæus Cepolla.

SVMMARIVM.

1 Dictio item quomodo hic ponatur.

1. ITEM SI SERVI. Iſta. l. melius ſtaret poſt principium. l. ſequen. ſecundum gloſ. ibi & Alberic. in

§. præcedenti.vt ibi etiam dixi ſuper
1 tex.† Sed aduerte quia imo bene poteſt ſtare hic.nam cum myſterio ponitur hic in princip.dictio, item, quæ eſt continuatiua ad denotandum quod non ſolum venditor tenetur de eo quod eſt ſolutum per emptorem pro damnis, ſed etiam tenetur cauere,ſi condemnabitur dum eſſet iam conuentus:& eodem modo debeat per emptorem caueri venditori ſi quid ad eum peruenerit &c. Itẽ ponitur ad denotandum quòd venditor non ſolum releuatur pro damnis datis per ſeruum ſi vult eum derelinquere, ſed etiam releuatur ab expenſis.de quibus in iſta.l.in.§.j.punitur.& hoc vltimum.Rapha.in.l.ſequen. in principio. Nec enim credendum compilatores huius voluminis iſtud nõ conſideraſſe.Melius ergo ſtat iſta.l.hic quam poſt principium.j.ſequen.quia ſi eſſet ibi non denotaretur per iſtum tex.quòd venditor releuaretur ab expenſis ſi vellet ipſum ſeruum derelinquere emptori,quod denotatur ex quo præcedit iſta.l.& iſta ſufficiãt pro ſummario & caſus poſitione.

In tex.ibi,dictauit.i.iudicium contra alium inſtituit occaſione ſerui. Ibi condemnatus ſit ſcilicet emptor vt ſibi reſtituatur à venditore. Ibi id reddat ſcilicet emptor venditori.Et pro declaratione huius.§.& de materia vide text.in.l.redhibere. in. §. idem Pompobius.& quod ibi ſcripſi ſupra eodem.

## SVMMARIVM.

1 Expenſæ in iudicio factæ qualiter peti poſſint.

2 Vir vxorem indotatam alere tenetur.

3 Agere qui non poteſt imputare nec excipere valet.

4 Capiens accipitrem vel falconem quando expenſas repetat.

5 Verbum ab ipſo quo modo exponatur.

§. QVAS IMPENSAS.Expenſæ factæ poſt litem conteſtatam veniunt officio iudicis.ſed factæ ante debent peti per libellum.h d.ſecundum Bald.vel ſic magis ad literam. Impenſæ factæ per emptorem in curando ſeruum poſt litẽ conteſta.poſſunt officio iudicis venditori imputari,factæ vero poſt non,ſed eſt opus quòd petantur iure actionis. ſi autem expenſæ ſunt cibariorum illæ nullo modo poſſe repeti.h.d.in terminis & in ſumma:concordat principium.cum l.ædiles etiam.in.§.item ſciendum.ſupra eodem vide quæ ibi dixi pleniſſime de iſta materia.Et facit ad iſtum.§. l.ſi tertius.in.§. officium.infra de aqua plu.arcen.& quod no.in.l.j.C.vt quæ deſunt aduocatis parti.Iudex ſupple.t.& in ſpecu.de expen.in.§.j. ſecundum Rapha.& Bald. In text.ibi, nominatim
1 compræhendendas dic ſcilicet in libello iure actionis.Et dic quòd ratio huius eſt,quia iſtæ impenſæ ſunt factæ extra iudicium tunc venirent officio iudicis. vt in ſpec.in titu.de expenſis.in.§.finautem.& Cy.in.l.ſancimus.in noua quæſtio.C.de iudiciis.& adde omnino quod dixi in.d.§.item ſciendum.in quarto notabili.& in.iij.oppo.dic vt ibi dixi.& aduerte quod iſte.§.videtur eſſe contra intellectum Guidonis de Suzaria.ad dictum.§.item ſciendum.ſed reſponde vt ibi

ſibi dixi ſecundum Alberi.in quarto no-
2 tabili. †Not.primo iſtum textum in
fin.quòd vir licet habeat vxorem indo
tatam tenetur ipſam alere,nec poteſt ex
penſas ſibi factas repetere.ad quod facit
l.aſsiduis.C.qui potiores in pignoribus
habeant.&.l.ſi cum dotem.in.§.ſinautẽ
in ſæuiſsimo.ff.ſoluto matrimonio.
3 †No.ſecundo ibi vera.nec ab ipſo quod
ille qui non poteſt excipere non poteſt
agere.& ita intelligit hic gloſſ. Nam ſi-
cut non poteſt emptor imputare vendi-
tori cibaria,& ſic per viam exceptionis
ita nec poteſt etiam illa petere per viã
actionis.ſed certe iſta litera probat po-
tius,ſcilicet quòd ille qui nõ poteſt age
re non poteſt imputare nec excipere.ita
probat mihi iſta litera dum dicit nã nec
quia arguit de actione ad imputationẽ,
4 idelt exceptionem. †Vltimo per iſtũ
textum dixit Florianus de ſancto Petro
de Bononia.in.l. Pomponius.in. §. pri-
mo ad finem.ſupra famil.erciſcund.ꝙ
ſi quis capiat accipitrem vel Falconem
vel ſimiles aues alicuius quę debent red
di domino ſecundum quod ipſe ibi la-
tè not.& habetur in.l.naturalem.in.§.j.
&.ij.ff.de acquirend.rerum dominio.&
in.§.illud.cum ſequen.inſtit.rerum di-
uiſi.& ille capiens fecerit expenſas illi
aui vel in capiendo vel in nutriendo,ꝙ
à domino ipſas poteſt repetere,niſi fuiſ
ſet vſus illa aue,quia tunc cibaria nõ re
petet per iſtum text.facit.l.in rebus.§.
poſſunt.& quod ibi not.ſupra commo.
quod bene no.quia eſt quotidiana.
5 †Quæro dum dicit hic text.in fine.
Nec ab ipſo exigi de quo intelligatur,
gloſ.hic dicit quòd intelligitur de ipſo
venditore.ſed dicit hic Raphael. quòd
imo intelligitur de emptore,& dicit ꝙ
iſte eſt verus ſenſus huius literæ, licet
hic aliquæ gloſſ.quæ vix poſſunt intel-
ligi ſentiant contrarium ſecundum eũ.
ſecundum conſuetudinem loci, in quo
porrigitur.ita dixit Guliel.de Cun.in.l.
ſed ſi pupillus.in.§.præſcribere.ſupra de
tributo.per illum textum, & per iſtum.
28 †Item allegatur quòd ſi vendo tibi
librum pro.x.florenis,intelligitur de il-
lis qui in regione ſeruantur.Vel ſi ven-
do tibi.x.brachia panni,vel.x.tornatu-
ras ſeu campos terrę,intelligitur de bra
chio & tornatura ſeu campo illius regio
nis.ita dixit notabiliter Barto.in.l.ſem-
per in ſtipulationibus.de reg.iur.per il-
lum tex.plus dico.ſi vendo tibi librum,
pro decem libris intelligitur de quatri-
nis vel ſolidis in argento, vel in paruis
ſecundum quòd de conſuetudine ciuita
tis expenduntur. pro quibus omnibus
facit allega.d.l.excepto.&.l.circa.C.loca-
ti.&.l.ſi finita.in princip.ff.de dam.in-
fect.& in.l.ſi in aliquam.ſupra de offic.
proconſul.& in.l.hæredes palam.§.ſed
ſi notam.in fi.infra teſtamen.&.l.ſi ſer-
uus plurium.§.fi.de lega.j.& in.l.domi-
ni prædiorum.C.de agri.& cen.lib.xj.&
l.ſi pignore.§.fi.ſupra de pigno.actio. &
d.l.ſi fundus.de euictio.&.l.nummis. &
quod ibi not.Bar.de leg.iij.&.d.l.iij.§.fi
29 na.de teſti. †Item allegatur iſte tex.ꝙ
maritus debet promittere reſtituere do
tem vxori ſoluto matrimonio.& promit
tere de dolo & lata culpa,& etiam cogi
tur promittere omnia ſecundum cõſue-
tudinem ciuitatis per iſtum tex.cum ſi-
mi.& ita tenet Barto.in.l.ij.§.nec cogi-
tur.ad fi.ff.ſoluto matrimo.& ita etiam
dicit Bald.in.l.non ſolum.de iure dotiũ
vbi eſt glo.notabilis,qui ſubdunt quòd
ſi eſſet conſuetudo vna contraria alteri,
tunc eſſet recurrendum ad ius commu-
ne.l.ſemper in ſtipulationibus.de regu.
iur.& ibi vide omnino Bart.& quòd ibi
ſignaui.de hoc tamen dic vt dicam in-
fra in ver.quid autem ſi conſuetudines.
30 †Item allegatur quòd ſi aliquis pro-
miſit dotem in omnem caſum & euen-
tum reſtituendæ dotis,quòd iſta indefi-
nita locutio,nõ derogat ſpeciali conſue.
tudini obtenta liberorum introductione.
imò ſecundum eam intelligitur.ita di-
cit Bald.per iſtum tex.in.l.ij.C.de bon.
31 quæ liberis. †Item allegatur quòd in
ſolutione decimarum conſuetudo debet
attendi & obſeruari.vt no.Io.and.in.c.
fi.ad fi.extra de parrochiis.in nouella &
no.in.c.cum ſint homines.extra de de-
32 ci. †Item allegatur iſte text.ꝙ ſi eſt
dubium qualiter vaſallus debeat pręſta
re ſeruitium ſeu fidelitatem domino,in-
tellig

telligitur ſecundum conſuetudinem re-
gionis ſiue ſit dubium in facto, ſiue in iu
re ita dicit Iaco. de Beluiſ. & Iaco. de
Aluaro. in. c. j. in. §. præterea. in. ij. no-
33 tab. in. titu. quid ſit inueſtitu. † Item
allegatur iſte tex. quod eſt de conſuetu-
dine quod Vendens fundum ſub pa-
cto legis commiſſoriæ apponat pactum
quod quanto minoris venditor vendat
feudum alteri quod illud vnius ſibi em
ptor primus reſtituat, & poſtea fiat vna
venditio ſub dicto pacto. l. commiſſoriæ,
neque fuit appoſitum aliud pactum,
quod nihilominus cenſetur eſſe appo-
ſitum, ita dixit gloſſ. in. l. ſi fundus. §. in
commiſſoria. per iſtum tex. ſupra de. l.
commiſſo. quod facit ad id quod infra di-
cam in verſicu. Vltimo per iſtum tex. &
34 ea quæ ibi dicam faciunt ad hoc. † Itē
per iſtum tex. dixit Bar. in. l. illa inſtitu-
tio. in. ij. col. ff. de hære. inſti. quod ſi ali-
quid committitur conſilio ſapientis quod
ille ſapiens poteſt omnia facere quæ
ſunt de more & conſuetudine illius ciui
tatis. Item vide quod dixi per iſtū tex.
in. l. ædiles aiunt. §. vendendi. ad fin. in
35 fra eodem. † Item allegatur iſte text.
quod venditores librorum caueant cum
fideiuſſore, quia de hoc eſt conſuetudo.
& ita vult gloſſ. no. in. l. illud in prin. in
verſ. non debere. infra de euictio. & fa-
36 cit ad hoc quæ ſtatim dicam. † Item
ad idem allegatur, quod licet de iure cō-
muni quis nō teneatur ſatiſdare in vno
caſu, tamen ſi eſt conſuetudo in regio-
ne vt ſatiſdetur, debebit ſatiſdari. ita di-
xit Ange. per iſtum tex. in. l. j. §. ſtipula-
tio duplæ circa princ. infra de præto. ſti-
pu. facit ad quod ſtatim ſupra dixi.
37 † Item allegatur iſte tex. quod quidā
vendidit alicui quandam rem. nec eſt fa
ctum inde aliquod inſtrumentum, quod
venditor cogetur facere inde inſtrumen
tum emptori. quia ita eſt de conſuetudi
ne ſecundum Iac. de Aret. pro caſu. C.
de diſcuſſio. l. ij. lib. x. ita dicit Bald. in
l. inſtrumenta. C. de fideicommiſſ. quod
38 not. † Item allegatur iſte tex. quod ſi
eſt factum inſtrumentum ad ſenſum ſa
pientis poteſt ſapiens apponere conſti-
tutum, quia ita eſt de conſuetudine, ita al
legat Oldra. in conſi. cxxxix. ante fin.
39 verſicul. octauum eſt. † Quid autem ſi
conſuetudine eſſent diſcrimes vel con-
trariæ, dic vt ſtat in ſupra proxime dixi.
in verſi. Item allegatur iſte text. quod
maritus. & adde hic appoſtillam quam
poſui in. l. mella. §. ſed ſi alimenta in
Bar. ff. de ali. & ciba. leg. & hic extende.
& vide Bart. in. l. de quibus. in. ij. q. prin.
verſi. Item quæro quid ſi infra. * &
quod not. in auct. de non alie. §. emphi-
teuſim. verſiculo & tunc quæro. & in. l.
ſecunda. C. de iure emphyteu. circa fi-
nem. & hic extende. Vide text. Bart. in
l. ſemper in ſtipulationibus. infra de re-
40 gu. iuris & quod ibi ſignaui. † Vlti-
mo per iſtum textum, & per prædicta
conſului iſtis diebus. nam quidam ta-
bellio confecerat vnum inſtrumentum
inter duos mercatores, & non appoſuit
in inſtrumento obligationem omnium
bonorum præſentium & futurorum &
ſic dicebatur quod ille creditor nullam
habebat hipothecam, & ſic non debe-
bat præferri aliquibus creditoribus
etiam poſterioribus dicti ſui debitoris.
& ego conſolui contrarium. per iſtum
textum. Nam conſuetum eſt & ſoli-
tū quod in omnibus inſtrumētis appo-

natur in fine obligatio omnium bonorum præſentium & futurorum. vt eſt tex.notabilis in.l.& quæ nondum.in.§. quod dicitur.ibi non edilla.quæ quotidie veſtri ſolent cautionibus ſupra de pignori.coniuncta.l.fi.C. de remiſſ. pigno.ibi propter verbum futurarum rerum, quod in genera libus Hypothecis poni ſolitum eſt & ita etiam ſeruatur in facto de cōſuetudine. & quod notarius teneatur & debeat apponere obligationem bonorum,quia ita eſt de conſuetudine tenet per iſtum.§.Do.Pau.de caſt. in conſil.ſuō.xlix.circa princ. Vnde licet notarius vel partes non appoſuerint dictam obligationem generalem omnium bonorum, tamen habetur pro appoſita,quia ea quæ ſunt moris &c.& ita notabiliter ſentit gloſ.in.d. l.ſi fundus.in.§.in commiſſoria in ver. exigat. ſupra de lege commiſſ. quæ dicit quod ea q̄ ſunt in vſu quotidiano quodpro expreſsis habetur.per.d.l.fi. C.de fideiuſſ. & ſupra ſtatim dixi.& licet notarius vt dixi propter ſimplicitatem vel errorem omiſit,tamen hoc nō debet nocere par-
41 ti:imò habetur pro appoſita.†nam notarius videtur rogatus quod clauſulas ſolitas apponat in inſtrumēto licet nil dictum fuerit à partibus vt eſt textus. in.l.generaliter.§.fina.C.de fideiuſſo.& ita not.Bal.in.l.ſi quis ſub conditione. in fin.ff.condi.inſtit.& pro hoc facit bonus text. in.l.ſi filia.in principio. ſupra famil.erciſcun.& hoc tenet Bal.in.l.errore.in principio.C.de teſtamen. & ita fuit terminatū per iudicem, & pro iſta determinatione vide Inno.& Car.in.c. ſecundo ex parte, extra de reſcriptis & quod ibi ſcripſi.& dominus Ant.de but. in capit.cauſamq́;.in tertio notabili.extra de reſcrip.& pro hoc alle.quod not. Florian.in.l.hæredes.§.in illa. in principio.ſupra famil.erciſc.vbi dicit quod
42 †nemo debet præſumere inſtrumentū eſſe pœnale.vt not. glo. notabilis. in.l. prima.§.penul.ſupra de ædendo.per textū.in dicto.§.in illa quod ibi dicit eſſe verum Floria.niſi communiter in loco conſueuerit in talibus inſtrumētis pœna apponi. quia tunc videtur notarius rogatus illam apponere.& notarius debet illam inſerere, & dic quod de hoc eſt textus ſingularis in dicta.l. fin. edere.C.de fideiuſſo.& vide omnino Bald. in.l.prima.in vltima colum.verſic. ſed ponamus contrahentes,&c.ff.ſolut. ma-
43 trimonio.†Et quod dixi quod error vel imperitia notarii non nocet parti.intellige quando non eſt error in ſubſtantialibus,ſecus autē ſi eſſet error vel omiſſio in ſubſtantialibus, vel in his quæ fuerunt introducta ad iuris rigorem cōſeruandum,quia tunc bene vitiaret, vt eſt gloſſ. notabilis in. l. ambiguitatem. C.de teſtamentis. & ita notabiliter dicit Bald.in.l.iuris.C.qui admit. ad bono.poſſeſſ.& Do.Pauſ. de Caſtro in dicta.l.errore.C.de teſtamen.& vide Bal.
44 in.l.iubemus.in fin.C.eo.†Extra iſtum tex.vltra prædicta dubitari poteſt an ſicut conſuetudo vnius regionis & patriæ debet obſeruari, vt ſupra dixi. ita etiam conſuetudo vnius caſatæ, vel familiæ vel progeniei. exemplum in familia nobilium de Vbaldis vel de Malaſpinis de Verona.aut alia nobili familia alicuius ciuitatis eſt conſuetudo certa forma vel cum certa ſolennitate teſtandi.an illa ſit obſeruanda.Io.And.

for

format iſtam quæſt.per quandam par-uulam additionem Vberti de Bobio in tit.de inſtru.edi.§.compendioſe.verſic, ſed nunquid dicemus.& tenet quod ſic, & hoc etiam tenet Ang.in.l.iij.ff.de te-ſtamẽ.qui dicit ꝙ hoc eſt mirabile, ſed non meminit ſe legiſſe alium Docto-rem ponere hoc non videtur verum, quia in contrarium videtur caſus in, l, teſtandi.C.de teſtam.cogita.Oppo.cõ-tra iſtum text.& imò videtur ſi non ca-ueatur detur actio redibitoria.vt,l.ſi vẽ-ditor.ſupra eodem glo.hic fatetur con-trarium dicẽs ꝙ non ſolum datur actio ex empto,vt hic,ſed etiam actio redibi-toria,vt ſbi, ſed aduerte quia gloſſ.non bene dicit,quia dicta.l.ſi venditor,non loquitur de actione redibitoria, ſed de actione in factum redibitoria. vt ibi di-xi ſuper tex.ſecundum Marti.Sili.Di-cas ergo quod datur actio ex empto, ſi non caueatur vt hic,& etiam actio redi-bitoria, de qua in. d. l.ſi venditor, non autem datur actio redibitoria:quia illa competit quando vitium vel morbus eſt in re vendita vt in toto iſto tit. non autem quando non cauetur. & adde id quod dixi in.d.l.ſi venditor.in.v.& vlt.

45 q.ſupra co.† Oppo. ſecundo & videtur quod iſta cautio de dupla non debeat præſtari, quia illa præſtatur quãdo res poſſet euinci.vt.l.emptori duplam. in-fra tit.j. non autem quando res eſt, vel poſſet eſſe morboſa.Sol.dicit glo.hic in ver.mancipii, quod iſta cautio non fit de euictione.tamen ex quo eſt de vitio cenſetur eſſe de euictione.quia per vi-tium rei videtur res quaſi euinci.vt.l. quæro.§.j.infra eo.& vide quod ibi di-

46 cã in fi.per hãc gl.& illũ tex. †Quæ-ro ergo quod differt iſta cautio de du-pla quæ præſtatur pro vitiis & morbis ab illa quæ præſtatur pro euictione. Reſpondet hic gl.in ver.municipii. in prin,quòd iſta cautio præſtatur ſolum-modo ex hoc edicto ædilium pro ſeruis tantum non autem pro aliis rebus ſe-cundum R.in fi.autem glo.tenet con-trariũ.Tu autẽ tene primam partẽ glo. ſcilicet quòd præſtetur iſta cautio de dupla pro ſeruo vendito tantũ nõ au-

47 tẽ pro aliis rebus.† Pro cuius intelli-gentia debes ſcire, quòd duplex eſt cau-tio duplæ vel de dupla. vna eſt ciuilis inuẽta à iuriſcõſultis,& iſta præſtatur ſolũ de euictione pro rebus præcioſis, vt margaritis,& ornamentis præcioſis, vel pro veſte ſerica. vt eſt caſus in.l. emptori duplam.in prin.& in.§.j.infra tit.j.Alia eſt cautio duplæ quæ eſt præ-toria & introducta ab ædilitio edicto, ideſt ab ædilibus curulibus.& iſta præ-ſtatur non pro euictione,ſed pro vitio vel morbo rei vẽditæ,& præſtatur pro ſeruo tantũ vendito vt vult hic glo.in prin.ſecũdũ R.& ita tenet Bar.in.l. ea-dẽ in.§.cato.in.xij.col.ad fin.in.ij.q.in fin.& in.l.ſtipulationũ quæ eſt.v.ad fi-nẽ principii.& in.l.cũ ex cauſa.in prin.

48 infra de verbo.obli.& eſt ratio.† quia ſeruus & ſic homo eſt digniſsima perſo-na.vt.l.iuſtiſsime.in prin.infra eod.& ideo propter hoc cẽſetur res præcioſa, vt dixi in.d.l.ſi vẽditor.in.v.& vl.quę-ſtio.ſuprà eo.& ideo in ſeruo nõ fit illa diſtinctio an ſit præcioſus vel nõ.ſicut fit in aliis rebus propter dignitatẽ ho-minis.vt.d.l.iuſtiſsimè.in princ.ita di-cit gl.in verſi.ſeruo.in.l.emptori infra tit.j. Bartho.Cepolla

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Natus ex bono patre præſumitur bonus & è contra ex malo malus.*

2 *Filiꝰ ex mala matre deterior præſumitur.*

3 *Iuramentum in dubio legaliori defertur.*

4 *Filius quandoq; patri non aſſimilatur.*

5 *Vitium patris non debet nocere filio, nec ex virtute patris laudandus eſt filius nec eius vitio vituperandus.*

6 *Natus ex parentibus ignobilibus ſi virtuoſe agat laudādus eſt, vitioſus natus ex nobilibus.*

7 *Filium eſſe malum dedecus eſt parentum.*

8 *Natus ex mala progenie præſumitur malus ſecus ſi ex bona.*

9 *Nobilitas generis non attenditur cum omnes ab vno patre ortum habeant.*

10 *Scientia nobilitat hominem.*

11 *Nobilitas propter vitia & peccata perditur.*

12 *Nobilitas à virtute potius quam à genere prouenit.*

13 *Propter natiuitatem vel patriam carius venditur vel emitur mancipium.*

14 *Bonus vel malus quis præſumitur ſecundum patriam.*

15 *Gelfus vel Gibellinus qualiter probetur.*

16 *Aſſimilatio in præſumenda filiatione attenditur.*

17 *Nationem ſerui venditor emptori exprimere debet ſecus tenetur ob id redibitorio iudicio.*

18 *Redibitoria quanto tempore duret in caſu de quo hic.*

19 *Fiſonomia quando faciat quem bonum vel malum præſumi.*

20 *Filio melius eſt eſſe patre præſtantiorem.*

§. QVI MANCIPIA. Ex natione præſumitur quis bonus & malus. hoc d. vel ſic. Natus ex bono patre, vel matre, præſumitur bonus. ſecus ſi eſt natus ex malo hoc dicit ſecundum vnum intellectum gloſ. concordat tex. in authē. de referendariis. in §. fi. ibi ex patribus bonis &c. coll. ij. vel ſic natus ex mala progenie præſumitur malus, ſecus ſi ex bona. h. d. ſecundum alium intellectum glo. primæ. vel ſic & quarto natus ex bona patria vel prouincia præſumitur bonus, ſecus ſi ex mala. h. d. ſecundum intellectum gloſſ. in d. authē. de referendar. in. §. fi. in verſicu. ex patribus. col. ij. & cum hoc concordat tex. in. c. ſi gens. lvj. di. vel ſic & quinto vendens mancipium niſi dicat ex quibus parentibus vel ex qua progenie vel patria vel prouincia natum eſt, poteſt emptor contra ipſum intentare actionem in factum redibitoriam. h. d. ſecundum omnes intellectus, vel ſic & vj. propter natiuitatem vel patriam carius emitur mancipium. h. d. & ad hoc allegat gl. in ver. patriam in cap. quando epiſcopus. xxiiij. di. vt etiam dicam infra in. iij. notabi. In tex. ibi nationem ſcilicet mancipii quod venditur. & expone natione tribus modis. primo pro parentibus, ſecundo pro progenie. tertio pro patria. vt dixi in tribus ſummariis. Ibi iudicium id eſt actionem in factum redibitoriam. vt in fi. probatur.

1 † Not primo id quod dixi in ſecundo ſummario, ſcilicet natus ex bono patre vel matre præſumitur bonus. ſi ex malo malus. & ratio eſt, quia ſæpe ſolet filius ſimilis eſſe patri. vt Matthæi ſeptimo cap. & hic in gloſſ. & probat text. & ibi gloſſ. fin. ponit hunc verſum de conſe. diſtin. quinta. c. fin. ſaluator. in fin. & vide Ioan. de platea in proœ. inſtit. §. ſecundo cumq; hoc Deo. in fin. prima col.

colum.& vide Bal.in. c.ſi vaſallus el. j. ante fi.in tit.ſi de feu. fuerit controuer. & quia arbor mala non poteſt fructus bonos facere. vt hic in gloſſ. & probatur in authent.de referenda. in.§.fina: colum.ſecunda.& in. l. quiſquis. C. ad l.iul.maieſt.&. vj.quæſtio. ſi quis cum filia.& ibi in gloſſ. & de filiis presbyte-
2 rorum in.c.literas † vnde filia quæ naſcitur ex mala matre præſumitur deterior.xxxvjdi.c.luxurioſa. in gloſſ.vnde per iſtum textum cum simili.dixit glo. Ioan.Andr.in.c.ſemel malus. de regul. iuris libro ſexto in fin. gloſſ. quod illa præſumptio illius regulæ ſemel malus præſumitur malus interdum tranſit ad filios, quia qui patrem incontinentem habuit incontinens præſumitur. & ob hoc illegitimus non promouetur. lvj. di. per totum. & metuitur crimen parentis in filio, ſexta quæſtio. prima, ſi quis eum,& de hereticis ſtatutum.& de ſchiſmaticis cap.primo.& hic quod not.
3 †Item per iſtum textum dixit Cyn. in l.in bone fidei, in ſeptima quæſtio. C. de rebus credi.& iureiuran. quod quando dubitatur cui potius ſit deferendum ſacramentum in ſupplementum probationis, an actori an reo. tum conditio perſonæ ſit attendenda, quæ ſit legalior, quia legalitas conſideratur ex origine perſonæ. Nam ſi vnus eſt natus ex legalibus parentibus, ille legalis præſumitur. vt hic in text. idem tenent Do-
4 ctor.in dicta lege in bone fidei.† Quandoque tamen filius non aſsimilatur patri, vt eſt textus notabilis in authent. vt omnes obediant iudici.prouinciar. in.§.primo.colum.quinta.& not. gloſſ. de conſecratio. diſtinct. quarta. ſi Ba-

ptizata eſt in. x. ab eo quæ dicit, quod ita ex patre mundo, immundus naſcitur ſicut ex frumento puro naſcitur impurum cum paleis. Item quia pater poteſt eſſe calumniator, nec pro hoc filius præſumitur talis lege. ſi cui.§.
1 hiſdem, verſiculo, quamuis de accuſatio. item quia pater & mater aliquando ſunt hæretici, & filius ortodoxæ religionis.l.cognouimus.C.de hæreticis. 7
& extra eodem titul.cap. vergentis.
Item quia filii nati ex damnato coitu poſſunt eſſe boni, vt in authent. quibus modis nat.effi.ſui.in.§.primo.col. 8
5 in principio. collat. ſeptima. † Et vitium patris non debet nocere filio. prima quæſtio.quarta cap. placuit. & nota per gloſſ.& Doctor.in lege adoptiuum. in.§.fin.ſupra de in ius vocandi. Nam ex virtute patris filius non eſt laudandus, nec eius vitio vituperandus. lvj. 9
distinctio cap. nunquam & cap.ſequen-
6 ti.& ibi in gloſſ. † Et natus ex parentibus ignobilibus, ſi virtuoſe agat magis eſt laudandus, quam natus vitioſus ex nobilibus parentibus. vt dicto cap. nunquam & ibi in gloſſ.& per hoc facit quod not.gloſſ. in l. antepenult. ſupra de captiuis. & id quod ſcribit Ouidius Metamorphoſeos. Nam & genus, 10
& ✶ & quę non fecimus ipſi vix ea noſtra voco. & etiam illud quod ſcribitur apud Iuuenalem. Malo mater tibi ſit Terſites, dummodo tu ſis Eacides ſimilis Vulcaniaque. arma capeſſas. quam te Terſites ſimilem produ- 11
12 cat Achilles. vt not. etiam gloſſ. lvj. diſtinctione. in cap. vndecunque, & text. & glo.ea.diſt. Item quia non in ſeminibus ſed in voluntate naſcentis eſſe vitium

tium atq; virtutem.vt quinquageſima-
ſexta diſt.in.c. nunquam.& in.c.naſci.
& in.c.Eſau.& no.extra de electio.in.c.
per venerabilé,poſt medium.ſed cōclu
de quod in dubio natus ex malo paren-
te præſumitur malus.& econtra natus
ex bono præſumitur bonus.licet aliquā
do contrarium reperiatur.ita vult glo.
quinquageſimaſeptima diſ.c.pen.in gl.
7 fi.†Quibus adde ꝙ aliquem filium eſſe
malum,dedecus eſt parentum.ita dicit
glo.in auctē.de inceſt.nupt.§.primo in
verbo & generi.quæ incipit,ideſt con-
8 ſanguineis.col.tertia. †Not.ſecundo
illud quod dixi in tertio ſummario, ſci.
licet quod natus ex mala progenię prę
ſumitur malus.ſecus ſi ex bona concor
dat.l.cum vnus in principio.& ibi glo.
de aliment.& cibar.legat.& facit.l.ij.in
§.iuris ciuilis ſcientiam.verſi.poſt hęc
9 apius ſupra de origi.iur.†Sed videtur
ꝙ nobilitas iſta generis non ſit attendē
da,quia omnes deſcendimus à primis
parentibus & per conſequens ſumus pa
ris voluntatis.vt in verſibus illis.ſi pa-
ter eſt Adam,ſi mater cūctis & Eua,cur
non ergo ſumus nobilitate pares,ſed ſe
quitur.Degenerant homines vitiis,fue-
rintque minores,exaltat virtus,nobili-
10 tateꝗ; viros.†Nam ſciētia nobilitat ho-
minem.vt.l.prouidendum.& ibi gloſſ.
C.de poſtuland.vnde Iuuenalis Nobili
11 tas ſola eſt atque vnica virtus.†Et ſic
propter vitia & peccata proditur nobi
litas & genus.de conſecratione.diſtin-
ctio.prima.capitulo vt Chriſtus.& de
purgat.cano.capitulo primo & ibi de
hoc in gl.ſic & nobilitas acquiritur per
virtutes.vt dixi.& ideo dicitur nobili-
tas generis & virtutis.extra de præb.c.
venerabilis.ſed conclude ꝙ regulariter
in dubio quis præſumitur eſſe talis ſi-
cut eſt ſua progenies,vt no.gl.in.d.l.cū
vnius.in prin.de alimen.& ciba.legat,
licet aliquando reperiatur contrarium,
quod facit ad.quæſtio.vt infra dicam.
12 †Ex propterea dixit Cy.in.l.prouiden
dum.C.de poſtulando.ꝙ ille qui pro-
pria virtute nobilitatem acquiſiuit,eſt
magis nobilis quā ille qui deſcendit ex
nobili genere.quia ille qui eſt nobilis
niſi præſumptione iuris.per iſtum tex,
ſed ille qui acquiſiuit nobilitatem pro-
pter virtutem,non ſolum eſt nobilis
præſumptione ſed ex ipſa veritate &
probatione.& ita etiam tenet Iacob.de
Aluarot.in.c.j.in antepenul.col.in.prin
cip.verſicu.quæro quis magis cenſea-
tur nobilis.in tit.quis dicatur dux mar
chio.& adde quòd nobilitas generis ali
quando priuilegiatur.vt.l.ij.in.§.quia
omnia.ibi ex antiqua ſtirpe.C.de vete.
iur.enucl.& ibi vide quòd not.per Al-
be.& vide etiam eundem Albe.in ſuo
alphabe.in verſi.nobiles.& de iſta nobi
litate generis vide pulchre in libro Dā
nis in Comœdia paradiſi.c.xvj.quod
incipit.O poca noſtra nobilita di ſan-
gue,& patet in extrauagā.Ioannis,quæ
incipit execrabiles,quæ excepit reges
& regum filios,& Cardinales Romanæ
eccleſiæ.ſed illud magis eſt ratione di-
gnitatis,quàm generis ſecundum Albe
ric.hic & per Bartol.in.l.j.C.de digni-
tati.libro.xij.in rep.& per D.Iaco.de
Aluarot.in.cap.j.in titu.quis dica.dux
13 mar.in vſi.feud. †Nota.tertio quòd
propter natiuitatem vel patriam carnis
emitur mancipium.ita allegat iſtum
tex.gloſſ.xxiiij.di.quando epiſcopus.
in ver.

In verſi.patriam.vt dixi ſupra in quinto ſummario.quibus adde,quod in ordinatione ſacerdotis,etiam patria eius & progenies eſt conſideranda.vt eſt text. in.d.c.quando epiſcopus.ibi genus pa-
14 triam &c. †Nota.quarto illud quod dixi in quarto ſummario ſcilicet quòd ratione patriæ quis præſumitur bonus vel malus.vnde ſi patria bellicoſa eſt,illum bellicoſum eſſe putes,ſi ſeditioſa,illum ſeditioſum etiam putes.ſi luxurioſa,illum luxurioſum eſſe putes.vt dixi plene in quodam libello meo,quem feci de vita & modo viuendi in ſtudio.& eſt tex.in.c.ingens.lvj.diſt.quod facit
15 ad.q.vt ſtatim dicam. †Vltimo allego iſtum tex.ad probandum quòd aliquis eſt Gelphus vel Gibellinus. Nam ſi parentes vel illi de progenie alicuius ſunt Gelphi. vel ſi patria alicuius eſt Gelpha,ille etiã præſumitur Gelphus in dubio.vel econtra præſumitur quis Gibellinus.ſi patria vel parentes vel illi de progenie ipſius ſunt Gibellini. vt probatur per iſtum text..& patet ex prędictis.& ita etiam not.& vult Ange per gloſſ.ibi in auth.de referren.in.§.fi.col. ij.contrarium tamen not.Bald.in.l.pen. dominus in fin.ff.de ſer.corrup.in apoſtillis.& adde quod probatur aliter ꝙ quis ſit Gelfus vel gibellinus. videlicet ſi ille de quo quæritur ſemper geſſerit opera ſua gelfa.& ſemper fuerit deuotus dictionis illius.quòd eſt gelfum.ſicut eſt Florentiæ & omnes datio. & collectas inſtanter ſoluit cum impoſitæ fuerint pro communi. quibus probatis erit probatũ quòd ſit gelfus.& econuerſo,quòd ſit gibellinus.& hoc per text. vt iudi.ſine quoquo ſuffra.in.§. ſcient. verſicu.oportet quoque nos.ibi ipſis oſtendantur operibus.& ibi hoc not.Ange poſſet etiam probari ratione conuerſationis per teſtes qui dicerent, quòd experimentati ſunt eum & ſemper inuenerunt eum eſſe gelfum, & velle ea quæ pertinent ad gelfos.ar.in auct. de monachis.in.§.hæc autem.& facit.ff. de decurio.l.& ſi ille.ſecundum Ang.in.d. §.ſciant.in auct.vt iudi.ſine quoquo ſuffrag.& de materia partialitatis vide omnes Doct.in.l.ſi quis à filio.§.ſi parti.ff.de lega.primo.& per Barto.in ſuo tracta.de guelſis & gibellinis.& per Baldum. & Docto.in.l.decernimus. C. de ſacroſanct.eccle.& per Barto.in.l. omnes populi.in.vj.&.vij.quæſtio. princi. ff.de iuſti.& iure.quæ omnia bene not.

Item poteſt allegari iſte tex.quòd ſi aliquis vendit vnum equum,& dicit ipſum eſſe natum de tali equa magna bona Paduana.cum non eſſet verum quòd tenetur hac actione.& idem tu dicas ſimiliter in aliis animalibus,vt ſupra dictis. Item poteſt allegari iſte text.ꝙ ſi ille qui vendit boues vel equos non dicat verum de qua caza ſit,vel de qua progenie,vel de qua prouincia.puta ꝙ dicit quod ſunt de Apulia cum ſit de Alamania.vel cum dicit boues eſſe de foro iulii cum non ſint.ꝙ tenetur hac
16 actione. †Vltimo allegatur iſte tex. in argu.ſecundum Bart.Bald.& alios in.l.gallus.in fin.principii.infra de liber.& poſth.quòd ſi mulier poſt mortem viri eſt ſtatim tradita nuptui,& naſcatur filius in.x.vel.xj.menſe.ita quòd poſſet eſſe dubiũ an ſit ex primo marito,an ex ſecundo.vel ſecundo ſi vna eſt cognita à pluribus ſimul eodẽ tẽpore,ꝙ

pręſu

præſumatur filius illius cui magis aſſimilatur.de qua.q.dic vt ibi per Bartol. Bald.& Doct.ſed tu dic ꝙ iſte tex. non facit,quia loquitur de ſimulatione reſpectu bonitatis,vel malitiæ. non autẽ reſpectu vultus vel perſonæ. †Quæ
17 rit hic glo.fi.quid ſi mancipium non ſit in cauſa redibitionis:puta quia non ſit morboſus vel vitioſus,& venditor non vult dicere de qua natione eſt.an poſsit agere emptor contra ipſum hac actione in factum redibitoria:& glo. reſpondet ꝙ ſic:per.l.ſi venditor.ſupra eod. ſed dicit hic Raph.quòd intelligit iſtud verũ in caſu quo ſeruus eſſet nationis infamatæ.ſicut enim ex hoc edicto ædilitio iubetur venditor pronunciare morbum & vitium mancipii venditi,cũ ſit vitioſum.& alioquin ſi aduerſus ea fecerit. idest ꝙ non pronunciauerit agitur redibitoria contra ipſum venditorem. vt.l.j.§.j.ſupra eo.& ſi nihil pronunciatum cum eſt.nec apparet morbus vel vitiũ ſed dubium eſt, debet cauere venditor de vitiis & morbis.vt.d.l.ſi venditor.ſupra eod.ita etiam venditor debet pronunciare cùm eſt nationis infamatæ ſeruus quem vendit.& ſi non pronunciauerit ex hoc capite cõpetit iſta actio in factum redibitoria.& rurſus ſi non pronunciauerit.ſed eſt incertum ſi nõ cauet ꝙ non eſt nationis infamatæ dabitur etiam iſta actio per dicta.l.ſi venditor.Si autem non ſit actionis infamatæ,quòd debeat dicere,& ſit nationis infamatæ.& ſi non dixerit quòd ſit cauſa redibitionis.hoc nõ eſt verum. intellige ergo ſecundum Rapha.iſtum text.ſi venditor non pronunciauerit ſeruum eſſe nationis infamatæ,cum eſſet : ſicut

tunc debet dicere morboſum,cũ eſt. nõ autem cùm non eſt.& dicit ꝙ ita debet intelligi iſte tex.ſi autem eſſet certum quòd non eſſet nationis infamatæ ; nequaquam cautioni locus eſſet.quæ nec poſſet committi.l.non cogendum.§.fin. ſupra de procurato. Sed forte poteſt dici ꝙ iſte text.intelligatur prout iacet. ſ.ꝙ in caſu dubio debet venditor dicere de qua natione ſit ſeruus venditus,an de bona vel mala.& ſi non vult dicere poteſt per iſtam actionem in factum rediberi,& ſic contractus reſcindi quaſi in dubio præſumatur contra venditorem.ſ.quòd ſeruus venditus ſit de mala natione.potius quã de bona.& hoc velit dicere iſte tex.& glo.hic finalis. ſuper hoc tamen cogita.& vide quòd dicam in.l.ædiles aiunt.in princ.in ſeptima.q.infra eo.
18 †Quæro ſecũdo quãto tempore duret iſta actio in iſto caſu. dic duobus menſibus.ar.l. ſi venditor. ſupra eo.& infra in.§.ſeque.qui incipit ſi quid ita.circa ꝙ vide omnino ꝙ dicã in.l.ædiles aiunt.in princip.in.vij.q.infra eo.
19 †Quæro tertio ab extra nunquid bona vel mala philoſomia faciat aliquẽ pſumi bonum vel malũ.& dic ꝙ ſic.quia bona philoſomia, prodeſt ad præſumendum eum bonum.mala vero nocet ad præſumendum malum,& prodeſt etiam & nocet,quoad indicia ad ponendum quem ad torturam,quia qui habet malam philoſomiam procliuius eſt ad ſcelera. & nocet dico quantum ad præſumendum in genere de mala natura & viciata non quantum ad præſumẽdum in ſpecie de ſpeciali & determinato delicto à contemplatione enim naturæ,licet argumenta ſumere.vt ponit Archidia.

chidia.in libello de philoſomia.ita dicit Bald.in.l.obſeruare.in fin.j.col.C.quorum appellat.non reci.facit.c.ex ſtudiis
20 extra de præſumpt. †Quæro quartò quòd eſt melius vel habuiſſe bonum patrem & eſſe non ita bonum.an vero eſſe optimũ & pater ſuus non fuerit bonus.dic ꝙ melius eſt filio quod ipſe ſit melior & præſtãtior patre. vnde Iuuenalis.Malo pater tibi ſit terſites dummodo tu ſis eacides ſimilis.vulcanaq; arma capeſcas quã te terſites ſimilem producat Achilles.& vide ꝙ dixi ſupra in.j. notabil.& vide glo.ordi.in.c.nunquam. in ver.ſalui.lvj.dicti.

Bartholomæus Cepolla de Verona. §.

SVMMARIVM.

1 Emens rem appoſito pacto quòd ſi ſibi non placebit poßit eam redibere ſi nõ apponitur infra quantum tempus quòd intelligitur infra ſexaginta dies.& poſt non poteſt amplius dicere.quòd ſibi non placet.& quomodo iſti ſexaginta dies dentur emptori. numero.11.
2 Sententie proferende tempus ſtatuto praſinitum.an partium conſenſu prorogari queat.& quid de inſtantie tempore.
3 Preſcriptioni quando ex partium conſenſu renunciari poßit.
4 Preſcriptio non currit quando in promißione apponitur verbum quandocunq;.vel perpetuo.
5 Tempus inſtantie vel iuriſditioni appoſitum prorogari non poteſt.
6 Promißio preſentandi aliquem quotiens fuerit mandatum quomodo inteligatur.
7 Promißio conuentionalis de tempore potētior eſt legali.
8 Feudum guardie & gaſtaldie ex conuentione nullo tempore aufertur
9 Pacto conueniri poteſt quòd longiori vel citeriori tempore poßit agi redhibitoria vel quanto minoris prætoria.
10 Preſentia partis requiritur quando arbitrator arbitratur.
12 In factum redhibitoria an competat ſi res vendita non ſit morboſa.
31 Actio que competat in caſu huius.§.
41 Pactum adiectionis in diem an locum habeat in feudis.
15 Pactū adiectiōis in diē quomodo intelligatur.
16 Tranſactio tempore a partibus vel lege preſumpto an poßit agi contra venditorem.

§. SI QVID ITA. Ementem appoſito pacto quòd ſi ſibi non placebit poſsit eam redibere.ſi eſt actum de tempore ſtatur conuē- 2
tioni.alias tempus.lx.dierum intelligitur eſſe ſtatutum.niſi iuſta cauſa fuerit,propter quod infra tempus non poteſt redibere.hoc dicit.& adde quod nota.in.l.penultim.C.eo.& quod notat gloſſ.tertia.& Docto.in c.illo vos de
1 pignori. †Nota primo quòd dixi in ſummario,& maxime illud quòd ſi vendo tibi librum,cum hoc pacto quòd tu videas ipſum & ſi tibi non placet quòd tu poſsis ipſum redibere vel mihi reſtituere,& non apponitur infra quantum tempus,quòd in dubio intelligitur infra ſexaginta dies vnde poſt ſexaginta dies non poteſt amplius dicere quòd tibi nõ placet.caſus eſt hic ſingularis ſecundũ Ludo.de Ro.in ſuis ſingulari.& not.quia eſt quotidianum. quibus adde quod per iſtum textum.dixit etiam Bal,in auct.ei qui.in fi,j,col.C.de tempo.ap

por.appell.quod partes poſſunt prorogare tempus appellationis proſequendæ, dum tamen proſecutio non eſſet prius conſumpta. vt extra de offic.delegati.c.ſignificantibus.&.l.bonorum. infra rem rat.habe.& in clemen.ſi appellatio.de appellat.de quo tamen dic vt ibi per Doctor.

2 †Not.ſecundo.in verſ.ſi vero conuenit arg.quòd ſi ſtatuto cauetur quod infra annum debeat ſententia definitiua proferri,quòd vtra annnm poterit ex cõſenſu partium iudex proferre ſententia per iſtum text. quod intelligit hic verum Raph.quando per ſtatutum tempus proferendæ ſententiæ ſit ſtatutum. ſecus autem ſi tempus eſt præfixum inſtantiæ. quia tunc non poteſt cõſenſu partium prorogari.vt not.in.l.properandum.in.§.j. C.de iudic.& ibi per Doct.

3 †No.tertio ſecundum Ange.quòd hic eſt caſus expreſſus,quòd quis poteſt facere,ꝙ in ſuo contractu non habeat locum præſcriptio, promittendo hoc modo. promitto tibi ante præſcriptioné,& poſteà quandocunque velis me conuenire.& adde quòd no. in.l.item illa in.§.quod addicitur.de conſtit.pecu.& hoc intellige in qualibet præſcriptione inducta in defectum promiſsionis hominis, cui poteſt renunciari. vt hic.ſecus in præſcriptione inducta mero odio negligentis. quia illi non poteſt renunciari. ſecundum Ang.hic.de quo vide quod no. Bart.& Doct.in.l.nemo poteſt.de lega.j.& Bald.in.d.l.item illa.in.§.j.de conſtit.pecul.& Bart.in.l.j.ff.de vſucap.& adde omnino quod dicã in ſequen.not. & adde alium modum per quem fit quòd non currat præſcriptio quem poſuit Barto.in.l.nemo poteſt.de leg.j.& in.d.l.j. ff.de vſucapio.

4 †Not.quarto ſecundum Bald.ad idem quod iſte tex. allegatur,quod vbi in promiſsione apponitur verbum quandocunque, vel verbum perpetuo.nũquam currit præſcriptio ſtatutaria vel legalis. quod intellige verum quando eſſet talis præſcriptio cui poteſt renunciari, alias ſecus. vt dixi in præcedenti notabili. & ſic dicit quòd iſte text.inducebatur ad quæſtio.dicit ſtatutũ quod inſtrumentum quo quis non eſt vſus infra decennium poſteà non mercatus executionem. modo in quodam inſtrumẽto debitor dicebat, quod volebat quandocunque poſſe compelli:nunquid curret iſta præſcriptiõ.& dicit quod dominus Andræas de Monte Vbiano allegabat iſtum textũ pro caſu,quod non,in cauſa hoſpitalis Miſericordiæ contra Spinellum de Tholomæis. in contrarium dicebatur quòd iſta verba generalia non derogant ſtatuto. & quod tamen iſta præſcriptio videatur odioſa,introducta odio negligẽtis, non poſsit ei renuntiari.facit quod not.in authen.quas actiones.de ſacroſan.eccl. Si tu velles conari ad reſpondendum huic literæ poſſes ſic dicere ſecũdum Bal.quòd hic loquitur in præſcriptione duorum menſium quæ non eſt introducta odio negligentis. ſicut nec redibitoria vel quanto minoris.& ideo poteſt ei renuntiari.ſed ſtatutum loquitur in præſcriptione odioſa. cui renuntiari non poteſt.& ſic vult hic Bald.quod præſcriptio redibitoriæ vel quanto minoris non ſit odioſa.& idem vult hic Ange.vt dixi in præcedenti nota.ſed Bar.in.l.in omni

omnibus.ff.de actio.& oblig.tenet contrarium.vt dixi vobis in.l.ſciendum.§.tempus.ſupra eo.in.iij.q.vel dicas dicit Bald.quòd hic eſt promiſsio conditionalis.ſi diſplicuerit.& ideo interim nõ erit præſcriptio. finaliter tamen dicit Bal.quod fuit determinatum quòd inſtrumentum non mitteretur executioni.non per iſtum text.ſed per alios caſus.de quibus per Doct.in.l.ſi quis arbitratu.de verb.oblig. Item adde hic ad prædicta dictum ſingulare Angel.in l.j.ff.de vſucap.qui dicit quod ſi in inſtrumento locationis vel alterius contractus continetur quod debitor promittit contenta in inſtrumento habere perpetuo firma & rata & nunquã contrafacere vel venire aliqua ratione vel cauſa &c.quòd per illa verba perpetuo inducitur renuntiatio præſcriptionis. vt ſic in illis caſibus in quibus præſcriptioni renuntiari poteſt per illa verba, talis renuntiatio inducatur. & ita conſuluit dominus Rapha.Fulgo. ſequendo dictum Ange.& ipſum corroborando aliis rationibus.& conſilium incip. in propoſita quæſtio. videtur in nota Angeli ſingularis.& ipſum originale habeo. quæ omnia nota ſingulariter. quia quotidie prædicta verba apponũtur in inſtrumentis,& adde hic omnino ea quæ dixi ſupra in præcedenti notabili.
5 †Not.quinto quòd tempus legale poteſt prorogari. quod eſt verum ſecundum Rich.Malum.& Bal.de tempore appoſito in fauorem partis ſecus ſi tempus eſſet appoſitũ iuriſditioni ordinariæ.vnde dicunt ipſi quòd tempus quod eſt appoſitum inſtantiæ vel iuriſditioni inſtantiæ,non poteſt prorogari.

& ita dixit dictus Rich.malũ.in quæſtio. quæ incipiẽ.ſtatuto cauetur. quòd iudex &c. circa quod adde quod dixi ſupra in ſecundo notab.
6 †Not.ſexto iſtum tex.in.d.verſi.ſi vero conuenerit. per quem tex.dicit Bal.in.l.ij.in.§.fi.ff. qui ſatiſd.cog.quòd ſi aliquis promiſit repræſentare aliquem quoties fuerit ei mandatum, quòd intelligitur ſecũdum materiam fideiuſsionis, ſcilicet vſque ad ſententiam.vt.ff.de fideiuſ.l.græcè.§.poſt litem etiam ſi à ſententia fuerit appellatũ.vt in auth.de his qui ingred. ad appellan.in princ.ſed ſi dixiſſet toties & quoties & quandocunque fuerit ei mandatum. tunc etiam poſt ſententiam ad mandatum teneretur eum repræſentare.& ſic iſtud aduerbiũ quandocunque aliquid operetur.arg.huius.§.notabilis.& ita refert & ſequitur hic Angel.frater ſuus.
7 †Not.ſeptimo ex eadem verſic.ſi vero conuenerit.quod prouiſio conuentionalis de tempore, potentior eſt legali. Nam ceſſante lega li vendicat ſibi locum conuentionalis. ita dicit Bal.per iſtum tex.in præludiis feudo.in.xx.col.vbi etiam per iſtum.§. dic quod videtur poſſe probari
8 † quòd licet feudum guardiæ & gaſtaldiæ duret anno.vt in.c.j.in tit.de feud.guar.& gaſtal.tamen valebit conuentio vt nullo tempore auferri poſsit, quod eſt notabile.
9 †Et per hęc ego etiam dico quòd licet ad redibendum ſit ſtatutum tempus ſex menſium,vt eſt tex.in.l.cũ ſex. infra eo.& in.l.ſciendum.§.fi.ſupra eo. & ad agendum quanto minoris prætoria ſit tempus anni ſtatutum.vt eſt tex. in.d.l.ſciendum.§.fi.& pro reſtituendis ornamẽtis vel eis vitioſis dentur ſexaginta

ginta dies. vt eſt tex.in.l.ædiles aiunt. in prin. Tamen per pactum poterit cõuenirí quod longiori tẽpore poſsit agi, vel etiam citeriori. per hunc.§.& per prædicta, quod bene nota pro ampliatione dictorum iurium. & ita etiam dixi in.d.l.ſciendum.§.fi.in.j.nota.ſupra eo.& in.d.l.cum ſex.in.j.not.infra eod.

10 †Vltimo no.iſtum tex.ibi ſin autem mora.de quo tex.Bart.facit magnũ feſtum in.l.ſi quis arbitratu.ff.de verbor. obli.in verſ.quæro quòd arbitrator debet arbitrari. Nam ibi dicit quòd hic eſt caſus expreſſus quòd arbitrator nõ poteſt ferre arbitramentum ſuum, niſi præſentibus partibus. Nam hic emptor nõ poteſt declarare diſplicẽtiam ſuam, quando venditor eſt abſens.ergo requiritur venditoris pręſentia.ſed hoc verbum placitũ vel placuerit idem & tantum importat quantum arbitrium vel arbitratus fuerit, vt eſt text.notab.in.l. thais.§.ſorore.ff.de fideicom.liber.ſed Bal.hic dicit quòd credit quòd cum arbitramẽta ſint redacta ad inſtar cõtractus, & non ad inſtar iudiciorum quòd laudum arbitrorũ valet ſine ſolennitate prædicta. nam hic non dicitur quòd non poterat dicere ſibi diſplicere, quod eſt quoddam arbitrari. & quod hoc ſit propter abſentiam partis.ſed dicitur ꝙ ſi nõ dixit, nõ imputetur ſibi.vnde non loquitur hic quo ad impoſsibilitatẽ, ſed quo ad imputabilitatem. facit pro hoc quia laudum arbitratoris, non requirit cõſenſum.ergo nec ſcientiam. Item nec quaſi cõtrahitur per ipſum ſicut in iudicio.arg.ff.de cõfeſ.l.certum.§.ſi quis abſente. Dicit tamẽ finaliter Bal.quòd tutius eſt quòd arbitretur partibus pręſentibus.& ſe remittit ad not.per Mod. in.d.l.ſi quis arbitratu. Sed aduerte quia in quantum vult Bal.quòd hic loquatur quãtum ad imputabilitatẽ, non autem quãtum ad impoſsibilitatẽ, non credes verum, quia iſte tex.nõ videtur ad alium finem excuſare ipſum emptorem, quando venditor nõ eſt in pręſentia.niſi quia in pręſentia ſua debet emptor dicere ſi ſibi res diſplicet. Sed dominus meus D.Flor.de S.Petro de Bononia in.l.j.§.is autẽ.ſupra ſi menſ. fal.mo.dixe.dicit quòd in hoc paſſu vidit diuerſa cõſilia dum eſſet commiſſa ſibi iſta cauſa. in hoc puncto dixit per concordia opinionum, quòd ſi laudauit iſte arbitrator omiſſa examinatione cauſæ.tunc laudum non teneat ratione doli præſumpti, in quo videtur verſari. ſecus ſi præceſsit examinatio & diſcuſſio, quia tunc tenet. licet partes nõ fuerint præſentes tẽpore ſententiæ.ad hoc alleg.quòd not.Inno.de teſta.Raynal. poſt princ.nõ enim veriſimile eſt quòd alius plus dicere potuiſſet, vel ꝙ partes potuiſſent.C.de adult.l.quamuis indubitati, cum glo.& Cy.in.l.properandũ. in.§.ſin autem reus.in.iij.q.C.de iudic. & ita dicit cõſuluiſſe Florẽtiæ pro cõcordia:& licet multa poſſent in hoc articulo pro & contra adduci, tamẽ tenorem pro nunc de æquitate cum diſtinctione prædicta D.Floriani præceptoris mei:ſed ego ſæpe conſideraui iſtum tex.& nunquã mihi apparuit quòd probaret aliquo modo id ad quod allegat Bar.in.d.l.ſi quis arbitratu.vt ſupra retuli.nã ſi bene conſideretur, hic non dicitur quòd non poſsit declarare diſplicentiam ſuam etiam abſente vẽditore,

ſed

ſed dicit quòd non poteſt reddere rem emptam. vt patet ibi dum dicit ibi non fuit præſens, cui redderet. & ibi infra diem redibitum, nō autem loquitur de diſplicentia.& ratio eſt ibi,quia ad hoc vt emptor liberetur plenarie,eſt neceſſe quòd fiat actus retroſimilis.ſ.retraditio.vt.l.redibere.in prin.&.l.cum autē. in.§.Iulianus.ſupra eod.quæ fieri non poteſt abſenti.& iſtud eſt quòd vult dicere iſte tex.in verſi.aut non fuit præſens.& ſic hic nō dicitur, quòd emptor nō poſsit declarare diſplicētiam ſuam. Ita ſemper intellexi iſtum.§.quicquid dicat Bar.& alii Doct. De hac tamē.q. vide plene per Bar.& omnes Docto.in d.l.ſi quis arbitratu.& per Cy.in addit. in.l.fi.C.de contrahen.emp.& per Gul. in.l.epiſtolas. C.de epiſc.audi.in vlt.q. & per Bal.in.l.ſi qui ex conſenſu.in.ij. col. C.de epiſc.audi.& per Flo.in.d.l.j. §.is autem.ſupra ſi menſ.fal.mo.dixe.& per D.Pau.de caſt.in.l.properādum.in §.fi. C.de iudic.& per Bal.in.c.j. in.§.j. verſi.ſed hic immediate quando.in tit. de.l.cora.& in.c.j.aut fi.in titu.de inue-
11 ſti.in ma.fac. †Quæro primo circa iſtū.§.quomodo dentur iſti.lx.dies emptori,ſi nihil fuit actum de tempore.an ad declarandā ſuam diſplicentiam tantum, an vero ad agendum. Reſpondeo quòd iſti quadraginta dies dantur ad vtrunque.ſ.ad declarandam diſplicentiam emptoris,& ad agēdum actione in factum redibitoria.& ad complendam ipſam actionem.quia hoc tēpus ſtatuitur inſtantiæ & actioni iſtæ in factū redibitoriæ. vt probatur hic in prin.dum dicit accōmodabitur emptori ad redibendum.nota quòd non dicit ad declarandam diſplicentiā.& probatur etiam ibi,non fuit præſens cui reddetur.ſecūdum ea quæ ſtatim dixi in vlti.nota.in fi.& probatur manifeſte in fi. ibi intra dicta redibitū mancipium nō eſt, quod ei magis diſplicuerat. nam certum eſt quòd iſti.lx.dies dātur ad agendum cōtra ipſum venditorē.& ſic loquitur de tempore ipſius actionis, quæ competit poſt declaratā diſplicentiam, non autē de ipſa diſplicentia. Ex quo ſequitur vnum quòd nō ſufficeret ipſi emptori declarare diſplicentiam ſuam infra.lx. diem in fi.puta in.lviij.quia ſi vēditor non ſtaret cōtentus,nō poſſet iſta actio forte expediri in duobus annis.& aduerte quia ego dixi quod iſtud tempus ſtatuitur etiam inſtantiæ. nam videtur contra Rich.Malumb.vt dixi ſupra in ij.&.iij nota. Quæro ſecūdo quia dicit hic tex. quòd iſti.xl.dies ſunt vtiles an ſint vtiles ſolum ab ipſo principio, an vero ſemper.de hoc dic vt dicam in
12 l.cum ſex.infra eod. †Quæro tertio an iſta actio in factum redibitoria in caſu huius.§.competat etiam ſi res vendita non ſit morboſa.credo quòd ſic.nā iſte tex.nō ſe fundat in vitio vel morbo rei, ſed ſolum in diſplicētia ipſius emptoris.vnde credo quòd emptor habeat poteſtatē indiſtincte infra.lx.dies dicere an ſibi placeat res empta vel nō etiā ſi res non habuerit vitiū vel morbū ſufficiens alias ad agendū redibitoria. vt patet euidēter ex hoc tex. Nam ſi alias diceremus ſequeretur inconueniens q, vbi de iure cōmuni haberet ad agendū redibitoria ſex menſes.vt in.l.ſciendū. in.§.tempus.ſupra eod.& in.l.cum ſex. infra eo.quòd per iſtum pactū niſi pla-

cuerit per quod voluit ſibi prouidere ſi bi.præiudicaret in minori tempore .qa non haberet niſi.lx.dies,quod eſſe nō debet.l.quod fauore.C.de legi.cum ſimili. facit pro hoc.§.qui mancipia.ſupra eod. & quod ibi dixi.in prima quæſtione,

13 †Quæro quarto quæ actio competat in caſu huius.§.& glo.hic in verſi.in his ſentit,quòd detur actio in factum redhibitoria.& bene dicit & ita ſentit gl.magna in.l.ædiles aiunt.in princ. infra eo. & ita dixi ſupra eodem.in.§.in factum. in.iiij.q.ibi tertio in caſu.Sed glo.in.l.ſi conuenerunt.in ver.in factum.ſupra de reſcin.vend.videtur velle quòd ſit actio in factum præſcriptis verbis,ſed illa gl. non bene dicit.& eam ibi etiam reprobat Raph.& bene quia iſte tex.loquitur etiam de actione in factum redhibito-
14 ria.per iſtum tex.cum ſimi. †Quæro quinto an iſte tex.habeat locum in feudo dū loquitur de.lx.diebus pone enim quòd feudum cōceſſum eſt alicui eo pacto vt ſi diſplicuerit non ſit infeudata, vel ſi placuerit ei ſit in feudata.nec eſt ſtatutum certum tempus à partibus,an intelligatur vſq; ad.lx.dies.dicas quòd ſic.per iſtum text.& ita dicit Dominus meus.D.Iaco.de Aluaro.per iſtum tex. in.c.j.in vlti.q.in tit.de feu.da.in vi.le-
15 gis commiſſo. †Quæro ſexto an iſte §.habeat locum in pacto adiectionis in diem quod fieri poteſt ſimpliciter ſine adiectione temporis.vt eſt tex.in.l.ſi qs ſub hac.C.de reſcin.vendi.intelligatur vſque ad.lx.dies tantum.dicas ꝙ non ſecundum Alberic.in.l.j.ſupra de in diem adiectio qui dicit quòd tale pactum adiectionis in dubio intelligitur imperpetuum.argu.l.& ideo hæſitatur.infra de
16 verbo.obliga. †Quæro ſeptimo quid ſi eſt tranſactum tempus præſumptum à partibus vel.lx.præſumpti à lege.an poſſit agi ad aliquid contra ipſum venditorem.& videtur quod non per iſtum tex.tamen ego credo contrarium.ſ.ꝙ ſi res eſſet morboſa vel vitioſa ꝙ non obſtante quod ſit tempus elapſum,ꝙ poterit agere ipſe emptor ſaltem ad reſtitutionem pretii,quòd ſoluit venditori. & tenebitur reſtituere rem emptam.& hoc per tex.cum glo.notabili.in ver.teneri. in.l.emptorem.in.§.idemque.ſupra de actio.empt.& ibi dixi legendo vobis.& pro hoc facit.§.qui autem habere.in fi. &.§. ibidem. in.d.l. emptorem. Nec obſt.iſte tex.quia debet intelligi,ꝙ non poteſt agi ad intereſſe.ſed ad pretiū ſic. vel quòd non erat res vitioſa vel morboſa.quo caſu vbi forte alias poſſet agi cōtra dictum tempus,tamen poſt tempus non potuerit agere iſto caſu etiam ad pretium.Item ego intelligo iſtum text. quod venditor erat ignorans de aliquo vitio vel morbo rei venditæ.ſi autē ſciuiſſet rem eſſe morboſam vel vitioſam & nihil dixiſſet emptori ꝙ tunc etiam poſt lapſum dictum tempus appoſitum à partibus vel poſt.lx. dies poterit emptor agere contra venditorem non ſolum ad reſtitutionem pretii, ſed etiam ad intereſſe ſuum.& hoc per tex.notabilem in dicta.l. emptorem.in. §. ſententiam.qui ſequitur.ſupra de action.empti. facit.l. tenetur.in.§. finali. &.lege quæro.eodem titulo & quod plene dixi in lege. quæritur.in.§.ſi venditor.ſupra eodem.

Bartholomæus Cæpolla.

SVMM

SVMMARIVM.

1 ☞ *Numerus pluralis pro ſingulari ponitur.*

§. INHIS AVTEM. Hic nihil ſcripſi quando legi ſed ſcribas.& adde in gloſſa dum dicit in his actionibus, id eſt actione.quod numerus pluralis ponitur pro ſingulari.De quo plene per alberic. de Roſat.in ſuo Alphabet.primo in litera. p.in ver.plura.vbi omnino vide.& hic adde ea quæ faciunt ad propoſitum.& vide gloſſ.in.c. omnes leges.prima diſtinct.& gloſſa in lege diuus.in ver.quorum iudiciorum.ſupra de petitio.hæreditatis.& quod ibi nota.& text.in.l. non eſt ſine liberis.infra de verborum ſignificatione & notat gloſ.in lege in vſu iuris in princip.eodem titu.de verborum ſignificatione vbi etiam ponitur econtra.quod ſingularis ponitur, pro pluralis.dic vt ibi dixi.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Quæ venditioni accedunt pars venditionis eſſe dicuntur.*
2 *Verbum ſuperius ad valde remota refertur.*
3 *Venditor cauere tenetur de vitijs ac morbis quæ prædixit remvenditam non habere.& numero.11.*
4 *Homo alteri accedere poteſt.*
5 *Fori priuilegium habens ſi conuenitur & tacet ſibi præiudicat.*
6 *Certum quod dicatur.*
7 *Error nominis appellatiui non ex accidēti impoſiti nocet.*
8 *Venditor cauet de vitijs & morbis per acceſſorijs rei venditæ.*
9 *Actiones ſunt de iure ciuili.*
10 *Proinde dictio ſtat illatiue.*
11 *Acceſſorium quando exprimitur nomine proprio vel appellatiuo ,an poßit agi eo modo, quo pro re principali agitur.*
13 *Acceſſorium aliquando facit redhibere principale.*

§. QVOD EMPTIONI. Iſte.§.cum duabus legibus ſequentibus, diuiditur in partes.primo enim ponitur quando vna res principalis vendebatur alia acceſſoria ipſius acceſſorie nomine proprio expreſſo.Secūdo quādo acceſſoria ipſius principalis fuit vendita ſub nomine appellatiuo.Tertio quando acceſſorium eſt expreſſum ſub nomine vniuerſitatis.Secūda ibi quod non ſolum.Tertia ibi.Sed hoc ita.&.h.d.in ſumma.Sicut venditor tenetur pro vitiis & morbis rei principalis emptori enumerare, ita & pro eis acceſſoriis.quando acceſſoria per venditorem proprio nomine ſeu appellatiuo expreſſa deducuntur.ſecus ſi ſub nomine vniuerſitatis.hoc dicit ſecundū. Angel.
1 †Not.primo ꝙ ea quæ accedūt venditioni dicuntur eſſe pars venditionis.concordat.l. ſi hæres qui teſtamento.in princip.ſupra de actio.empti .&.l. quicquid.eodem tit.licet in contrarium faciat.l.naue.&.lege.vacæ.&.l.ſcapham infra de euictio.dic vt in dictis iuribus
2 no. †No.in.l.itaque.in ver.ſuperius, iuncta glo.quòd verbum ſuperius,refertur etiam ad ea quæ ſunt valde remota.
3 †Not.tertio ꝙ venditor non tantum

tenetur pronunciare de vitiis & quibuſ
dam emptori.ſi ſunt vel non.vt.l.j.§.ſu
pra eo.ſed etiam debetvenditor cauere,
quod res vendita nō habet illa vitia.de
quibus pronuntiauit& dixit emptori de
quo dic vt etiam dixi in.l.ſi venditor.in
prin.ſuper tex.ſupra eod.'& vide etiam
4 ꝙ ibi dixi in notabili. †Nota quarto
ꝙ homo poteſt accedere alteri.de quo
vide tex.& gl.ꝙ ibi no.in.l.ſi emptione.
in princip.ſupra de contrahen. empt.&
vide.l.iuſtiſsime in princip. & ibi gl.&
5 quod ibi dicam ſupra eodem. † Not.
quinto quòd per iſtum text. dixit gloſ.
notabilis in ver.recuſare.in.l.ſi fideiuſ-
ſor.in princip.ſupra qui ſatiſda. cogan.
quod quando aliquis habet aliquod pri
uilegium fori,& ſibi prædicitur ꝙ non
debeat vti illo priuilegio.& ipſe non ta
cet ſed reclamat.quod ei non pręiudica
tur.Sed iſta.l.parum facit de quo tamē
dic,vt per Doctor.in.d.l.fideiuſſor.quia
6 illa eſt glo.valde notabilis. † Not.ſex
to quod aliquid dicitur eſſe certum,ſiue
exprimatur nomine proprio,ſiue appel
latiuo.quia nihil refert qualiter aliquid
monſtretur.vt ſupra ſi cert.peta.l.ſi cer-
1 ibi. †No.primo quòd quando venditur equus ſeu aliud iumentum videtur etiam eſſe vendita ornamenta quæ cauſa vendẽdi fuerant appoſita. Ex quo.no. ſecundum Bald.quòd ille qui oſtendit equum cum ornamentis intelligitur eũ vendiſſe cum ſella & freno cum quibus oſtendit. Ex quo aliud ad idem no.ꝙ hic videtur caſus,quòd vendito equo videtur etiam vendita ſella & frenum & alia ornamenta equi. De quo per Bart. in.l.eum qui.§.non ſolum.ff.de furtis.& per Gul.Barto.& omnes Doct.in.l.ſiue certo.in.§.vſqueadeo. ſupra commodati.de quo dic vt dicam infra in.§.vendẽdi autem cauſa.infra ead.l.vbi ponitur quando & quę dicantur ornamenta eſſe

2 appoſita cauſa vendendi. †No.ſecundo ibi de ornamentis reſtituen.quòd.ſ. venditor non videtur tradere ornamenta iumenti venditi poteſt conueniri ab emptore actione in factum redhibitoria,de qua loquitur iſte tex.vt infra di-

3 cam.in.v.q. †Not.tertio ibi iumentis ac ornamentorum.quòd hic eſt caſus ſecundum glo.hic.& ſemper allegatur ꝙ propter ſellam ſeu frenum vitioſum poteſt equus vel aliud iumentum venditũ redhiberi.quod eſt mirabile ſecundum gl.ſed intellectus non eſt verus ſecundũ Ricar.malum.Alber.& Rapha.vt infra

4 dicam in.iij.q. †No.quarto ſecũdum alium intellectum Ry.Albe.& Raph.ꝙ ſi venditor non vult tradere ſellam vel frenum vel alia ornamenta equi vel alterius venditi,ꝙ poteſt redhibitio, propter hoc etiam equi vel iumenti venditi. Et hoc eſt ꝙ vult dicere iſte tex.ſecundum eos ibi iumentis vt ornamentorum nomine redhibẽdi &c.quod etiam eſſet mirabile.de quo dic vt infra dicã in.iij.

5 q. †No.v.ꝙ ſi venditor non vult tradere ornamenta emptori,vel ſi tradit vitioſa poteſt conueniri hac actione in factum redhibitoria in.lx.dies tantum.licet Raphael hic aliter dicat.vt dicã.ĩ.in iiij.qõ. Quod tamen intellige niſi aliter per partes eſſet conuentum de tempore. vt dixi in.l.ꝙ ſi nolit.§.ſi quid ita.in.vij.

6 notab.ſ.eo. †No.ꝙ actio redhibitoria quæ datur pro vitiis durat ſex mẽſibus, & quanto minoris durat anno: de quo vide tex.& quæ ibi plene dixi in.l.ſciendum.in.§.tempus.ſ.eo.& vide.l.cum ſex & quod ibi plene dicam infra eodem.

7 †Vltimo not.ꝙ quando venduntur iumenta paria ſimul,& ſic animalia eiuſdem generis & officii vno vitioſo poſſunt omnes redhiberi. Quod intellige quando fuit vnicum pretium.vt dixi ſupra in tex. Quærit primo hic gl.ij.de quibus ornamẽtis loquatur iſte tex. Dicit gl.de freno ſella & ſimilibus.& bene.

Quærit ſecundo gl.magna.in princi. ad quid refertur hic tex.dum dicit ſi qd ita factum non fuerit. Et glo.reſpondet ꝙ refertur ad proximum.ſ.quando venditor non vult tradere ornamenta quæ eran

erant vendendi cauſa appoſita. quo caſu poteſt venditor conueniri actione in factū redhibitoria ad tradenda illa ornamenta emptori.& ſic dum dicit hic text. ornamentis reſtituendis debet exponi.i. dandis.vt dixi ſuper tex.Sed Rapha.hic dicit ꝙ imo iste ver.ſi quid ita, refertur ad omnia præcedentia. Sed tu aduerte: quia ſi tu loqueris ad quid referatur iſte ver.ſi quid ita.vſque ad ver.ſi iumenta. & tunc dicit verum Rapha.quòd ad omnia prædicta. Sed ſi quæris ad quid referatur dictus ver.in prin.ſui,& tunc dicas quòd refertur ad proximum dictum tantum.& iſta fuit intentio glo.& bene.

8 †Quæro tertio,quid vult dicere hic tex.dum dicit iumentisve ornamentorum cauſa redhibendis.glo.hic mag.circa prin.dicit ſingulariter quòd hic ponitur alius caſus à prædicto.videlicet ꝙ ſi venditor dat ornamenta cum iumentis vt vitioſa,quòd tunc propter vitium ornamentorum & ſic acceſſorii principale.Et ſic iumenta vendita poſſe redhiberi.quod eſt mirabile ſecundum ea facit pro hoc infra ea.l.§.ſi plura.ibi propter vnius ornamentum ſubaudiendo vitioſum.& iſtam gl.ſequitur dominus meus D.Ang.de Aret.inſtit.de act.in.§.in duplum in materia redhibitorie.in ver.fortius dico.& ita tenet etiam Ange.in primo nota.vt dixi ſupra in.iij.notabil.

Sed Ricardus Malum.& Albe.& Rapha.hic hoc non tenent.quia dicunt ꝙ non eſſet conueniens quòd propter vitium ſellæ equus debeat poſſe redhiberi.Et intelligunt iſtum tex.quòd loquatur quando venditor non vult tradere ornaméta.quo caſu bene poſſent iuméta redhiberi ex eo quòd nō tradantur ornamenta,non autem ex eo quòd ſint vitioſa.Quod declarat hic Rapha.nā ipſe dicit ꝙ hoc edictum de quo hic principaliter vſque ad.§.ſi iumenta.habet duo capita.primum de morbis & vitiis iuméti quod venditur.alterum de tradendis iumentis ita ornatis,vti erant cum vendebantur.vnde quod ſequitur ſi quid ita factum non erit refertur ad vtrunque. Sed primo contra facientes punit reſpectu capitis.Et duplex iudicium profert. Vnum de præſtandis ornamentis,aliud de iumentis redhibendis ſi non tradantur ornamenta.& hunc intellectum ſentit glo.infra eadem.l.in.§.ſi plura.Non autem eſt dicendum quod propter vitium ſellæ equus poſsit redhiberi ita dicit hic Rapha.& iſte intellectus fuit originaliter Ricar.malum.hic & Alber.licet Rapha.de eis nullam faciat mentionem.& adde tu quòd iſtum intellectum ſenſit etiam gl.in.l.ſi prædium.C.eo.in verbo in gloſa magna ibi.Item propter ornamentum.j.lx.dies ad redhibēdum niſi ornamenta dentur &c.Nam illa gl. vult quod detur actio iſta ad redhibendum ex eo,quia ornamenta non tradantur. non autem ex eo quòd ornamenta ſint vitioſa.Quid dicemus?Ego tenerem opinionem gloſæ hic.Nam magis mihi videtur conueniens ꝙ emptor poſsit redhibere equum etiam ſanum , vel iumenta propter ſellam vel alia ornamenta vitioſa,quā ex eo ꝙ non tradantur.†Nā pro- 9 prie hoc edictū & hæc actio in factum redibitoria eſt inuenta vt occuratur fallacijs venditorum.vt in.l.præcedenti dicit:& ꝓbat in.§.loquit.infra ea.l.in fi. dū vult ꝙ ea quæ ſunt dicta in.l.j.ſupra eo.habeat locū etiā in caſu iſto.ſed illud

edictum fuit introductum vt occurrat fallaciis venditorum vt.l.j.§.cum huius edicti ſupra eo. ergo ſi ſic eſt & iſta eſt cauſa huius actionis magis videtur neceſſarius ad occurrendũ fallaciis quã do venditor vendit ſellam vitioſam, quam quando non vult tradere. Præter eã non videtur mihi conueniens ꝙ ediles voluerint hic prouidere principaliter emptori quando ornamenta nõ tradebantur ita ꝙ voluerunt propter hoc ꝙ contractus reſcindantur, & voluerint prouidere qñ ornamenta ſunt vitioſa, maximè cũ de iure ciuili actione ex empto eſſet cautum quia ipſe venditor nõ vult tradere poteſt præciſe cogi ad tradendam rem venditam cum acceſſoriis vt eſt communis opi.in.l.j.in prin.ſ.de ac.emp.coiuncta.l.ſi hæres quid teſtõ. eo.ti.ſed ſolum voluerũt ſecundum ius ciuile vt poſſet venditor cogi ad tradendum ornamenta.& hoc probat hic text. dum dicit de ornamentis reſtituẽdis ex ponendo id eſt dandis vt dixi ſuper tex. Et abſurdum eſſet dicere ꝙ hic ædiles vellent ꝙ emptor poſsit agere ad ornamenta ſibi tradenda & ſuper hoc intentare vnum iudicium. & in caſu quo nõ tradat ipſe venditori iterũ debeat agere & intentare aliud iudicium ad redibendum ex eo quod non vult venditor tradere ornamenta, quia ſi in primo iudicio quo agit ad ſibi tradendum non vult tradere venditor ornamenta debet emptor facere cogi præciſe venditorẽ ad tradendum ſi habet vel ſi non habet agere ad intereſſe ſecundũ not. in.d.l.j. in prin.ſ.de act. empt. vnde cũ de iure ciuili eſſet ſibi emptori hoc modo prouiſum nõ credo ꝙ ædiles voluerint dare aliam ſpecialem prouiſionem & ſolã ad redibendum.ar.no.per gl.in.l.ſciendum.in.§.dictum.in glo.mag.ſ.eo. Sed ædiles bene voluerunt prouidere in caſu vbi principaliter non erat prouiſum de iure ciuili ſcilicet qñ ornamenta eſſent vitioſa, quo caſu hic de nouo hæc introducunt ꝙ propter vitiũ ipſorũ poſſit rediberi res principalis vendita. & iſte eſt caſus hic. Nec eſt mirandum ſi propter vitiũ acceſſorii res principalis redibetur quia oportet nos fateri ꝙ hic tex. vult alterum de duobus, ſcilicet vel ꝙ res principalis redibeatur ex eo quod ornamenta, & ſic acceſſorium non tradit. vel ex eo ꝙ traditur vitioſum, ſed maior ſubeſt ratio vt redibeatur quando eſt ornamentum vitioſum quã quando non traditur. vt.ſ. probaui & ſtatim dicam. ergo dicamus ꝙ hic loquitur potius quando ornamenta ſunt vitioſa. cõcludo ergo ex prædictis cũ gl. hic quod quando ornamenta equi vel iumẽti vẽditi ſunt vitioſa, ꝙ propter hoc poteſt equus vel iumentum rediberi quod eſt ſingulariter & perpetuo mẽti tenendũ. Et not. credo ꝙ ex eo ſolo ꝙ venditor non vult tradere ornamenta poſſe reſcindi contractus. Et ratio differentiæ poſsit aſsignari inter non tradentem &
10 male tradentem, quia† plus peccat ille qui tradit & male tradit, quam ille qui nullo modo tradit. vt eſt tex. cũ gl. ordinaria. in verſi. interfuit. & ibi omnes Doct. in.l.iul. in prin.ſ.de act.emp. Cũ ergo hoc ſit merito potius debet agi actione redibitoria quando ornamenta tradunt vitioſa, quam qñ nullo modo traduntur. Ex prædictis elicio duas cõcluſiones notabiles. Prima cõclu. quod

propter ornamenta,puta ſellæ vel freni vel ſimiliũ vitioſa poteſt equus vel iumentum etiam ſanum rediberi. Secũda conclu. ꝙ licet venditor poſsit conueniri actione iſta in factum redibitoria ad tradendum ornamenta, tamen ſi non tradit non poteſt propter hoc reſcindi cõtractus & rediberi iumentum venditum contra Ricar.malum.Alber.
11 & Raph.†Quæro quarto qa dixi quod poteſt agi iſta actione in factũ redibitoria in duobus caſibus.primo ad tradenda ornamenta, ſecundo ad redibendum ſi ornamenta ſunt vitioſa ſecundũ intellectum gl.hic quẽ ſupra tenui,vel quãdo non traduntur ſecundum intellectũ Ricard. Quanto tempore duret iſta actio gl.hic mag.circa prin.dicit ꝙ durat in iſtis duobus caſibus.lx. diebus ꝑ iſtũ text. dum dicit in.lx.diebus, ſic vult ꝙ iſta verba.lx.diebus referant ad vtrunque caſum præcedentẽ,ſcilicet qñ ornamenta non traduntur vel qñ traduntur vitioſa.Sed Rapha. hic dicit quod non videtur ſibi æquum ꝙ iſta actio duret niſi.lx.dieb⁹ in primo caſu,ſcilicet quãdo emptor agit ad tradenda ſibi ornamenta,quia neq; ratio neq; æquitas hoc dictat.Nam cum iſtud ſit de iure ciuili & ei conſonum ꝙ ornamenta vendita præſtentur,non eſt æquum reſtringere iſto caſu actionem ad.lx.dies tantũ.Sed in alio caſu quando ornamenta ſunt vitioſa ſecundum intellectum gl. quẽ tenui ſupra,vel quando non tradunt ſecũdum intellectum Ric. & aliorum quod non poſsit redibitio fieri & reſcindi cõtractus vltra.lx. dies bene hoc videtur rationabile & æquum, quia tale iudicium redibitorium eſt,contra ius commune,& ideo bene eſt valde reſtringenda.argumẽ.l. in honorariis.ff.de actio. & obliga. Nec obſtat iſte text. quia illa verba in diebus. lx. debent referri ſolũ ad proximũ caſum,ſcilicet quando agitur ad redibendum,non autem quando agitur ad tradendum. Et ſic non refertur ad vtrũq; caſum ſed ad proximum tantum vt dixi.ita vult hic Raph. Sed certe licet iſta conſideratio Rapha. videatur multũ æqua & colorata per. d.l. in honorariis vbi actiones prętoriæ quę regulariter durãt anno.ſcilicet ſunt rei perſecutoriæ ſicut eſt, in caſu noſtro ſunt perpetuæ.vt ibi dicitur.tamen credo quod ipſe non bene dicat. & ſic ſto cum gl.hic, ſcilicet ꝙ referantur prædicta verba ad vtrunq;.vt.ſ.dixi. Et hoc per iſtum textũ. qui iudicio meo aliter congrue intelligi non poteſt.nam verſ. ſi quid ita factum vſq; ibi morbi autẽ. ponit vnum contractum tantum. ergo ſalua ratione recti ſermonis nõ poſſunt illa verba in diebus.lx. ad aliud referri niſi ad vtrunque.l.plautius.ff.de aur. & argen.lega. Præterea illa verba in dieb⁹.lx.reſpiciũt illa duo pariter,vt patet manifeſte in litera, ergo illa duo debet pariter determinare.l. iam hoc iure. cũ ſimi.ff.de vulg.& pupil.Præterea ſi voluiſſent ædiles in primo caſu quando ad tradendum ornamenta conſtituere aliud tempus bene ſciuiſſet exprimere & facere differentiam inter primum caſum & ſecũdum, ſicut inter primum & ſecundum & vltimum vult ꝙ propter vitia detur annus,vel ſex menſes, vt di-
12 citur hic in text. ergo.†Nec ob.d.l.in honorariis.ff.de actio.& oblig. quia illa.l. loquitur niſi in ſpecie aliud certũ tem-

pus eſt ſtatutum. Nec obſtat ratio Rapha.dum dicit quod hoc eſt iniquum & contra rationem & æquitatē,quod emptor non poſsit agere ad id quod eſt de iure communi. niſi vſque ad. lx. dies. Quia ego reſpondeo quod hoc non eſt iniquum,quam ipſi emptori bene prouidetur per ius ciuile & cōmune, quia poterit intentare actionem ex empto ad tradenda ſibi ornamenta,ex quo acceſſorie videntur vendita. & hoc per text. in.l.ſi hæres qui teſtamento. ſupra de actio.empt.facit.l.iulia.in.§.fin.cum.l. ſeq.& ſeq.&.l.quicquid.eod.titu. Concludo itaq; cum glo.hic contra Rapha. quod iſta actio in factū redibitoria quę datur ad tradendum ornamenta vel ad redibendum quando traduntur vitioſa

13 durat ſolum.lx.diebus.† Quæro quinto quomodo vocetur iſta actio! de qua loquitur iſte text.in princi.Reſpondeo quod non loquitur de actione redibitoria vel quanto minoris, quia & iſta loquitur bene hic in verſic.morbi autem, ſed prin.loquitur de actione in factum redibitoria quæ competit in pluribus caſibus vt dixi plene in.l. quod ſi nolit. in.§.factum in.iiij.q.ſupra eodem & ita vult gl.j.in.l.ſi prædium. C. eo.de edi. actio. & ita ſentit hic gloſſ. iſta magna quæ enumerat aliquos alios caſus in quibus competit iſta actio in factum redibitoria, & ita vult etiam gloſella hic in verbo iudicum.quæ dicit in factum.

14 †Quæro igitur. vj. præſuppoſito quod iſte tex.in prin. loquatur de actione in factum redibitoria, an habeat locū iſta actio in aliis caſibus.& gloſſ.hic in verſi.ſic & alias.dicit quod ſic, ſcilicet ſi redibitio eſt facta ſine iudice quo caſu agitur ad pretium rehabendum.infra.lx. dies vt.l.quod ſi nolit.in. §. in factum, & in.§.illud igitur reſtitui.Et idem tenet gl.in.d.l.ſi prædiū. C.eo. Sed Hug. de Ne.quem ſequitur hic Albe.& Rapha. dicunt q͂ no ( text. hic allegatus in glo.non probant hoc ꝙ detur iſto caſu actio iſta,niſi vſq; ad. lx.dies. Vnde dicit hic Raph. ꝙ neq; naturalis neq; ciuilis ratio videtur hoc pati. Cum enim venditor rehabuerit mancipium quod erat redibendum, iniquum eſſet ꝙ deberet lucrari pretium lapſu tam breuis temporis.arg.l.cum in ea.in princ.infra eod.& cum redibito mancipio velut ex cōſenſu partium tacito ſit reſolutio cōtractus facta actio in perpetuum competere iuri ciuili congruit. l. ex empto. §.is qui vina.ſ.de actio. emp.&.l.ſed & celſus.in.§. ſi fundum. ſ. de contrahen. emp.Quare ergo glo.hic illam actionē in factum vel ex empto velit finiri duobus menſibus,nec litera ibi dicit,nec rationi cōſentaneum eſt.ita dicit hic Rapha.Ego autem credo quod gl. hic melius dicat quā Nico.de Matare. Albe.& Raph.Nam ibi loquitur de actione in factū redibitoria.vt ibi dixi ſuper text. ſed iſta regulariter datur niſi vſque ad lx.dies.vt.l.ſi venditor.&.l.ꝙ ſi nolit.in §.ſi quid ita .ſ.eod.& ita etiam hic,ergo eo modo debet ille caſus in. d. §. in factum.&.d.§.reſtitui.regulari ſecundum dictas regulas,ex quo non reperitur ibi tempus determinatum ſecundū ea quæ dixi.ſ.in.l.præcedenti.in.ij. q. vbi vide pro declaratione huius quæſtionis.

Nec obſt. ꝙ dicit Raph.ꝙ eſt iniquum quod quis tam breui tēpore debeat lucrari pretium quia imputetur ſibi ſi nō egit

egit infra tempus debitum. Nam eadé iniquitas videtur eſſe in caſu iſtius legis in prin. & in caſu. d. l. ſi venditor. & d. l. quod ſi nolit. in. §. ſi quid ita. & tamé tolleratur. ibi. Fateor tamen quod ipſi emptori competeret actio ex empto ad recuperationem pretii ſui, ex quo de voluntate partium fuit reſciſſus contractus per. d. l. ſed & celſus in. §. ſi fundus. ſ. de cõtrahen. emp. Vnde cõcludo cum gl. hic ꝙ actio in factũ redibitoria prætoria de qua loquitur. d. §. in factum, ſcũ ſeq. non durat vltra. lx. dies. licet in caſu illo poſſet agi actione ex empto perpetuum. & ita etiá dixi in effectu in. d. §. in factum. in. iij. q.

15 † Quæro. vij. nunquid iſta actio in factum redibitoria habeat locum in alio caſu & gl. hic. in ver. item ſi non pronunciat, dicit ſcilicet ſi venditor non pronunciat de natione. vt ſ. eod. l. ꝙ ſi nolit. §. quia mancipia. Sed Raph. hic & ibi dicit ꝙ hoc debet intelligi verum cũ erat nationis infimatæ non auté ſi erat bonæ nationis. Ego autem tenui ibi & teneo ꝙ ſub dubio tamen forte ꝙ etiá ſi ſit bonæ nationis & non vult venditor pronuntiare de ea, ꝙ poterit agi in factũ redibitoria, ex eo ꝙ non vult cauere. & ita vult hic expreſſe gl. iſta magna í fi. & iſtud credo verius. Sed aduerte quia dicit hic Raph. quod iſta gl. ſentit ꝙ iſta actio in factũ redibitoria etiam in caſu dicti. §. qui manci pia. durat niſi. lx. diebus. Tamen dicit ipſe ꝙ ibi hæc text. non dicit vnde cum illi iudicio ſeu actioni nõ ſit certũ tempus præfinitum cõgruentius eſt ſub generali regula illum caſum conſtituendum. l. cum lex. ſ. eod. & per ſimilitudinem morborum & vitiorum iudicari. nam de duobus menſibus non reperitur cautum niſi in tribus locis ſeu in tribus caſibus. in quibus ſemper fit redibitio ex cauſa graui, quando autem ex cauſa iuſtiſsima fit redibitio, debet intelligi ſecundum generalem regulam. Finaliter dicit Rapha. quia nemo gloſæ contra dicit quod debemus ſequi gloſ. Ego autem credo quod iſta actio in factum redibitoria de qua in. d. §. qui mancipia. de iure debeat durare niſi. lx. diebus. licet glo. hoc, hic non dicat expreſſe, quia vt dixi in. l. præcedenti. in. ij. q. vbi. plene iſta actio in factum redibitoria, competit in. vij. caſibus. vt dixi etiam in. l. quod ſi nolit. in. §. in factum in. iiij. q. ſupra eo. Modo cum reperitur quod iſta actio duret. lx. diebus tantum in tribus caſibus eſt dicendum quod alii caſus non determinantes tempus debeant iudicari potius ſecundum tépus ſtatutũ iſti actioni, quã actioni redibitoriæ, quæ eſt penitus ſeparata ab iſta actione in factũ. Et iſtud videt mihi verius. Quæro. viij. an iſta actio in factum redibitoria competat in alio caſu & gl. hic in verb. item ſi non caueat. dicit quod ſic ſcilicet ſi nõ cauet véditor de his quę iubét ædiles vt. l. ſi venditor ſ. eo. dic de hoc vt ibi plene dixi.

16 † Quæro nono an competat iſta actio in alio caſu. & glo. dicit quod ſic ſcilicet ſi venditor non pronuntiat de vitiis, licet nõ ſint vitioſa ſecundum quoſdam, poſtea opponit de. l. ſi tamen. §. ei. infra eod. vnde dicit quod ſatis eſt ſi cauet in his vitiis non eſſe mancipium. Tu dic ſecundum Rapha. quod hæc fuit mentes ædilium, vt venditor debeat pronuntiare morbos & vitia cum ſunt, & pro-

nu n

nuntiare nihil aliud eſſe,& debet dicere ſe nolle teneri eorum nomine quæ ſunt.& ſi aduerſus ea fecerit.i.non pronuntiauerit emptori, tunc tenetur iſta actione.Quando autem non ſunt debet pronuntiare.ſed quando incertum eſt an ſit morboſum vel vitioſum tunc ipſe venditor debet cauere ſi venditor nõ dixit eſſe in huiuſmodi cauſis. Si enim certum eſſet non eſſe morboſum vel vitioſum ad quid interponeretur cautio certe ad nihil ergo. vt.l.non cogendum.§.fina.ſupra de procurat.& adde hic quæ dixi in.l.ſi venditor.ſupra eod.
17 maxime in notabili. †Quæro.x.an iſta actio in factum redibitoria competat in alio caſu.& glo.hic nõ ponit. Tu dic quod ſic.videlicet in caſu.l.hi enim §.primo cum.l.ſequen. infra eodem.ſcilicet contra tenentem canem, verrem, aprum,vrſum,lupum, pantheram, vel leonem.vel aliquod animal quod nocere poteſt in ea parte qua vulgo iter fit. vt ibi dicam.& iſtum caſum vt dixi nõ ponit gloſ.hic nec in.l.ſi prædium. C. eod.ſed Rofredus Beneuentanus in ſuis libellis iuris ciuilis in actione in factũ redibitoria bene ponit iſtum caſum & ibi hoc etiã dixi in arbore in iſta actione.& idem dixi id.l.quod ſi nolit.in. §. in factum.in quarta quæſtione ſupra eo
18 dem. †Quæro vndecimo & vltimo. quæ actio competat pro iumentis vitioſis.& videtur ꝙ actio redibitoria.vt.l.j. §.j.ſupra eodem. Tamen contrarium credo verum.videlicet quòd imo detur iſta actio in factũ redibitoria, quæ durat tamen ſex menſes vel quãto minoris infra annum.vt eſt caſus hic in fine principii ad initar actionis redibitoriæ quæ cõpetit pro mancipiis principaliter.Nã in.d.l.j.§.j.non loquitur de iumentis,ſed hic tãtum.ergo. †Sed nũquid illa actio redibitoria competit in aliis rebus quã mancipiis.dic quòd ſic.vt eſt tex.cum glo.& ibi plene dixi in.l.j.in prin.ſupra eodem.

Bartholomæus Cepolla.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis dictum hoc modo ſcriptum iſte ſecundus teſtis per omnia dixit ſicut primus non valet.*

§. LOQVVNTVR. Supra in princi.huius legis poſita ſunt verba edicti ędilium loquentia de iumẽtis.hic incipit vlpianus declarare ipſum.& primo quomodo debeat interpretari & intelligi illud edictum in regulis,& hoc vſque ad.§.iumẽtorum ibi ſecundo principaliter declarat quod veniat appellatione iumentorum vſq; ad.§.non tantũ:Ibi.iij.principaliter declarat quõ iumenta non ſolũ redibẽtur propter morbos vel vitia ſed etiã ſi fiat aduerſus dictum vel promiſſum vſq; ad.§.vendendi.Ibi.iiij. principaliter declarat quæ dicantur ornamẽta cauſa vendendi vſque ſi plura.Ibi poſtea ponit multos caſus in materia vſque ad fi.& iſta ſufficiãt pro ſummario. Nota.iſtum tex.ꝙ ædiles in hoc edicto loquebantur niſi de iumentis redibendis ſed edictum de quo in.l.j.§.j. ſupra eo.loquebatur & loquitur de mãcipiis.

Nunquid autem habeat locum in aliis dixi plene in.d.l.j.in princ. dic vt ibi di

ibi dixi. Not.ſecũdo ꝙ ea cauſa quæ fuit introducendi edictum de mãcipiis in.d.l.j.§.j.ſupra eo.ſ.vt occurrant falla cis venditorũ & ſuccurratur emptoribus vt dicitur in.d.l.j.§.cum huius edicti fuit etiam cauſa introducendi hoc edictum de iumẽtis pro quo facit.l.præ cedens & hoc facit ad id quod dixi ſupra ea.l.in princip.in.iij.q. Not.iij. ibi quicquid textum notabilem ꝙ quicquid eſt dictũ in.l.j.§.j.cũ ſeq. in actione redibitoria de ſeruis morboſis vel vitioſis habet locum regulariter etiã in iſta actione in factum redibitoria in iumentis vitioſis & vide ſolennem text. omnino in.l.cum qui.§.in publicana.ſupra de publicana. †Ex iſto tex.collige argumen.ſecundum Alb.hic. quòd valet dictũ teſtis hoc modo ſcripti iſte ſecũdus teſtis per omnia dixit ſicut primus & ad hoc alle.l.ſi reus ſupra de cõdi.indeb.vbi de hoc etiam ipſe tangit &.l.iij.in prin.de lib.exhib.&.l. vltim. C.de præci.imper.offe.vbi etiã de hoc dixit Alberi.licet contrarium videatur ſentire ſpe.ſi ſpeculator eſſe oportet & pro tu allega etiã opti.tex.in.d.l, cum qui.in.§.in publiciana.& vide text.in.l. idem offilius.in prin.ſupra eo.& quod ibi ſcipſi in.iiij.nota.& vide optimum tex.in.l.iul.in.§.ſi quis colludẽte in fin. ſupra de act.empt.&.l.cum duo.ſupra. de in diẽ adie.&.l.iul.in fi.de acti.emp. & text.in.l.arboribus in fin.ſupra de cõ trahen.empt.& de iſta.quæſt. vide per Ray.& Alb.Docto.in.l.ſi reus.ſupra de condi.in debi.& per Bartol.in.l. legata inutiliter.ff.de lega.primo.& per Bartol.Bald.in leg.fin.in fi. C. de teſtibus & vide Barto.in.l.eos. ff.de fal.& vide omnino Bald. in titul. de pace conſtantie in antepenultim. colla.in final. & vide Bald.in leg. iuriſiurandi.C. de. teſtibus,& vide Salyc.in leg.ſi quis de curio.C.de falſis & gloſſ.& Docto.in cap.cauſam quæ extra de teſtibus & Specuia.& Ioannẽ andræ.in titulo de teſtibus. §. primo verſicu. ſed quid ſi idem teſtis & verſicul. ſequen. & vide nota.per Floren.in leg. quod falſa vel varia.infra de teſtib. & vide omnino Bald.in leg.ſi ampliorem in.§. in refutatoriis.C.de appellatio.& vide omnino Albericũ maletam.in quodam ſuo tractatu eleganti de teſtibus.in tertia parte princip.in decimatertia collatio. verſicu.ſed hic quæro pro declaratione in quibus locis etiam ponitur quando vnus teſtis qui depoſuit ſemel ſuper vno articulo poſtea iterum exminatus dicit dico me tantum ſcire quantum prædixi in alia examinatione & dico in omnibus & per omnia vt ibi dixi, quia nunc non bene recordor. & in hoc ſufficiant prædictæ remiſsiones ne ſim nimis longus. Oppono contra iſtum textum, dum quòd ea quæ habent locum in ſeruis morboſis vel vitioſis habent locum etiam in iumentis.nam hoc non videtur verum per.§, ſed enim ſunt infra eodem. Solut. dicit gloſſ.hic quòd propter hoc dixit hic textus,fere ad denotandum quod hoc eſt regulare licet aliquando hoc fallit, vt ibi & hoc tenet hic Nicol,neapolitan.& Alberic. licet gloſſ. in princip.ſui ponat aliud quod non eſt verum,quia.l.prima in fine cum lege ſequenti ſupra eodem non loquitur de iumentis ergo.

Bartholomæus Cepolla.

SVMM

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Eulogium quomodo exponatur.*
2 *Appellatione iumentorum & pecorum quid*
*contineat, & nu. 12. & .13. & an boues conti*
*neantur appellatione armentorum. nu. 3.*
4 *Caſtratus morboſus dicitur & contra eum*
*vendentem redibitoria agitur.*
5 *Muli; venit appellatione iumentorum.*
6 *Mulus caſtratus non eſt morboſus.*
7 *Mulus generare non poteſt.*
8 *Equus caſtratus an ſit debilior.*
9 *Manus arula an dicatur membrum.*
10 *Actio ciuilis ex empto datur vbi vitium vel*
*morbus non reperitur.*
11 *Aſinus an contineatur beſtiæ appellatione.*

§. IVMENTORVM. Sum-
matus eſt in effectu iſte.
§. vſque ad. §. quęſitũ eſt.
& pone hic caſum ſecun-
dum gloſſ. j. in. l. boues in
1 prin. infra de verbo. ſignifi. †In text.
ibi elogium gloſſ. hic exponit, ideſt ſer-
mo generalis omnia comprehendens:
quandoq; ponitur pro epiſtola ſiue lite
ra miſsiua. vt. l. diuus. ff. de cuſto. reorũ.
& no. extra de dolo & contumacia cum
olim in prima glo. vbi dicit Petrus de
ſanſo. quòd eulogia dicuntur boni ſer-
mones. Quandoq; elogia. i. teſtamenta.
C. de iur. deliberan. l. quidam eulogio
non licet eulogia ab hæreticis recipere
quia ſunt maledictionis non benedi-
tionis. prima quæſtio. prima quod qui-
dam eulogium quod fit not. xviiij. di.
de eulogiis ſecundum Alberic. de roſa.
in ſecundo alphabeto. in verbo eulogia.
2 †Nota. j. quòd eſt differentia inter
iumenta & pecora quia appellatione
iumentorum non veniunt boues vnde
illud bos & iumentum ſunt ad præſepe
ligati ſed appellatione pecorum ſic. vt
eſt tex. hic & idem nota. gloſſ. in. d. leg.
boues in princip. ff. de verbo. ſignifica.

Cui adde quod appellatione pecoris
contineatur etiam magnæ beſtiæ, vt di
cit gloſſ. per iſtum text. in. l. fundi in-
ſtrumento. §. fin. in verbo paſtores. ff.
de fund. inſtruct. Qui-l autem veniat
appellatione beſtiæ minutæ vel magnę
vide text. in. l. prima. §. primo. ſed & qui
per eum. infra de abig. & Bartol. ponit
3 in. l. fina. oues cod. titu. †Cui etiam ad
de quod iumenta faciunt equitium nõ
armentum. vt eſt text. & ibi nota. gloſſ.
ſecunda in. d. l. boues in princip. Sed be
ne appellatione armentorum boues cõ
tinetur. vt. l. ſeruis. §. armento. de lega.
tertio. & nota. gloſſ. in dicta leg. boues.
in princip. Quibus adde ea quæ dicam
infra in ſecũda & tertia quæſtio. No
ta ſecundo quòd in edicto de quo in
iſta. l. in princip. non ſolum fiebat men
tio de iumentis ſed etiam de pecoribus.

Not. tertio ibi quæ de iumentorum
diximus &c. text. pro eo quod dixi ſu-
pra proxi. §. in tertio notabi. Item no
ta hoc. quod facit ad ſtatuta quæ aliquã
do loquuntur in princip. loquuntur in
princip. & poſtea ponitur aliqua clau-
4 ſula quæ extendit princip. †Nota.
iiij. in. §. ſed non ſunt in princ. ꝙ homo
caſtratus dicitur eſſe morboſus & ideo
ſi vẽdatur poteſt agi propter hoc actio
ne redibitoria. vt hic eſt caſus quem o-
mnino vide in. l. ſi ſeruus ſeruũ in. §. ſi
puerum ſupra ad. l. aquil. & vide text. in
l. ſin autẽ quis ſupra eo. & quod ibi dixi
5 in. iij. not. †Not. v. tex. ꝙ appellatio-
ne iu

ne iumentorũ continetur mulus,vt pro baſ hic in.§.ſed enim in prin. Quod facit ad.q.ſecundum Albe.ſtatuti muti nenſis quòd vult ꝙ ſi iumenta moriantur in exercitu.quod emendari debeat pro commune ꝙ ſi mulus mortuus ſit ꝙ debeat emendari. Item poteſt alle gari ad aliam quòd ſi ſtatutum imponit pœnam quando iumenta dant dam num alicui quod comprehenditur etiã mulus & idem tu dicas in ſimilibus.qõ.

6 †Not.ſexto ꝙ mulus licet ſit caſtratus non propter hoc detrahit ſibi de for titudine.& ſic propter hoc non efficitur

7 mormoſus. †Not.vij.ꝙ mulus gene rare non poteſt & ad hoc ſemper allegatur iſte tex.& ratio eſt ſecũdũ Raph. hic quia mulus naſcitur ex improprictate & improprietas non poteſt facere

8 aliam proprietatem. †Nota. viij.ꝙ regulariter animalia & maxime equus ſi eſt caſtratus eſt debilior quaſi non eſ ſet caſtratus & ſic efficitur debilior non tamen propter hoc efficitur morboſus ita quod pro eo poſſit agi redibitoria,

9 ſed actione ex empto ſic. †Not.ix.in ver.celius quoque.argu.ſecundum Bal. quòd ille qui amputat alicui manum aridam non dicatur amputare membrũ dicit tamen ꝙ forte hoc nõ eſt verum licet non detrahat quo ad vtilitatem, tamen inducit deformitatẽ quæ in homine eſt multum curanda.de qua mate ria dic vt plene per Docto.in auct. ſed

10 nouo iure.C.de ſer.fug. †No.x.& vl. hic in fin.ſecundum Angel.ꝙ licet vbi vitium vel morbus non reperiatur non detur actio redibitoria quæ eſt prætoria tñ ciuilis actio ex empto põt dari.vt hic &.l.iul.in prin.ſupra de act.em.&.l. ex ẽpto.in.§.redibitionem. &.§.ſi quis virginẽ & ibi no.eo.ti.&.l. ſciendum.§. dictũ ſupra eod.& ibi dixi cætera quãtum ad glo.dic vt in eis quia omnes cla

11 ræ ſunt. †Quæro tamen hic de vna quæſtio.notabili videlicet an appellatione beſtiæ contineatur aſinus.& dicit quidam ſolennis Doctor D. Mattheus de mateſillanis in ſuis notabilibus in xcvj.notabi.quod incipit not.vnum mi rabile ꝙ beſtiæ de proprio & ſtricto ſignificato comprehenduntur ſolum ani malia fera vt leones vrſus &c.Et ideo in materia exorbitanti & ſtricta anima lia domeſtica non comprehenduntur.l. j.§.beſtias & ibi not.ff.de poſtulan. vul go tamen ſolet derideri inter ſcholares quidam iudex de gloſſeto qui credidit famoſo aduocato aſinum pro beſtia nõ haberi ad hoc allegant Rubricam quę non habetur.C.de aſinis pro beſtiis nõ habendis lib.xij. Sed dictum aduocati illius & ſententia illius iudicis, videtur poſſe ſuſtentari per dictum.§. beſtias quod bene not.pro ſtatutis.dicit tamen ipſe Do.Mattheus quòd prædicta debent limitari niſi ex communi vſu loquendi regionis animalia domeſtica vocentur beſtiæ,quia tali ſignificatui ſtandum eſt.nam in ſtatutis exor bitantibus & correctiuis iur. communis verba debent accipi pro loco ſecun dum communem vſum loquendi regio nis non obſtante quod lex illud vocabu lũ nõ recipiat.l.cum de lanionis.§. aſinam molẽdinariã.ff.de fun.inſtruct.& l.labeo de ſupellec.leg.& capit.ex literis el primo,extra de ſpon.&.l.j.in prin cipio.ff.de ſuis & legit. vbi Bartolus. hoc tenet quod perpetuo tene menti.

Quæro

12 †Quæro ſecūdo quid veniat appellatione iumentorum vide quod ſupra dixi in prin.& vide tex.& quod ibi ſcripſi in.l.boues.in prin.infra de verbo.ſigni.& tex.in.l.ſeruis legatis.§.iumētis. ff.de leg.iij.& in.l.ij.in fi.ſupra ad leg. Aquil.& adde quod ſcribitur Exodi. xxij.& habetur in.c.ſi læſerit. extra de iniur.& damno dato qui dimiſerit iumentum ſuum vt depaſcat aliena pro damno æſtimationē reſtituat. Item adde illud dictum notabilē quod ſcribit * * iumentū quod laſciuit coercendum eſt inedia : & illud bos & iumentum ſunt ad præſepe.

13 ligati. †Quæro tertio quid veniat appellatione pecoris vide vltra ea quæ ſupra dixi tex.in.l.ij.ſupra ad.l.Aquil. & inſtit.ad leg.Aquil.in prin.& in.l.legatis ſeruis & pecoribus. ff.de leg.iij.& iſtas duas quæſtio.hic extende.

Bartholomæus Cepolla de Verona Iuris Vtriuſque Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Actio in factum redibitoria vt competat pro vitio animi iumentorum vitium non debet accidentale eſſe.ſed notabile.*

2 *Mula quæ iugum non patitur an ſit vitioſa, & quid de bobus.nu.3.*

4 *Iumentum à natura habet laborem poſſe ferre, niſi cum alio iumento ſibi contrario iungatur.*

5. QVAESITVM. Mula licet tranſiungi non poſſit ſana eſt non ea quæ alterum iugum non patitur.h.d.ſecundū Rapha.

1 †Not.ſecundum Ange.quòd ad hoc vt competat hoc edictum. id eſt hæc actio in factum redibitoria pro vitio animi iumētorum requiritur quod vitium ſit generale & naturale & non accidētale quod dicit eſſe nota. quia quotidie accidit de facto. Not.ſecundo quod licet pro vitio animi in mācipiis non competat regulariter redibitio ſeu redibitoria ſed pro morbo corporis tātum.vt.l.j.§.fin.cum.l.ſeq.&.l.ob quæ vitia.§.animi vitium. ſupra eod.& ibi dixi.Tamen ſecus eſt in iumentis quia etiam pro vitio animi competit redibitoria facit.l.bouem.§.j.infra eod.quod not. Nota tertio ſecundum glo.j.hic quod licet mula vel bos nolit ire niſi à parte vna puta dextra vel ſiniſtra quod, propter hoc non dicitur vitioſus.

2 †Quæro quid vult dicere textus hic dum dicit quod ſi mula nō patiatur alterum iugum quod nō eſt ſana glo.hic in verbo alterum, exponit& intelligit tribus modis. primo ſecundum Azo.vt intelligatur alterum, id eſt niſi vnum.

Vel ſecundo alterum,id eſt nullum, & iſtam tenet hic Rapha. Vel tertio quod iſte tex.velit facere differentiam. an non poſſit pati iugum ex accidenti & tunc ſit ſana. vt in principio aut ex natura. Et tunc nō ſit ſana.& ita loquitur hic in fine. Intelligendo quod non patitur vel propter vitium vel morbū. quem habet. & de hoc non eſt dubium vel etiam quia à natura habet.quod eſt notabile & hoc videtur ſequi hic Ang. vt dixi ſupra in.j.notabili.& Bald.hic.

Ex quo not.quod ſi aliqua mula nolit pati iugum, id eſt portare quia hoc habet à natura quod propter hoc dicitur vi

tur vitioſa & poteſt rediberi vt eſt caſus hic ſecundum iſtam expoſitionem.

3 †Et idem forte eſt dicendum in bobus qui haberent à natura vt non poſſint pati iugum ad trahendum quod eſt notabile. Sed dicit hic Alberic.quòd ſi exponimus hic verbum alterum, id eſt cum altero debemus referre tãtum ad vitium corporale.nam impoſsibile
4 videtur ſecundum eum quod † aliquod iumentum habeat à natura quòd non poſsit laborem ferre niſi cum alio certo iumento ſibi contrario iungatur.

Dicit tamen ipſe quòd dictum verbum alterum poteſt aliter exponi ſecũdum Oldr.vt intelligatur alterum iugum, ſcilicet cõmodum vt quia eſt aliquid iumentum quod non poteſt commode niſi arare non autem plauſtrum ducere,& hoc nõ eſt incõueniens.Nam & hoc in hominibus accidit. quod melius ſunt diſpoſiti ad vnam artẽ quam aliam ſecũdum plurimos.quod eſt valde notabile. Vnde ex hoc ſingulariter quòd ſi aliquis vendit mihi vnum bouem qui neſciat niſi arare vel niſi ducere plauſtrum quod propter hæc dicitur morboſus & poteſt redire & idem in ſimilibus.

Bartholomæus Cepolla de Verona Iuris Vtriuſque Doctor.

5. NON TANTVM. Iſta actio in factum non tantum datur pro vitiis & morbis iumentorũ venditorum quæ ſunt vendita ſed etiam ſi aduerſus dictum vel promiſſum erit ſicut in actione redibitoria quæ competit pro ſeruis. h. d.in terminis & in ſumma & intellige iſtũ tex.ſecundum Rapha.& bene non ſolum quando dixit vitium abeſſe cum adeſſet ſed etiam quãdo dixit aliquam qualitatẽ bonam adeſſe quæ nõ aderat & verum dicit. Ad hoc vide text.in.l.ſi quid venditor.& in.l.ſciendum.in princip.& in.§.dictum.& vide quod in eis plene dixi de iſta materia.

SVMMARIVM.

1 *Vino vendito an veniant vaſa.*
2 *Lecto legato an eius ornamẽta veniant etiam factina.*
3 *Ornamenta an videantur vendita vendito iumento.*
4 *Factum biduo ante contractum matrimonium vel guerram dicitur ſub tempore contractus matrimonij vel guerræ.*
5 *Equo vendito, an & quando intelligatur vendita ſella frenum & ornamentum. & nu.6.*

5. VENDENDI. Hic iuriſconſultus incipit tractare verba edicti ſupra ead.l. in.ij.reſponſo. videlicet quòd aliquid dicatur eſſe ornatum cauſa vendendi. vt dixi ſupra eod.in.§.loquuntur.in prin. &.h.d. in ſumma iumentum ornatum tempore venditionis vel per duos dies ante vẽditionem dum inſpiceretur venale dicitur ornatum cauſa vendendi. & per conſequens illud ornamentum videtur eſſe venditum. ſecus ſi fuiſſet ornatum cauſa itineris dum oſtenderet.h.d.iſte.§.ſecũdum quod ego ipſum
1 intelligo.†Adde an vendito vel legato vino vel frumento veniant vaſa vini

c vel

vel frumenti. Vide in.l.ſi cui vinum.ff. de aur.& arg.leg.per Bart. An vendito vel legato equo vel agno videatur venditus vel legatus pullos:id eſt,filius.vide in.l.vt certo adeo. ff.commod.†An
2 legato lecto veniant ornamenta lecti, an etiam feſtiua ornamenta.vide text. cum glo.quod ſic in.l.librorum.in fi.de lega.iij.per Bartol. & an veniant lecti vide in.l.iij.§.j. ff.de vino triti.& oleo lega. An autem legato aliquo vaſe videantur legata vaſa in quibus reponuntur & conduntur ſiue latent vt legatis cultellinis an vagina veniat, & aliquo aliq vaſe & copertoria. Vide in l.Herennius.§.penult.de leg.iij.An autem legata aliqna re videatur legata portatura rei.vide in.l.j.de alimentis & ciba.legatis. †In tex.ibi ſub tempo-
3 re. Dicit glo,ſub tunc ſemper quaſi dicat non omni caſu quando iumentum reperitur ornatum ſub tempore venditionis videtur ornatum cauſa vendendi, ſed in duobus caſibus ſequentibus ſic.Primo ſi tempore venditionis,id eſt tempore quo venditur reperitur ornatum. Secundo ſi tempore quo oſtendebatur cauſa vendendi erat ornatum. ſi poſteà infra duos dies eſt ſecuta venditio. tunc iſtis duobus caſibus regulariter videtur ornatum cauſa vendendi. ita quod illa ornamenta videntur vendita:hoc vltimum tamen fallit,quando ſi tempore quo inſpiciebatur venale erat ornatum cauſa itineris. licet poſteà vendatur infra binum ſine ornamentis tantum.quia tunc non videntur vendita illa ornamenta.& ita intelligo totum iſtum text.& ſic ex iſtis habes caſum in terminis in iſto, §. Ibi aut ideo dicit glo.repete.ſi quaſi dicat non ſolum inquit celius iumentum videri ornatum cauſa vendendi.ſi in ipſa venditione eſt ornatum ſed etiam cum inſpiceretur venale ſic ornatum eſſet.& ſic conſtrue ſic literam inquit Celius, aut ſi cum id venale inſpiceretur ſic ornatum eſſet. & intellige hoc caſu quando infra biduum poſtquam fuit oſtenſum venditum eſt. ſecus ſi poſt duos dies.& ita intelligo iſtum.§.quia loquitur continuatiue ad principium dum dixit de biduo. quaſi dicat illud quod dixi ſupra quod iumentum non videtur ornatum cauſa vẽdendi quando biduo fuit ornatum. ante venditionem fallit niſi fuiſſet oſtenſus in illo biduo cum ornamentis, quia tunc illa ornamenta dicerent eſſe appoſita cauſa vendendi.& ſic viderentur eſſe vendita. Vnde à contrario ſi fuiſſet oſtenſum iumentum per tres dies ante venditionem ornatum, illa ornamẽta non viderentur eſſe vendita. vt hic clare probatur.& dicam infra in ſecundo notabili. Ibi itineris cauſa duci. dic, ſcilicet tempore quo oſtenditur equus venalis. Ibi deinde venire ſubaudi ſine ornamentis. & intelligo deinde etiam ſi in die ſequenti venderetur ſine ornamentis cum quibus primo fuit oſtenſus cum haberet tunc temporis ornamenta cauſa itineris, quia tunc illa non videntur eſſe vendita quando tempore venditionis poſteà factæ non reperiuntur ſuper equo.& ſic à contrario videtur velle iſta litera quòd licet ornamenta eſſent appoſita cauſa itineris,ſi tamen eodem tempore quo oſtenditur equus vel iumentum ornatum vend

venderetur. quod tunc videretur eſſe
venditum etiam ornamentum. quod
4 not.& infra dicam in.iij.nota. †Not.
primo quòd illud quod fit ante vendi-
tionem per duos dies in caſu huius.§.
dicitur fieri ſub tempore venditionis
& non in ipſa venditione. ſecundum
Ange.& ſic facit ſecundum Albe.quod
aliquid dicatur factum ſub tempore
contractus vel guerræ vel matrimo-
nii, quando eſt factum biduo ante. vt
hic dicitur quod poteſt valere ad mul-
ta & maxime ad dicta teſtium ſic de-
5 ponentium. †Not. ſecundo quod il-
lud quod dicitur, quod vendito equo
videatur vendita ſella vel frenum. vt
ſupra ead.l.in princi.& ibi dixi in pri-
mo notabi.vbi dedi remiſsiones de hoc
debet intelligi quando equus erat or-
natus & habebat ſellam vel frenum
tempore venditionis indiſtinctè, vel
etiam quando erat ornatus per duos
dies ante venditionem tempore quo
oſtendebatur venale,& habebat illa or-
namenta cauſa vendendi, non cauſa
itineris.& ita etiam intelligit iſtum te-
xtum hic Domi.Paul.de Caſtro & do-
minus meus Domi. Angel. de Aretio
Inſtituta de action. in.§.in duplum. in
materia redibitoriæ.Ex quo nota aliud
quod ſi per tres dies ante perfectam
venditionem oſtendiſſem tibi equum
meum ornatũ ſella & freno cauſa ven-
dendi.& poſt tres dies perfecimus ven-
ditionem, & tempore vẽditionis equus
non erat ornatus. quod ego tunc non
videor vendidiſſe ornamenta. vt dixi
etiam ſuper text.in ver.aut ideo.ad fin.
6 †Not.tertio hic tex.in fi.quod ſi ali-
quis oſtenderet equum venale cauſa
vendendi qui equus haberet ſellam vel
frenum cauſa itineris, quia fecerat ſibi
apponi ſellam & frenum:quia volebat
equitare,vel iam equitauerat, & poſteà
dictum equum ſic armatum ſella &
freno oſtenderit emptori, & tunc em-
ptoris non fuerit perfecta venditio. Et
ſi poſteà perficiatur venditio etiam in-
fra duos dies à tempore quo ipſum
oſtendidit. non videtur dicta ornamen
ta, ſcilicet ſellam & frenum vel ſimilia
vendidiſſ. dum tamen minimè fuerit
ornatus tempore venditionis. caſus eſt
hic in fin.quem ita intelligo vt dixi ſu-
per text. Ex quo not. aliud quod ſi
tempore quo venditur equus reperi-
tur eſſe ornatus,ſiue cauſa vendendi,ſi-
ue cauſa itineris,videntur in dubio illa
ornamenta eſſe vendita. niſi aliud di-
catur vt probatur hic in fine ſi bene
inſpiciatur dum dicit. deinde venire.
quaſi dicat ſecus ſi incontinenti fuiſſet
venditus equus tempore quo oſtende-
batur cum dictis ornamentis etiam ſi
eſſent appoſita cauſa itineris. vt dixi
etiam ſuper textu in fin.quod eſt nota.
Et prædicta dum dixi quod vendi-
to equo videatur eſſe vendita ſella &
alia ornamenta intelligo vera & limi-
ta, niſi dicta ornamenta haberent ar-
ma ipſius venditoris. quia cum illam
concernant perſonam, nõ eſſet æquum
quod tranſirent in aliam ſecundum
Guliel.& Alberic.& Domi.Pau.de Ca-
ſtro.& Doctor.in.l.ſi vt certo. in.§.vſ-
queadeo. ſupra commodati.vbi omni-
no vide Alberic.de Roſat.qui late exa-
minat iſtud:& dicit ibi Dominus Pau-
lus de Caſtro quod communis conſue-
tudo eſt, quod veniant illa cum qui-

bus equus fuit oſtenſus.alia nō.quia de alijs non cenſetur cogitatum per aliquā partem. Item dicit hic Alberic.quòd in curia Romana eſt conſuetudo ꝙ ſella non dicatur vendita,niſi expreſſe hoc dicatur,quæ conſuetudo ſeruanda eſt.l. quod ſi nolit.§.quia aſsidua.ſ.eod.ſcilicet in curia Romana non alibi. Quæro extra quia dicit hic tex.& ſupra dixi quòd quādo fit venditio biduo,poſtquā oſtenſum eſt iumentum &c.an iſti dies computentur de momento ad momentum,& credo quòd ſic,quia idem eſt in actione redhibitoria.vt eſt tex.cum gl. & Bar.in.l.in omnibus.ff.de act.& obliga.& dixi in.l.ſciendum.in.§.tempus.in iij.q.ſupra eo.& dicam forte plene in.l. cum ſex.infra eodem.

Bartholomæus Cæpolla.

§. SI PLVRA. Si plura iumenta quæ non ſunt eiuſdē officij emerint & ornamentum vnius non traditur per venditorem datur actio in factum redhibitoria ad redhibendum ſolum illud iumentum,cuius erat ornamē ta.h.d.ſecundum gl.hic in ver.ornamentum.Vel ſic ſi ornamentum vnius iumēti eſt vitioſum poteſt illud ſolum animal rediberi cuius erat ornamentum 1
non autem alia animalia.licet eſſent ſi- 2
mul vendita.hoc dicit ſecundum intelle 3
ctum quem credo verum.vt dixi plene 4
ſupra eadem.l.in princip.in.iij.quæſtio.

In tex.ibi propter vnius ornamentū ſubaudi non traditum ſecundum gl.hic in ver.ornamentum.& ſic facit pro intellectu Ricar.malum.& Rapha.vt dixi plene ſupra eadem.l.in prin.in.iij.quæſtio.Vel forte melius ſubaudi vitioſum. & quòd ita debeat intelligi videtur hic probare textus.dum arguit de vno iugo morboſo ad ornamentum quaſi velit dicere.ſicut ſi vnum iugum eſt vitioſum alia iuga non redhibentur.ita etiam quādo ornamentum vnius eſt vitioſum.alia iumenta non redhibētur.quaſi dicat.ſed bene redhibetur illud cuius ornamentū erat vitioſum alias non eſſet multū bona comparatio quā facit iſte tex.& iſtud vltimum credo verius.vt plene dixi.ſ. ea.l.in prin.in.iij.q.dic vt ibi. In tex. ibi,vnum iugum.i.vnum par mularum. vt.j.proximo.§.ſecundum Albe. Oppo.contra iſtum text.Quandocunq; intelligatur,& imo videtur quod non ſolū debeat redhiberi illud iumentum cuius ornamentum eſt vitioſum vel illud vigum quod eſt vitioſum.ſed etiā omnia. vt.l.cum eiuſdem.ſ.eo.Sol.gl.hic ſoluit pluribus modis.Raph.hic tenet vltimā. Tu potes tenere etiam primam ſecundum ea quæ dixi in.l.cum eiuſdem.ſupra eo.in.iij.oppo.dic vt ibi.

Bartholomæus Cæpolla.

SVMMARIVM.

☞ *Tragedi qui dicantur & Mimi.*
*Verbum computationis quo modo ponatur.*
*Actio quanto minoris pretoria quæ ſit.*
*Vno pretio quo modo intelligatur.*

§. SI FORTE. Iſte.§.congrue ſummari non pōt quia ponit multos caſus diſtinguendo vſque ad.l.hi.enim §.j.inf

1 §.j.infra eod. †In tex.ibi,tragedi qui ſint iſti vide in decretis.xcij.diſt.cantantes & in princi.tragediarum Senecæ.& vide per Alber.in ſuo Alpha. Ibi mimi.i.ioculatores ſimul talem artem exercentes ſecundum Alber.vide.l.mime. C.de epiſcop.audi.& ibi gl. No.j.quando venditur iugum mularum .i.vnum par,& altera eſt vitioſa.quo modo debeat fieri extimatio illius quæ eſt vitioſa. de quo vide tex.in.l.ſi plura.ſ.eo.& l.labeo.infra eo.& vide quod ibi dicam de
2 iſta materia plene. †No.ij.ibi erit computandum ſecundum Bal.pro verbum computationis ponitur pro ſolutione quo de quo verbo vide in.d.l.ſi.§.in com
3 putatione.C.de iur.delib. †No.iij.ibi quãto minoris ſit & ibi quanto minoris cum veniret vtrũque fuerit quod actio quãto minoris prætoria eſt actio,quanto minoris res eſt vt hic probatur.& hoc vult glo.hic in ver.veniret.& ad idẽ eſt text. in.l.quod ſi nollit in.§.ſi plures. ſupra eo.& ibi gloſ.notat. & ibi dixi ſecus in actione quanto minoris ciuili.quæ dicitur actio ex empto quãto minoris quia illa dicitur actio quãto minoris emptu rus fuiſſem.vt eſt caſus in.l.Iul.in prin. & ibi glo.hoc not.ſupra de act.em.& ibi per Doc. No.4.ibi tã emptori quam venditori ad id quod dixi in.l.cum eiuſdem.ſupra eo.in.iij.oppo.nam id vide-
5 tur probari, quòd quando ſunt plures res eiuſdem generis vendite quæ non poſſunt commode ſeparari tam ex parte emptoris quam venditoris & ſic vni cum pretium quòd propter vnam vitioſam alie etiam redhibentur de quo dic vt ibi plene dixi. No.v.in verſi. ſi tamen nondum tex.quem ſepius allegaui.d.l.eiuſdem.ſupra eodem maxime in iij.oppo.vbi omnino vide.quia ibi declaro.& vide quòd dixit Barto.per hunc.§.
4 in.l.vbi fideiuſſor.ff.de ſolut. †Opp. contra iſtum textum in ver.ſi tamen nõdum.de.d.l.cum eiuſdem.Solu.glo .hic in verſi.vno pretio ſoluit duobus modis.Primo quòd exponatur vno pretio idest vnito,ideſt ſumma vna erat ex ſingulorum pretio collecta,quaſi dicat ibi loquitur quando erat vnicum pretium. hic quando plura pretia . ſed iſta ſolut. deſtruit hunc text.pro ea tamen facit.l. ſi plura.in princip.ſupra eod.vt ibi dixi, ſuper text.& in quarto notabili. Ex hac tamen ſolutione . Quod ſi emo plures res pro pretio centum ſolidorum.videlicet.x.pro tali &c.ita quod licet ſit vnũ pretium tamen eſt habitus certus reſpectus ad pretia ſingularum rerum. certe plures dicuntur venditiones,ita notabili.dicit Bartol.per iſtam gloſſ.in ſua diſputatione quæ incip. publicanus quidam ad fin.ex quo etiam inducit ad aliã quæſtio.dic vt ibi & hic extende. Vnde glo.ſoluit ſecundo.quòd hic non erant eiuſdem officii ibi ſic.& iſtam teneas vt ibi plene dixi ſecundum Dominum Signorinum de Mediolano.

Bartholomeus Cepolla de Verona.

## L. HI ENIM.

### SVMMARIVM.

1 *Solidus quo modo accipiatur.*
2 *Contra tenentes vrſos vel leones & ſimiles etiã ligatas in loco publico quo vulgo iter ſit datur actio in factum redhibitoria.*

3 *Ioculator cuius animal aliquem interfecit qua pœna puniatur. & cui applicetur ipſa pœna, nume. 4.*

5 *Actio in factum de pauperie an locum habet in adilitio edicto.*

6 *Actio in factum redhibitoria an detur contra dominum canis qui dedit damnum contra naturam ſui generis communis.*

7 *Actio in factum redhibitoria. in quo differunt ab actione legis aquilie. de pauperie. & de paſtu pecoris*

8 *Actio que detur contra dominum canis qui intrauit domum vicini. & carnes vel ſimilia cõedit.*

9 *Actione de paſtu pecoru tenetur dominus colũbarum pro damno dato ab eis ad granarium alicuius.*

10 *Locus quo vulgo iter fit quis ſit.*

11 *Animalia ferocia in domo tenens qua actione teneatur pro damnis datis ab eis.*

12 *Actione de pauperie tenetur ducens canem qui aſperitate ſua euaſit & alicui damnum dedit.*

13 *Fera ſi inſtigatione alicuius damnum dedit quis teneatur.*

14 *Contra tenentem feram in loco quo nocere poteſt an agi poſſit, vt non teneat.*

15 *Dominus cuius fera aliquem interemit an irregularis efficiatur.*

16 *Actio que datur cõtra tenentem animal ferox que ſit.*

5. DENIQVE. Dicit hic Albe. & Rapha. quòd hic ponitur alia pars edicti ædilium in qua loquitur de animalibus quæ nocere poſſunt. Vel dic ſecundum Ang. quòd in ſuperioribus habuimꝰ duo edicta ædilium curiliũ. vnum in. l. prima. §. primo ſupra eodem. cum venduntur mancipia. Aliud in. l. ædiles aiunt in princip. ſupra eodem cum vendantur iumenta. hic ponitur tertium edictum circa alia ferra. & iſtud forte eſt verius quod hic ponatur tertium edictum. potius quam alia pars alterius edicti iſtud ſit penitus ſeparatum ab aliis. & hoc dicit in ſumma iſte. §. vſque ad. l. bouem. Contra tenentem Canem, Verrem, Vrſum, vel Aprum, vel aliud animal quod nocere poſsit eá parte qua vulgo iter fit datur actio iſta in factum redhibitoria ad id quod dicitur in. l. qua vulgo. hoc dicit, concordat. §. penultimo. inſtitut. ſi quadrup. pauperi. feciſſ. dicat. & vide omnino text. xxiij. quæſtion. v. de. occidendis circa princip. ibi. Vnde reus eſt mortis. & ibi gloſ. in verſic. reus eſt. In text. ibi vt quis accipe verb. quod infra in. l. qua vulgo. ibi ita habuiſſe velit. & cum illo conſtrue ſecundum Angel. & bene.

In text. ibi, minorem Aprum dic. ſcilicet porco domeſtico ſecundum Rapha. qui dicit quod tamen idem eſt ſi eſſet maior & maximus. quia Imperator. Inſtitu. ſi quadrupe. fe. dica. §. finali. vbi ponitur iſte text. ad literam. non repetit
1 hoc verbum minoris ergo. † In text. ibi, ſolidi ducenti dic. ideſt ducenti aurei. Nam ſolidus capitur pro aureo, ſeu ducato. vt. l. fina. ſupra de in ius vocan. & inſtitut. de pœna temer. litigan. in fin. cum ſimilib. & ſeptuaginta duo de iſtis faciunt vnam libram. l. quoties. C. de ſuſcept. & archa. libro. xij. Ibi homini libero ſubaudi in corpore ita quod non perit. Ibi condemnetur. ſubaudi non habita ratione deformitatis. ſed impenſatum tantum in curatione factarum & operarum amiſſarum, & amittendarum. vt ſupra ſi quadrupe. pauper. fe

cis. di

ciſ.dica.l.ex hac.&.l.finali ſupra de his
qui deiece.vel effu.ſecundum Odoffre-
2 dum.& Angel. † Not.bene iſtum te-
xtum & maxime in.l.& generaliter.ibi
ſiue ſoluta ſiue obligata.tex.contra mul
tos nobiles qui tenent Vrſos vel Leo-
nes,& ſimiles etiam ligatas in loco pu-
blico quod ſi dant damnum quod tenen
tur iſta actione in factum ſecundum ꝙ
3 habetur hic. †Nota ſecundo iſtum
textum in.l.quavulgo.qui allegatur per
Dominum Ludouicum de Roman. in
quodam ſuo ſingula.ad quæſtion. quæ
ſæpe contingere poteſt. Ioculatores du-
cunt aliquando per ciuitatem animalia
ſilueſtria.& hominibus fera ligata aut
non ligata.& ex eo fit vt quidam occi-
dat ex his animalibus an pœna mortis
teneatur ioculator.tu diceres quòd ſic.
& vide text.in gloſ.in verſicul. reus eſt
vigeſimotertio quæſtione quinto.de oc
cidendis tamē contrarium eſt.& hic eſt
caſus quòd punitur tantum pœna du-
centorum ſolidorum ideſt aureorū vt
dixi ſuper textu & ratio eſt ſecundum
eum propter fatuitatem ciuium,qui per
mittunt ducere illa animalia in illa ciui
tate cùm ſint fera.quod ſingulariter &
perpetuò tene menti. Opponitur pri
mo cōtra iſtum textum dum vult quod
fiat extimatio corporis liberi.nam eſt
contra dicta.l.ex hac ſupra ſi quadru-
pe.pauper.feciſ. dicat.& contra.l.liber
homo.la prima.in principio.ſupra ad le
gem aquiliam.&.l.ſecunda.§.placuit ſu
pra ad legem rhodiam de iactu.&.l.fi-
nali ſupra de his qui deiecerunt.vel ef-
fu.Solut.dic quòd iſte non eſt extima-
tio corporis liberi. Sed pœna tenenti ta
les beſtias contra edictum ædilium ſe-
cundum Albericum.Papinian.& Albo-
ric.hic.& vide ſupra de his qui deiecer.
vel effu.l.prima in principio .&.l.ſi ve-
ro plures.§.quæ autem. Opponitur
ſecundo dum dicitur in.l.& generaliter
quod noceret animal.nam videtur vel-
le quod ſi aliquis teneret animal in lo-
co quo vulgo iter fit quod nocere poſ-
ſit.licet non noceat.quòd propter hoc
non male faciat. nec prohibeatur ab
ædilibus quod non videtur æquum. &
contrarium innuit.l.ſequen.qua vulgo;
ibi damnum ne dare poſſit Solut.dicit
hic gloſ.in verſicul.noceret expone,id-
eſt nocere poſſet.ſic etiam habetur in.l.
labeo.de ſtatu liberto.vbi exponitur vi
debitur,ideſt videre poterit.& pro hoc
facit gloſ.in.l.quod in verſicul.naſcatur
de liberis agnoſcendis.& gloſſ.in.l. hæ
actiones.in verſicu.competere.ſupra ad
Vellianum.& gloſ.in.l.ſecunda.§.fina-
li in verſiculo perpetuæ.ſupra de capit.
4 dimi. cum ſimilibus. Quæro primo
quia dicitur hic quod ſi homo liber in-
terficitur quod condemnatur dominus
animalis in ducentis aureis cui applica
buntur iſti aurei.gloſſ.hic in verſi.præ-
ſtabuntur ſe remittit ad not.in.l.ſi ve-
ro.§.quæ autem ſupra de his qui deie-
runt vel effu.& gloſſ.ibi in verſicu.pœ-
nalis.videtur dicere quod dimidia ap-
plicetur parti dimidia fiſco.& intelligo
parti.ideſt hæredi defuncti.non tamen
hæredi vt hæredi.ſed vt vni de populo.
argumen.text.cum gloſ.in dicta.l.ſi ve-
vero.in.§.final.in verſicu.hæredi eodem
titu.Tamen inquantum vult illa gloſſ.
quod dimidia detur fiſco non credo ꝙ
dicat verum. maxime in caſu noſtro.
imo credo quòd totum applicetur par-

ti per doctrinam quam ponit Bart.in.l. agraria. ff. de termino moto. vbi dicit notabiliter quod aliquando lex imponens pœnam introducit actionem, aliquãdo introducit accuſationem aliquã do ſimpliciter loquitur.Primo caſu regulariter applicat parti.l.ſi cui de verborum ſignific.&.l. ſi id quod ſupra de iuriſdi.omnium iudi.Secundo caſu applicatur fiſco.vt.l.mulctarum.C.de modo mulctarũ. Tertio caſu in dubio applicatur fiſco quia in dubio videtur introducere accuſationem.vt.l. iubemus §.his iudicibus.C.de ſacroſanct. eccl.& d.l.multarum.C.de modo mulcta.Modo in propoſito in iſtis legibus introducitur, & datur actio in factum. vt infra dicam in quæſtione. ergo pœna debet applicari parti, & vide omnino quod notat Floria.circa hoc in dicta. l. ſi vero.in.§.hæc autem ſupra de his qui deiece.vel effude.

5 † Quæro ſecundo quia dicitur hic in fi.quod ſi eſt datum damnum in aliis rebus quam in homine libero quod tenetur actione in factum ad duplum,an poſſit agi etiam actione in factum de pauperie.& gloſſ.hic vltima dicit quod ſic ſecundum Azonem. & allegat tex. Inſtitu.de perpe. & tempora.actio.in.§.fin.vbi eſt caſus in verſic.ſi pater has.Sed aduerte quia hoc nõ videtur verum. Nam actio in factum de pauperie habet locum quando damnum eſt datum ab animali irrationabili moto ex laſciuia vel furore contra naturam ſui generis, non autem quando eſt datum propter naturalem feritatem,vt eſt caſus in.§.hæc actio. inſtitu. eodem titu.ſi quadru. pauper. feciſ. dicta.& in lege prima.§.in beſtiis.ſupra ſi quadrup.pauper.feciſ. dicat. vnde dico quod eſt verum quod in caſu iſtarum legum non datur actio de pauperie directa.Sed vtilis.& ita debet intelligi dicto.§.fina.& hoc vult ibi gloſſ. in verſi. locum habebit, & idem tenet gloſſ.in dicto.§.hæc actio.eodem titu.in verſic. ceſſat. & hoc quando animal ferox, de quo hic non euaſit de manibus domini ſed nocuit. ſi autem euaſiſſet & nocuiſſet tunc dominus amplius non tenetur nec directa nec vtili actione de pauperie,& iſte eſt caſus qui ita debet intelligi ſecundum.Iacob.Butri. & Floria.ibi in.d.l.prima. §. in beſtiis. ſupra ſi quadrupe.pauper. dicat. quod tamen limita vt dicam infra in.viij.quæſtio.Item aduerte dum iſta gloſſ. vult quod iſta actio in factũ & actio de pauperie poſſunt intentari intelligo aptitudine vel vna vel altera, ſed ſi vna fuit prius intentata tunc an altera tollatur. dic vt habetur notabiliter per gloſſ. in dicto §.finali inſtituta ſi quadrupes pauper. feciſſ. dicat & per gloſſ. ordinariam in l.tertia in fine in glo.magna ſupra nau. caupon. ſtabula. & vide omnino quod notat Dyn.& Bartol.in.l.prima.§.vnde quare. ff.de publicanis. Quæro tertio quia iſte textus loquitur de animali feroce dante damnum ſecundum naturam ſuam ferocem.

6 †quid in cane dante damnum contra naturam ſui generis communis an tunc detur iſta actio dic quod datur tunc actio directa de pauperie.vt eſt caſus in dicto.§. hęc autem actio.Inſtitut.ſi quadrupes paupe. feciſſ.dicat.Imò dicit plus gloſſ.in prima in.§.in beſtiis.in ver.non habet. ſupra ſi quadrup.pauper.feciſ.dica. quod

da

datur etiam iſta actio quæ oritur ex iſto edicto ædilitio per iſtum textum. dum dicit ne quis canem &c. Quæro quarto pro declaratione huius materiæ.
7 †Quid differt iſta actio ab actione l. aquilie. & ab actione noxali. & ab actione de pauperie. & ab actione de paſtu pecoris. & dic quod actio legis aquilie habet locum quando eſt datum damnum à libero homine vel etiam ſeruo domino ſciente, & non prohibente cum prohibere poſsit. vt. l. enim ſupra ad. l. aquiliam. & l. ſecunda ſupra de noxali. quam omnino vide & forte iſto caſu dabitur etiam noxalis in totum. vt probatur in dicta. l. ante fi. in verſicul. ſed placet. de noxalibus. Actio noxalis locum habet quando ſeruus dat damnum domino ignorante. & tunc eſt proprie noxalis, quia dominus poteſt reſarcire damnum vel dare ſeruum pro noxali. l. miles. §. decem. ff. de re iudica. & inſtit. de noxali. in principio. & per tot. & in. l. prima. & ſecunda, & per totum. ſupra de noxali. Item quando liber homo noxiam dedit & poſtea efficitur ſeruus. vt in. §. ex diuerſo. inſtitu. eo. Item forte datur etiam iſta actio, quando dominus fuit ſciens & prohibere potuit. quo caſu datur inſolidum vt. d. l. ſecunda ad fi. ſupra de noxali. & ſupra ſtatim dixi. Actio vero in factum de pauperie directa locum habet &, datur quãdo eſt datũ damnum ab animali irrationabili moto ex laſciuia vel furore cõtra naturam ſui generis. vt inſtitu. ſi quadrupe. pauper. fecis. dica. in. §. hæc actio. & l. prima. §. j. ff. ſi quadru. pauper. feciſ. dica. & hoc quando animal quadrupes damnum dedit. Si autem bipes vt eſt gallus. vel ſimilia animalia tunc datur actio vtilis de pauperie vt eſt caſus in l. penul. eo. ti. & iſta poteſt dici actio noxalis de pauperie, quia eſt in poteſtate domini dare animal dãs damnum pro noxa. vt in. l. j. in prin. ſupra ſi quadru. pauper. feciſ. dica. Item vtilis datur in alio caſu vt ſtatim dicam in actione noſtra in factum redibitoria. Actio de paſtu pecoris habet locum quando animal dat damnum non contra naturam ſui generis. vt ſi pecora paſcunt in fundo alieno. vt. l. quintus. §. j. ff. ad. l. aquil. & de omnibus iſtis vide ꝙ ſcribit dominus meus D. Ang. Gambilo. de Aret. inſtit. de actio. in. §. ex maleficiis in materia. l. aquil. Actio vero in factum redibitoria de qua loquunt iſtę. ll. noſtræ hic habet locũ quando animal ferox dedit damnum ſecundum naturam ſui generis vel ſuã, quia hic loquit etiam de cane, qui ſecundum ſuam naturam eſt ferox. licet genus tamen non ſit regulariter ferox. vt eſt tex. cum glo. in ver. in l. j. §. ſed ſi canis. ſ. ſi quadru. pauper. feciſ. dicat. & iſto caſu poteſt etiã competere actio vtilis de pauperie. vt eſt caſus in. §. fi. inſtitu. ſi quadrupes pauper. feciſſe dicatur. vt. ſ. dixi in. ij. & iij. quæſtio. quæ omnia no. ex iſtis poteris diſcutere multas quæſtiones quotidianas contingentes in iſta materia. 8
8 † Quæro v. iuxta prædicta vnus canis reperitur intra domum vicini, & comedere ei carnes vel porcum vel farinã vel oleũ an tunc aliqua actio & quæ detur. nam videtur quod actio in factum de pauperie non competit, cum naturale ſit canes comedere carnes, vel porcum, vel oleum vel ſimilia. Quod tamen Odo-

fredus limitat, ſcilicet quod non detur
recta, ſed vtilis ſic vt in feris. vt. l. j. §. in
beſtiis. ſupra ſi quadru. pauper. fecis. di-
cat. & inſti. ſi quadrup. pauper. fecis. di-
ca: & dicit hanc opinionem eſſe multũ
æquam Alii dixerunt dari vtilẽ de pa-
ſtu pecoris arg. j̃. de præſcri. verb. l. qui
ſeruandarum. in. §. fi. & iſtud videtur ve
rum per prædicta. Alii dixerũt nullum
dari remediũ quia imputét ſibi qui nõ
bene cuſtodiũt res ſuas, ar. l. quod quis.
ff. de reg. iur. Alii vt Iaco. de Aret. dixe-
runt dari vtilẽ aquiliam. facit pro hoc.
l. qui occidit. §. ſi quis. s̃. ad. l. aquil. &
C. ad. l. aquil. l. fi. ita refert Flor. in. l. j. §.
j. s̃. ſupra ſi quadru. pauper. fecis. dicat.
quę dicit quod concluſiue poteſt dici ꝙ
ſi culpa domini canis poteſt argui. ſal-
tem leuiſsima, quod tunc dominus te-
netur ad extimationem damni vtili a-
quilia. l. quemadmodum. §. magiſtratus
ad. l. aquil. & l. j. & ij. & iij. s̃. de nox. Sed
ſi non poteſt argui culpa. tunc de æqui
tate detur actio in factum. vt infra de
præſcrip. verb. l. quoties. & dicit quod
hæc diſtinctio colligiſ ex verbis Pet. &
Gy. in. l. fi. C. ad. l. aquil. vel dic tu quod
forte datur iſto caſu indiſtinctè actio
de paſtu pecoris per ea quæ dixi. s̃. de
actione de paſtu pecoris. Nam quis de-
bet tenere canes ſuos ne dent alicui da-
mnum ſicut etiam eſt in aliis animali-
9 bus. † Vnde propterhoc ego credo quod
idem ſit dicendum in columbis qui ve-
niunt ad granarium alicuius ad come-
dendum frumentum, ſcilicet quod tunc
dominus columbarum teneatur actio-
ne de paſtu pecoris ſaltem vtili. ſecun-
dum Do. Flor. teneretur ſaltem de ęqui
tate actione in factum, quod bene not.
quia ſæpius hoc contingit in cane vici-
ni. vel in columbis domeſticis qui dant
damnum in domo vicini vel in agro.
10 vbi milium vel aliæ fruges. † Quæro
ſexto iſte tex. loquitur quando quis te-
net alia animalia in loco quo vulgo iter
fit, quis eſt ille locus in quo vulgo iter
fit. Dic ſiue ſit in ciuitate, ſiue ſit in vi-
co, & in ſuburbiis, ſiue in aliis quibuſ-
cunq; viis, ſiue ſint in ciuitate ſiue ali-
bi extra vt in rure. dummodo ibi vulgo
iter fiat. vt eſt caſus qui hoc optime pro
bat in. l. penul. hoc edictum. coniunctis
ibi duabus gloſellis. & coniuncta. l. pri-
ma in principio. ff. de his qui deiecer.
vel effuderunt. Quod nota contra iſtos
qui tenent etiam animalia ferocia in
rure etiam ligata quæ nocere poſſunt.
11 † Quæro ſeptimo nũquid iſtæ leges ha
bent locũ in illo qui teneret canem fe-
rocem vel vrſum vel aprum in domo,
& videtur quod nõ per tex. hic in. l. qua
vulgo. In contrariũ videtur quod indi-
ſtinctè ſiue teneat in domo diſſolutum
ſiue ligatum quod indiſtinctè teneatur
vt eſt text. cum gloſſ. fi. in fi. in. l. hæc a-
ctio. la. j. §. j. ſupra ſi quadr. paupe. fecis.
dicat. Ego autem diſtinguerem ſic. aut
quis tenet animal ferox in via qua vul
go iter fit. & tũc indiſtinctè, ſiue teneat
ligatum ſiue diſſolutum. ita quod noce
re poſsit, tenetur. & ita loquitur hic ma
xime in. l. qua vulgo. aut ipſe tenet eum
in domo. & tunc aut tenet ligatum. &
non tenetur. aut diſſolutum, & tunc te-
netur. & hoc per tex. in. d. l. hæc actio. §.
j. vbi eſt caſus. nec placet mihi illud ꝙ
vult ibi gl. fi. cum dicit ꝙ etiam pro vr-
ſo ligato agitur. vt in. §. fi. Inſtit. ſi qua-
dru. pauper. fecis. dica. & hic quia loqui
tur

tur quando teneret in loco qua vulgo
iter fit. quia omni casu impinget peri-
21 lum. non ſic quando eſt in domo. † Quæ-
ro. viij. Aliquis habet vnum canem &
mittit ipſum forte ad villā vel ad aliū
locū & dum ducitur aſperitate ſua eua-
ſit & aufugit, & alicui damnū dedit, an
tunc dominus teneatur vel ducens, &
videtur ꝙ nullus. vt. l. j. §. in beſtiis. ff. ſi
pauper. fecisſ. dica. Tu dicas ꝙ ſi ex im-
becillitate ducentis qui fugit in culpa
aufugit ipſe ducens tenetur & non dñs
vt eſt caſus cū gl. in. d. l. j. §. ſed ſi canis.
Vnde propter hoc ego credo ꝙ ſi aliqs
habebat vnū vrſum ferocē vel vnū leo
nem in domo, & culpa ſua aufugerit de
domo & alicui damnum dederit ꝙ ipſe
dñs teneretur. arg. d. §. ſed ſi canis. con-
iuncta gl. Nec ob. §. in beſtiis. in. d. l. j. §.
j. quia ego ipſum intelligo quando ſine
23 culpa aufugit. † Quæro. ix. aliquis ha-
bet vnū vrſum domeſticū vel vnū cer-
uum qui ibat per ciuitatē & nulli noce
bat. ſicut ego vidi ſæpius Veronæ & Bo
noniæ. pueri inſtigauerunt eū. ita quod
vnum interfecit vel vulnerauit. an tunc
dñs teneat, dicas ꝙ non, ſed tenetur in-
ſtigans vel irritās actione l. aquiliæ. vel
actione in factū. vt eſt tex. cū gl. in. d. l. j.
§. ſed ſi inſtigatu. ff. ſi quadru. pauper. fe-
ciſ. dicat. & eſt tex. cum gl. in. l. item mol
la in. §. item cum eo. ff. ad. l. aquil. vbi o-
24 mnino vide. † Quæro. x. aliquis tenet
vnū vrſum vel vnā ſimiā ferocē in lo-
co quo vulgo iter fit diſſolutū, vel liga-
tum, ita ꝙ nocere poſsit, an tunc poſsit
agi cōtra ipſum, vt non teneat ibi etiā
antequam detur damnum. & gl. hic in
l. generaliter in ver. noceret ſentit ꝙ nō
per. l. generaliter in ver. ſi aduerſus hic.

Ego autem credo contrarium. ſ. quod
poſsit cogi ad hoc vt remoueatur. ſi fa-
cile damnū dare poſſet, & hoc per text.
in. l. ſi vero. §. prætor ait el. j. & el. ij. cū
gloſellis. ibi in verſi. poſsit quæ dicunt
ſcilicet facile. & ibi vide Flor. & ratio
poteſt aſsignari quia melius eſt occur-
rere, quam poſt exitum vendicare. vt. l.
prima. C. quando liceat vnicuique ſine
22 iudi. vendi. & quia melius intacta iura
alicuius ſeruare quam poſt vulneratā
cauſam remedium quærere vt. l. fin. C.
in quibus cau. in inte. reſti. non eſt ne-
ceſſaria. Nec obſt. iſte text. in. l. qua vul
go in ver. aduerſus, quia fateor quod nō
datur iſta actio penalis in ducentis au-
reis vel in duplo niſi damno dato. ſed,
bene poteſt dari ad remouendum ani-
mal per. d. l. ſi vero. §. prætor ait cum ſi-
milibus ſupra de his qui deiecc. vel effu
de. & forte iſta actio quæ datur ad re-
mouendum iſtud animal ferox eſt po-
pularis & competit vnicuiq; de popu-
lo. arg. glo. in. l. ſi vero in. §. fi. in ver. hæ-
redi. ſupra de his qui deiecc. vel effu. cō-
iuncta. l. j. in prin. & §. ſumma cum vti-
15 litate eod. titu. † Quæro. xj. ſi vrſus, vel
leo, vel aliud animal alicuius vel ſer-
uus interimat aliquem an dominus ef-
ficiatur irregularis. Vide Inno. in. c. ad
audientiam ante fi. & in ſpe. de legato.
§. iuxta propoſitionis. verſi. quid ſi ali-
16 quis tenet ceruum vel leonem. † Quæ-
ro. xij. & vlti. quomodo vocetur iſta a-
ctio quæ competit in iſtis legibus no-
ſtris. dic quod vocatur actio in factum
quæ oritur ex edicto ædilitio. & de hoc
non eſt dubium. Sed dicit plus Ro-
fredus Beneuentan. in libellis ſuis iu-
ris ciuilis in actione in factum redibi-
toria

toria quæ habet locum in ſeptem caſibus.vt dixi in.l.ꝙ ſi nolit in.§.in factũ. in.iiij.q.ſupra eo.& in.l.ædiles aiunt in princ.inter quos eſt vnus de illis,vt ibi tenui & aduerte ꝙ in caſu noſtro nõ poteſt dici proprie redibitoria. quia non tractatur de aliqua redibitiõe.quia nullus contractus intercidit. Vnde fortè non eſſet malum dicere quòd iſta ſit actio in factum ſimpliciter non redibitoria cogito ſuper hoc.Nam ex hoc ſequeretur magnus effectus quia ſi diceremus quòd eſſet illa actio in factũ redibitoria quæ competit in aliis ſex caſibus,oporteret nos dicere quòd iſta actio duraret niſi.lx.dieb*.ſicut durat in aliis caſibus ſuis.vt dixi.l.quòd ſi nolit in.§.in factum.in.iij.quæſtio.& in.§. præcipiunt in.ij.quęſtio & in.l.ædiles aiũt.in princip.in quarta quæſtio.ſupra eodé. ſed ſi non eſſet illa forte duraret ſaltem anno.quia eſt prætoria.vt inſtr.de perpet.& tempora.actio.cogita. Cæterum iſta actio quæ datur contra tenentem animal ferox vt remoueat datur in perpetuum donec tenet quia ex quo quotidie tenet qui ex noua retentione naſcitur,ſeu oritur iſta actio.vnde ſibi nunquam poteſt præſcribi. argumen. not.in.l.eum qui.in.§. in popularibus. ſupra de iur.iur.

Bartholomæus Cepolla de Verona.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Vaca bouis appellatione continetur. & equa appellatione equi.*

2 *Actio redibitoria pro vitijs animi competit in iumentis & in ſeruis.nume.3.*

1. BOVEM. Hucuſq; iuriſconſultus poſuit tria capita edicti,ſeu tria edicta ædilium.nunc modo ponit mixtim quinque de primo,quinque de ſecundo. & hic in principio ponit de ſecundo.& hoc dicit Bos,qui cornu petit,vel mula,quæ peſſundat,vel iumentum, quæ ſine cauſa turbãtur,ſunt vitioſa.hoc dicit.
2 †Appellatione bouis continetur vaca.l.ſi aliena.Et ſi hos alias ſi bos.ff.de vſucapi.ſicut appellatiõne equi venit equa.l. equis.j.&.ij.cum gloſ.ff.de vſuris. In textu ibi,tenebuntur,& dic ꝙ iſta appellantur pauida,quæ ſine cauſa timẽt & fugiunt ſecundum Albericum.& vide quod not.in.l.is qui.in glo.ex quinque cauſis.& vide quæ dicam infra in j.notabili.
2 †Not.ergo ꝙ licet pro vitio animi ſerui regulariter non competit actio redibitoria.vt.l.j.in fin.cum.l. ſeq.in.l.ob quæ.in princip.& in.§.animi vitium.& in.§.in ſumma ſupra eod. & in eis ſupra dixi
3 †tamen ſecus eſt in iumentis,quia etiam pro vitio animi competit actio in factum redibitoria. vt eſt caſus hic de quo dic,vt dixi in diſta.l.prima in.§.idem viuianus.in ſeptimo notabi.ſupra eodem.& vide omnino quod ſupra dixi in.d.l.ob quæ vitia. in.§.animi vitium.in quarta & vltima oppoſitione.Vbi etiam in fine dixi per iſtum text.cum ſimilib.& ſi equus venditus eſt vmbroſus,vel areſtitus,vel calcitroſus poteſt agi actione in factum redibitoria.Quod nota,quia ſæpe contingit. Quærit hic gloſſ.in verſicul. vitioſum,vtrum pro vitiis animi competat actio redibitoria? Et gloſſ. dicit quod

quod ſic in iumentis.ſed in ſeruis non: niſi in tribus caſibus.ſcilicet ſeruo fugitiuo.& fure,& eo qui ſibi mortem conſciuit.& idem vult gloſſ.in.l.j.§.quæ incipit ex quinque communis ſupra eod. Sed aduerte quia inquantum dicit de fure non reperitur hoc iure cautum, vt dixi ſupra eo.in.§.j.in.j.q.(Imo reperitur cautum in.l.iulia.ſupra de actione. empt.) Sed ſolum reperitur de fugitiuo,& errone. Sed dicit hic Raph. quòd ne gloſſ.dicat malum debemus exponere fure.i.fugitiuo.nam fugitiuus eſt fugitiuus eſt fur ſuiipſius.vt.l.j.C.de ſeruis fugiti.

SVMMARIVM.

1 *Recedens animo redeundi non dicitur fugitiuus.*

2 *Qui mortem ſibi conſciuit quis dicatur.*

§. QVI AD AMICVM. Hic iuriſconſultus reuertitur ad materiam.l.quis ſit fugitiuus ſupra eod. In tex.ibi ſed & facti fugere eſt,elicit gloſſ.quòd litera conuerti debet.ſed ſecundùm Ricar. malũ.& Alb. non eſt opus conuerſione: Imo plane legi debet,quia primo præcedit conſiliũ ſecundo furtum ſequitur,& facit.l. fugitiuus.ff.de verb.ſign.quam omnino vide.& vide.l.quis ſit fugitiuus.vbi plene tractatur & ſcripſi de iſta materia. &
1 dic,vt ibi. Nota quòd ſeruus qui recedit animo redeundi non eſt fugitiuus Imo plus quando ſeruus, vel ſubditus ab aliquo detinetur inuitus,& ipſe vocat ſeruum meum,vel ſubditum meum etiam eo gerit ſe pro ſubdito quòd ipſe non perdo poſſeſſionem incorporalẽ. iſte eſt text.notab.in.l.arboribus. in.§. fin.quip.idem tractatur,in fin.ſecundũ Ange.hic circa quod vide text.meliorem in.l.ſi rem mobilem verſi.igitur.ff. de acqui.poſſeſ.Et quod not.Bald.in.l.
2 j.C.de ſer.fugi. Nota ſecundo in.§. mortis conſciendę,quis dicatur ille qui ſibi mortem conſciuit.de quo vide tex. & quod ibi ſcripſi in.l.cum autem.in.§. excipitur.el.ij.ſupra eod.

SVMMARIVM.

1 *Pro dictio quid denotet.*

2 *Iniuria facta ſeruo,domino facta videtur.*

3 *Offenſa quæ dicatur.*

4 *iniuria licet ſit pro partem remiſſa non tollitur actio quo ad pœnam fiſco applicandam.*

§. SI QVIS SERVVM. Notabilis eſt iſte.§. &.h.d. Pœna ſecuta ex diſpoſitione legali propter delictum commiſſum in re redibenda ipſius rei gratia venit reſtituenda venditori. Secus ſi propter delictum occaſione rei in perſonam emptoris cõmiſſum.h.d. Vel ſic. In reſciſione fienda & re redibenda quæſitum ſeu ipſius acquiſitionis cauſa prima ſeu finalis,non impulſiua ſeu remota eſt conſideranda.h.d.notabiliter ſecundũ Angel. In tex.ibi loris,dic.i.corrigiis groſſis admodum funis.ita accipe hic,& in l.i.C.de emendat.ſeruorum.ſecundum Albe.& Rap. No.diſtinctionem huius §.quæ facit ad materiam.l.vtrum.&.l. at vbi.ſupra de pe.hę.& infra de iu.do. &.l.

&.l.quoties. & in.l.manifeſtiſsimi.§.
at cum in ſecunda.C.de fur.& ad.l.cũ
autem.in.§.rem redibuerit.ſupra eo.&
vide quod ſcripſi & ad materiam quam
ponit Bart.in.l.prætor ait,in.§.quod de
fructibus.infra de bonis autho.iud.poſ.
vbi omnino vide,quia declarat iſtũ.§.
& eius materiam.Et vide Ange.in.d.l.
cum vnus.§.datur autem. Nota.ij.ꝙ
dictio,pro, denotat cauſam remotam.
1 †De dictione autem pro,vide text.&
quod ibi ſupra ſcripſi in.l.vrbana.in.§.
pernoctare.ff.re.ſig.Quid autem de di-
ctione,ex,&,ob,an denotet cauſam pro
ximam vel remotam vide Bar.in.l.nõ
dubiũ.de legi.& in.l.i.§.j.ff.de incend.
rui.& nau.& in.d.l.prætor ait,i.§.quod
de fructibus.in fin.de bon.aucto.iudi.
poſsid.& habetur in.l.ex eo tempore.in
fin.ff.de peculio &c.& per Baldum.in
2 l.prima.C.ſi ſeruus extero. † Nota
tertiò,ꝙ iniuria facta ſeruo,ad contu-
meliam ſeu deſpretiam domini vide-
tur eſſe facta ipſi domino:concordat.l.
item apud labeonem.in.§.ſi quis ſic.fa-
cit.ff.de iniur.& inſtit.de iniuriis.in.§.
3 ſeruis autem. † Simile dicitur in offen
ſa,quia illud dicitur offenſa,quicquid
prouocat aliquem ad iracundiã.vt not.
Bart. in.l.licitatio.in §.quod illicitè.j.
4 de publi.ſecundum Ang. † Qui addit
in fi.ꝙ quãdo fit iniuria alicui,licet in-
iuriatus remittat offenſam, & ſic pro
hoc tollatur actio competens ſibi parti,
non tamen tollitur actio quantum ad
pœnam applicandam fiſco,& ita notat
Bartol.in.l.j.in.§.vſqueadeo.in princi.
ff.de iniuriis.& per Dy.in.l.diuus.infra
ad ſillania.& de ventre in poſſeſ.mit-
ten.l.j.§.finali.& ad hoc vide textum,
in cap.contingit.extra de ſententia ex-
communicationis.

## SVMMARIVM.

1 *Sufficit libellum præſumptiuè concludere,vt condemnatio robur habeat.*

2 *Condemnatio ex eadem inſtantia fit,quando actum fuit de furto manifeſto,& de non manifeſto probatur.*

3 *Condemnatio ſequitur,licet qualitas in libello appoſita non probetur.*

4 *Iudex debet de facto,& noto tanquam iudici ſupplere.*

5 *Quandocunq; effectus actionis non propoſitæ poteſt contineri ſub propoſita, condemnatio ſequitur ex non propoſita, & ſecundum illam non propoſitam debet conſiderari tempus, modus, & effectus agendi.*

6 *Quando actum fuit actione redibitoria, an condemnatio ſequi poßit,ac ſi actione quanto minoris actum eſſet.*

7 *Iudex ſuper non intentatum ſententiam ferre non poteſt.*

8 *Iudex niſi petenti impartiri debet officium ſuum.*

9 *Quod nihil eſt,minus eſt.*

10 *Emptor quando vult agere actione quantominoris emiſſet, vel res eſt, & venditor vult potius agi redibitoria quòd reſcindatur contractus,quid agendum ſit.*

11 *Contrahenti quoties prodita ſunt duæ actiones,quarum vna tendit ad contractum reformandum: alia ad eundem reſcindendum,intentata actione tendente ad contractum reſcindendum,poteſt iudex ex officio ſententiam ferre, parte non petente ad contractum reformandum.*

12 *Minus illud eſſe dicitur,quòd eſt nihil.*

Aliquando.

5 ALIQVANDO. Licet agatur actione quãto minoris, nihilominus ſequitur condemnatio ſuper redibitoria, quantũcunq; non fuerit intentata etiam ex eodem li-
1 bello. h. d. notabiliter. † Not. primò quòd licet agatur actione minoris, tamen poteſt res rediberi ſecundùm Bal. hîc, vt. j. ſtatim dicam quod eſt vtile ad multa, vt. j. videbitis. No. ſecundò ſecundùm Ange. ꝙ hîc eſt text. ꝙ ſufficit libellum præſumptiuè concludere, vt condemnatio robur habeat, cõcordat. j. quę in frau. cred. l. omnes. §. lucius. vbi Bart. & vide omnino Bar. in. l. cũ quid. in princi. vlti. col. ſ. ſi cer. peta. & quod not. do. meus domi. Ange. de aret. inſtit. de action. in. §. item ſi quis in fraudem. in. ij. col. & ꝙ iſte text. hoc probet apparet ſecundùm Ang. quia iſte actor in libello proponebat actionem quanto minoris, & nihilominus licet nihil ſit expreſſum de re redibenda, ſufficit tacitè & præſumptiuè dictum, quia ſi agatur quanto minoris res eſt, multo magis videtur concludere ſi nihil valet, quia illud quod nihil eſt, dicitur etiam eſſe minus, vt eſt caſus in. l. illud. §. minus. ff. de tribu. vt dicam. j. in ſeq. no. ꝙ eſt notan-
2 dum, & menti tenendum. † No. tertiò ſecundùm Bal, quia per iſtum text. Gul. de cu. in. l. qui. l ergo. §. pœna grauior. ſupra de his qui not. infa. determinat. q. videlicet quòd vbi fuit actum de furto manifeſto, & fuit probatum furtum non manifeſtum, nihilominus fiet condemnatio ex eadẽ inſtantia, & hunc intellectũ dat illi. §. per hunc text. nam vide hic quòd licet fuerit actum quanto minoris tamen poteſt ferri ſententia ꝙ res redibeatur. Item per hoc etiã dixit idem Guliel. in. d. §. pœna gra-
3 uior. † ꝙ licet quis in libello ponat vnam qualitatem, ſiue conditionem, puta accuſauit aliquẽ de percuſſione cum ſanguine, vel cum armis, vel ſimili qualitate, & eam qualitatem non probet, nihilominus ſequitur condemnatio, & pro deciſione iſta alle. iſtum caſum huius. §. & . d. §. pœna grauior. de quo per
4 Cyn. in. l. ij. C. de probation. † Vltimò allegatur iſte text. ꝙ iudex poteſt, & debet ſupplere de facto tãtum, quod eſt ei notum tanquam iudici, ita dicit glo. j. per iſtum text. cum ſi. in. c. bonæ el. j. extra de poſtu. prẹlat. de quo dic vt ibi per glo. & doc. & per doc. in. l. i. C. vt quæ de. aduo. partiũ iud. ſup. Op. contra iſtum text. nam videtur velle ꝙ licet vnum petatur tamen poſsit ſequi condemnatio in alio, & ſic ſententia nõ eſt conformis libello contra. l. vt fundus. ſ. communi diui. & contra. c. licet ely. extra de ſimo. cum ſi. nam fuit actũ actione quanto minoris, & ſequitur condemnatio ac ſi eſſet actum redibitoria, gloſ. fatetur contrarium non tamen bene declarat. Tu dic quòd ratio eſt quia iſta actio quanto minoris erat apta compræhendere actionem redibitoriam, quia illud quod nihil eſt minus eſt, vt dixi ſupra ſecundùm Bart. in. ij. no. & de iſta materia quantum ad hoc cõtrarium vide omnino gloſ. in. d. c. licet ely. in ſi. prin. in gloſ. ſuper verbo iudicii formam. & quod ibi not. per doc. & vide omnino quod not. Ange. in
5 l. ampliorẽ. in prin. C. de ap. † Quęro primò, quia hic dicitur quòd ſi eſt actum

actum actione quanto minoris poteſt ſequi condemnatio, ac ſi eſſet actum actione redibitoria, an iſta cōdemnatio debeat, vel poſsit ſequi.j.annum, ſecundū quod requirit natura actionis quanto minoris intētatæ, an verò.j.ſex mēſes, ſecundum naturā actionis redibitoriæ, ſecundū quam fit condemnatio, vt l.cū ſex.j.eo.&.l.ſciendū.§.dictū.ſ.eod. & dicit hic Ang.not.& ita etiam tenuit glo.no.in.l.ſi tamē.§.non nocebit.j.eo. quòd debet intelligi quòd agebatur.j. ſex menſes tantum ſecūdum naturam actionis redibitoriæ ſecundū quam fit cōdemnatio. Vnde cōcludit ipſe quòd quandocunq; effectus actionis nō propoſitæ poteſt cōtineri ſub propoſita ꝙ condemnatio ſequitur ex nō propoſita ſubaudi tu, & ſecūdum illam nō propoſitam debet cōſiderari tempus, & modus, & effectus agendi, quod perpetuò tene menti,& pro hoc eſt glo.ord.in.l.ſi tamen.in.§.nō nocebit.j.eod.vbi dicā. in oppoſit.

6 †Quæro ſecundò dicitur hic quòd ſi eſt actū actione quanto minoris, poteſt ſequi cōdemnatio, ac ſi eſſet actū redibitoria, quid ecōtra actum fuit actione redibitoria, an poſsit ſequi condemnatio, ac ſi eſſet actum actione quanto minoris? exemplū egi actione redibitoria, dicēdo equum fuiſſe, & eſſe morboſum penitus, & ſic ꝙ vſus eius multū impeditur, poſteà ego probo ꝙ impeditur eius vſus, non tñ nimis multum ita quòd in eo caſu cōpeteret actio quanto minoris nō redibitoria, ſecundum ea quæ dixi.in.l.j.§.ſed ſciendū.in ix.not.ſ.eo.an iudex poſsit pronūtiare pro emptore in actione quāto minoris? videtur quòd ſic prima facie per iſtum tex.inducendo ipſum econtra. Tamen credo quòd contra.ſit verū,& quòd iudex debeat abſoluere venditorem, quia non eſt probatū contra eum ſecundum petita, per.l.qui accuſare.cū ſimi.C.de æden.nam ſi nō eſt petitū, nec actio intentata ſuper actione quanto minoris,

7 †nō poſſet iudex ferre ſententiā ſuper eo quod non eſt intentatū, vt.l.vt fundus.ff.cōmu.diui.&.c.licet ely.extra de ſimo.cū ſi.

8 † Item quia iudex nō debet officium ſuum impartiri, niſi petēti, vt l.iiij.§.hoc autē iudicium. ff.de damno infec.cum ſi.ad quod facit quod dicā.j. in vlti.q.Nec obſt.iſte.§.quia hic ideo ſequitur cōdemnatio in redibēdo quādo eſt intentata actio quanto minoris,

9 †quia quòd nihil eſt, minus eſt, vt dixi ſ.in.ij.not.& in oppo.& ſic tacite redibitio cōprehenditur ſub actione quāto minoris. Sed nō eſt ſic ecōtra, videlicet, ꝙ ſub actione redibitoria ſubſit actio quāto minoris, quia quod minus eſt, nō poteſt dici ꝙ ſit nihil, vt in hac.q.Verumtamē finito hoc iudicio, bene poterit emptor inchoare nouū iudicium in actione quāto minoris, quia in hoc nō prohibetur à iure, quia nō obſtabit except.rei iudi.vt.l.cū quæritur.cū.l.ſeq. cū ibi no.C.de [illegible]ce.rei iud.

10 †Quæro.iij.aliquis emptor vult agere actione quāto minoris emiſſet, vel quāto minoris res eſt vēditor dicit volo quòd tu agas potius actione redibitoria,& quòd reſcindatur contractus, quia intereſt mea, vt reſcindatur potius contractus, quia alii vendam maiori pretio, an debeat audiri vēditor? dico quòd non per iſtū tex.& eſt caſus in.l.ſi quid vēditor. in princ.& vide quod ibi plene ſcripſi. in.j.

in.j.not.& de hoc ego allego glo.ordin. in.l.Iulianus.in prin.in glo.j.in fi.ſ.de actio.emp.de qua.q.dic vt etiam plenè dixi in.l.ſciendum. in.§.dictum.in.j.q. ſ.eod.& vide etiam quæ dixi in.l.j.in princ,in.v.q.princ.in verſic.ſed quid ſi emptor vult agere. & adde etiã ea quæ dixi.in.l.j.in.§.ſed ſciendum.in.ix.not. 22 ſ.eod. †Vltimò per illum text.dixit do.Ludo.de Ro.in quodam ſuo ſingu. quod incip.quotieſcunque contrahenti proditæ ſunt duæ actiones, quarum vna tendit ad contractum reformandum, alia ad eundem reſcindendum, intentata actione, quæ tendit ad contractum reſcindendum,poteſt iudex ex officio ſuo ferre ſententiã ſuper actione, quæ tendit ad contractum reformandum, parte non petente, cum viſum fuerit iudicis æquitati, & dicit quòd hic eſt tex.ſingul.de hoc, & ponit exemplum quidam vendidit quandam domum Titio,& inter eos conuentum eſt quòd ſi venditor reperiret ſe deceptum,poſsit aduerſus emptorem agere ad reſcindendam venditio. aut ad ſupplementum pluris,in quo deceptus appareret.Modo reperitur deceptus venditor agit contra emptorem ad reſcindendam venditionem, iudex pronuntiat venditionem validam, & condemnare poteſt emptoré ad reſtitutionem pluris, & ſic ipſam vendit. reformare, quamuis hoc non ſit petitum,ſed ſolum venditionem reſcindi. & pro hoc dicit eſſe limitandam regu. quæ dicit quòd ſententia debet eſſe conformis libello. l.vt fundus.ff.communi diuid.&.l.fina. C.de fideic.liber.&.c.licet ely.extra de ſimo.per iſtũ.§. Sed aduerte tu,quòd d.do.Lud.ponit regulam,& exemplum in caſu econtra ad iſtum text.nam hic in tex.ponitur quando agebatur actione quanto minoris, & ſic ad reformandum contractum, & dicit quòd iudex ex officio poteſt etiam ipſum contractum diſſoluere. Sed regula prædicta cum ſuo exẽplo ponitur econtra quando agitur ad diſſoluendum, & dicitur quòd iudex poteſt etiam ipſum cõtractum reformare. Vnde non bene conuenit huic literæ. & propterea credo quòd nõ dicat verum eo modo quo loquitur, nec in ſua regula,nec in exemplo, quia obſtant duo, primò quia ſententia debet eſſe conformis libello, vt dictum eſt. nec eſt verum quòd illa regula limitetur per iſtum.§.in caſu prędicto do.Ludo.quia non eſt dare rationem quare. Secundo obſtat aliud, nam iudex non debet impartire ſuum officium niſi petitum. l.iiij. §.hoc autem iudicium.ff.de dam.infe.cum ſimi. Sed ſi poneremus caſum econtra videlicet, quòd intentaretur actio ad reformandum contractum,tunc iudex bene poſſet ipſum contractum diſſoluere,ſi illa reformatio eſſet talis fienda, quæ abſorberet totum contractum,& non aliter,vt eſt in caſu huius §.& pone exemplum vendidi tibi librum pro decem ducat.tibi ignoranti cõditionem librorum,cum hoc pacto quòd ſi tu eſſes deceptus in pretio,quòd poſſes agere contra me ad reſcindendum contractum, vel reformandũ,& dictus liber eſt nullius valoris, nõ quia ſit corruptus,quia tunc poſſet dari actio redibitoria etiam ſine pacto,vt dixi plenè in.l.j.in princ. in.v.q.ſ.eod. Sed quia fortè erat liber,

qui non erat in vſu, tunc bene verum
eſſet quòd intentata actione ad refor-
mandum contractũ, iudex poſſet in to-
tum diſſoluere, ſi videt librũ inutilem.
& nihil valere per iſtum textũ qui hoc
bene probat. Nec obſtat quòd ſentẽtia
non videatur eſſe conformis libello,
quia imò eſt conformis, quia illud mi-
nus eſt quod nihil eſt, vt dixi.s̃.in.j.&
ij.not.in fi.& in.j.oppo.& ſic etiam non
obſtat ſecundum, quòd iudex non de-
bet impartiri officium ſuum niſi ſit pe-
titum, quia illud eſt verùm regulariter,
ſed bene hic fuit petitum, quia petendo
quod minus eſt, videtur petere illud
11 quod nihil eſt, † quia illud dicitur eſſe
minus quod eſt nihil, vt.l.illud. §.mi-
nus. ff.de tribut.& ſupra etiam dixi, &
iſta ſunt de mente Bar.in.l.denunciaſ-
ſe.§.quid tamen.in princ.ff.de adult.vt
dixi ſupra.in.ij.not.Et iſta ſufficiant.

Bartholomæus Cepolla.

§. SI QVIS CONSI-
lium. Si emptor agit actio-
ne redibitoria in fraudem
creditorum, venditor cui
res vendita reſtituitur poteſt conueni-
ri actione in factum reuocatoria. h.d.
tex.cum glo.& de materia reuocatoria
vide plenè per tex.glo.& doctor.inſtit.
de actio.in.§.item ſi quis in fraudem.in
tex.ibi ſi quis.dic ſcilicet emptor.

Bartholomæus Cepolla de
Verona.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Reſoluto iure datoris an reſoluatur ius acceptatoris.& nu.2.*

2 *Intellectus ad.l.vbi.§.ſed & Marcellus.ff.de in diem adiect.*

§. PIONVS. Reſoluto iu-
re datoris ex cauſa volũ-
taria ſuperueniente non
reſoluitur ius acceptato-
ris.h.d. ſecundum intel-
lect.glo.& Ang.hic, ſecus ſi ex cauſa de
præterito, & neceſſaria, vt eſt caſus in
l.vbi in.§.ſed Marcellus.s̃.de in di.ad-
iect.cum ſimi.In tex.ibi pignus ſubau-
di datum per emptorem. Not.quòd
per alienationem ſerui non extingui-
1 tur pignus. †Not.ij.illud quod dixi
in ſummario, videlicet quòd quando
ius actoris mei reſoluitur ex ſua volun
tate in iure pignoris mihi quæſito, non
præiudicatur. Et de iſta materia an re-
ſoluto iure datoris reſoluatur ius acce-
ptatoris, vide per Bartol.& doctor.in.l.
vbi.§.ſed & Marcellus.ſupra de in diẽ
adi.& ibi omnino vide Rapha.& vide
tex.& ibi Bart.Ange.& docto.in.l.ſi res
diſtracta & in.l.ſi debitor.in prin.ſupra
quib.mod.pign.vel hyp.ſol.& vide tex.
& glo.& doctor.in.c.j.in.§.fin.in tit.de
contro.inue. & ibi vide pleniſsimè per
d.meum do.Iacob.de Aluar.de Pad.in
j.notab.& vide tex.glo.& doctor.in.c.j.
in.§.rurſus.in tit.quib.mod.feud.amit.
& vide per eundem. d.Iacob.in.c.ij.in
titu.apud quem vel quos.& de alien.
feud.in.§.& ſi clientulus. & vide quod
not.in.l.j.&.ij.C.ſi pig.pign.da.ſit.& in
l.lex vectigalis.ſupra de pignor.& in
l.in cauſæ.in.§.fina.cum.l.ſequenti.ſu-
pra de minorib.& plenè per Iacob.but.
in.l.grege.in.§.cum pignori. ſupra de
pignor.& per Bald.in.l.cum alienam.
in.j.

2 in.j.colum.C.de legat. †Oppo.contra,iſtum text.de.l.vbi.§.ſed & Marcellus.ſupra de in diem adiect.Solut.dicit hic glo.quòd ibi fiebat reſolutio ex neceſsitate. Hic verò ex voluntate, & hanc ſolutionem ponit etiam gloſſ.in d.§.ſed & Marcellus. & ibi eam tenet Bartol.qui inducit ad aliquas pulchras quæſtio. dic vt ibi. & idem tenet ipſe Bartol. in.l.ſi res ita diſtracta. ſupra de pignor. vbi omnino vide. Vel dic aut reſoluitur ius datoris ex noua cauſa:& tunc reſoluto iure datoris non reſoluitur ius acceptatoris, vt hic, &.d.l.ſi debitor.in princip.ſupra de pignor. Aut reſoluitur ex præterita,& antiqua cauſa. & tunc aut ex voluntate datoris: & tunc non reſoluitur vt dicta.l.ſi res ita diſtracta.in.ij.reſponſo. Aut inuito ex neceſsitate, & reſoluitur,vt dicta.l.vbi.in.§.ſed & Marcellus. ſupra de in diem adiect.ita vult & diſtinguit not.Angel. in dicta.l.ſi res ita diſtracta. Vel aliter dic vt hic per Rapha.& in dicto.§.ſed & Marcellus. quem non curo referre, quia non multum mihi placet.

Bartholomæus Cepolla.

## SVMMARIVM.

1 *Redibitoria an ſit proprium actionis nomen.*

2 *Quod eſt tolli non poteſt.*

3 *Petens ante tempus an & quando cadat à cauſa.*

4 *Proponens actionem ineptam redire poteſt, & aptam proponere.*

5 *Dominium in pendenti eſſe poteſt.*

6 *Annus quando currere incipiat alienatione ſub conditione facta.*

§. SI SVB CONDItione. Iſte eſt.§.notabilis. & ſæpiſsimè alleg.& h.d.Ea quę non ſunt non irritantur, & ea quæ ſub conditione ſunt reuocari non poſſunt. h.d.ſecundum Ang.Vel ſic pro re vendita ſub conditione, pendente cōditione,vel pure, quæ tamen habet ex iuris diſpoſitione ſuſpenſionem agi non poteſt, & ſi agitur ante tempus,malè agitur. Ideo noua actione opus eſt.h.d.

1 †Not.j.text.ibi redibitoria actione, quòd hic eſt caſus ſecundum Rapha. quòd redibitoria non eſt proprium nomen actionis,ſed adiectio, ita vult Rapha.in.l.j.in prin.ſupra eod.& hic. ſed certe ſi bene conſideretur probat manifeſtè contrarium,de qua.q.dic vt plenè dixi ſupra in rub. in.iiij.quæſtio.prin.

2 †Not. ij. quòd illud quod non eſt, tolli non poteſt, concord.l.nam & ſi.§. j.ff.de iniuſto teſtam.de hoc dic vt ibi.

3 †Not.iij.hic caſum quòd agens ante conditionem,ſecundum tempora digeſtorum non amittebat protinus cauſam.Sed imò videtur quòd etiam olim caderet à cauſa, vt probatur inſtitu.de actio.in.§.plus.in ver.tempore,ibi conditionem petierit,& ita videtur velle glo.ſi.in prin.in.l.pecuniam quam.ſ.ſi cer.pet.Tu potes dicere aut nos loquimur de iure antiquiſsimo, & tunc ille qui petebat ante tēpus, cadebat à cauſa.vt.d.§.plus.ſecundum glo.vbi,& hoc erat indiſtinctè verum. Sed de iure digeſtorum . in conditionali debito hoc eſt falſum, quia pro hoc non cadebat quis à cauſa, vel à ſuo debito ex eo quòd peteret antè euentum cōditionis

per iſtum tex.& per tex.in.l.grege.in.§. ſi ſub cõditione.ſ.de pig.& ita tenet Go liel.de cu.in.l.pecuniam quam.reprobã do gl.ibi,quę vult quòd olim ille qui pe tebat ante euentum cõditionis cadebat à cauſa.nam vbi de iure fforum,quis ca debat à cauſa: quia plus debito peteret reſpectu temporis,hodie non cadit, ſed duplicantur induciæ, vt in.§.tempora-les.inſti.de excep.ſed conditionale debi tum quo ad inducias duplicari non po-teſt,cum incertus ſit euentus conditio-nis,vt in.l.cum in ſecundo.ff.de iniuſt. rup.& irri.teſta.& ita tenet Rapha.in.d. l.pecuniam quã.& Nic.de neap.& qui-dam Moder.in.d.§.plus.inſtit.de actio,

Vel fortè melius dicas quòd de iure antiquiſsimo,ille qui petebat plus debi to,etiam ante euentum conditionis ca-debat à cauſa,vt probatur euidenter in §.plus.in princ,coniun.ver.tempore ibi conditionem petierit.inſtit.de actio.ſed de iure fforum,poſteà fuit introductum quòd prædicta non haberent locum in eo,qui peteret ante conditionis euentũ, vt hic,&.d.l. grege.§. ſi ſub conditione. de pig. Hodie autem omnia iſta ſunt correcta,quia hodie ſiue petatur ante tẽ pus diei,ſiue ante euentum conditionis, duplicantur induciæ,vt eſt caſus aper-tus in.d.§.plus.coniuncto verſi. tempo-re ibi vel conditionem petierit, & con-iuncto verſi.ſed quid iu vſu,qui eſt.j. per vnam col.cum dimidia, & coniun-cto.§.temporales inſtitu.de excep.nam in.§.plus,cum ſequenti dicitur quòd il le qui petebat plus ante tempus, ſiue an te diei conditionem,olim cadebat à cau ſa,hodie autem ſeruatur id quod vult zenoniana conſtitutio. ſed zenoniana conſtitutio vult quòd duplicentur indu ciæ.dicto.§.temporales.inſtit.de excep. ergo & iſtud credo verius etiam de iu-re ciuili,nam de iure canonico hoc eſt clarum quòd duplicantur induciæ etiã illi,qui petit ante euentum conditionis vt eſt caſus in.c.j.extra de plus petitio. Nec obſt.quod dixi.ſ. ſecundum Gult. quòd ſit incertus euentus conditionis, quia ex futuro euentu apparebit quan-tum ſit tempus quod venit duplican-dum,nam reus abſoluetur,& ſi poſt ab-ſolutionem conditio eueniat per duos menſes,apparebit fuiſſe actum per duos menſes antequã deberet agi.& illi duo duplicabuntur,& ita tenet Barto. & do. Paulus de caſtro.in.d.l.pecuniam quam & de iſta.q.vide ibi per omnes docto.& per Barto.in.l.non ſolum.la.j.§.j.& in l.non ſolum,la.ij.§.j.ff. de lib.le.& per omnes doc.in.d.§.plus.inſti.de act. vbi vide plene de iſta materia, an & quan-do,& quomodo duplicãtur induciæ quã

4 do petitur ante tempus. † Notat.iiij. quòd exceptio rei iu. & ſententia lata propter ineptitudinem actionis propoſi tæ,non habent obſtare quin de nouo actionem competentem proponere nõ poſsit.& ſic no.quòd ille qui proponit actionem ineptam poteſt redire & pro-ponere aptam.de quo vide text.in.l.j.in princip.& omnino vide gl.mag.in prin. quæ alleg.iſtum tex.ad hoc & vide tex. in.c.examinata.extra de iudi.& quod ibi notat.& vide glo.in.l.& an eandem. in princip.ff.de except.rei iudi,& gloſſ. in.l.ſed ſi pupillus.in.§.ſi.inſtitoria.ſu-pra de inſtitor.Idem dicimus de propo-nente exceptionem ineptam, quia po-teſt proponere poſteà aptam,vt eſt tex. & ibi

& ibi not.in.c.cum ex officii.in fi.extra
5 de præſcript. † Notat. v. ſecundum Ange.quod dominium poteſt eſſe in pédenti,concor.in.l.ſed & ſi quis.in.§.interdum.§. de vſufru. Vtrum autem obligatiò poſsit eſſe in pendenti,vide.l. vſufruct.vbi bar.de ſtipu.ſer. vtrum autem vltima voluntas poſsit pendere,vide text.in.l.fin.& ibi Flori.ff.comp.præ
6 dio. † Vltimò allegat.iſte text. quòd ſi eſt ſtatutũ,vel cõſuetudo quòd proximior agnatus admittatur ad recuperandam rem alienatam vſque ad annũ, & alienatio eſt facta ſub conditione, quòd annus incipit currere à tempore exiſtentis conditionis,ita dixit Gulie.& Albe.de roſ.in.l.j.in.§.annus.ſupra qua actio de peculi eſt annalis,per iſtũ text. & per illum,& alleg.etiam.l.gaius.ff.de excu.tut.&.ff.de iu.dot.l.tali ſtipulatione.& idem in effectu vult Bart.in.l. ſi cui in fin.princi.d.l.j.& vide per Bal. in rub.C.de contrahenda. emptione.in xxiiij.col.& do.meum.d. Ange.de aret. inſtitutio.de actio.in.§.actionum.in.vj. col. Oppo.contra iſtum text. & imò videtur quòd quis poſsit agere ante conditionis euentum.d.l. aliquando.§.fina. ſupra ad velle.So.dicit hic glo.in verbo fuerit:quòd ibi ideo purè agebat, quia ille purè tenebatur contra quem agebatur,licet alius inutiliter ſub conditione teneretur,& bene. Iterum glo.opponitur in argumen.de.l.mortis cauſa donatio,alias eſt.§.final.in.l. marcellus.& ita communiter habetur,glo.non ſoluit quòd ibi non fuit aliquid actum in iudicio. Vel quòd ibi ideo reuocari poteſt etiam pendente dubio,quia vltima voluntas eſt ambulatoria vſque ad mortem,vt.l.ſi quis in principio teſtamenti.de leg.iij.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Homo eſt digniſsima creaturarum,quæ propter hominæ anima cæteris rebus eſt præferenda.*
2 *Homo ratione carens,homo dici non poteſt.*
3 *Matrimonium quod fauorabile ſit.*
4 *Deus hominem ad imaginem ſuam creauit.*
5 *Pœna corporalis maior eſt qualibet pecuniaria.*
6 *Homo rei minoris pretij accedere non poteſt.*
7 *Vtrum homo accedat rei quæ ſit minoris dignitatis.& nu.ſeq.*
*Et quid ſi eiuſdem ſit qualitatis ibi.& nu.10.*
8 *Dignitas ita eſt in vno homine ſicut in alio.*
9 *Dignitas hominis eſt etiam in aſcriptitio.*
10 *Homo nunquid homini accedat.*
*Et vtrum fundo,ibidem.*
11 *Homo poteſt accedere homini , qui ſit minoris pretij.*

1. IVSTISSIME. Iſta l.venit ad declarationé eius quod habuiſtis in.l. quod ſi nolit.§. fina.&.l. itaque.&.l. proinde . ſupra eodem.&.hũc dicit:Dignitas hominum facit, vt homo rei minoris pretii non accedat.hoc dicit.Vel ſic homo propter dignitatem humanæ naturæ non poteſt accedere rei vilioris pretii , ſed maioris ſic,vel ſic.Res accedere debent hominibus,& non homo rebus.hoc dicit ſecundum glo.xl.diſtinct. multi ſacerdotes.in princip.Sicut ibi cathedra non facit ſacerdotem,ſed ſacerdos facit cathedram:& locus non ſanctificat ho-

minem,ſed homo locum Notat.quòd dixi in ſecundo ſummario, videlicet, quòd licet res maioris prætii, poſsit accedere rei minoris,vt eſt tex. in.l.ſi emptione.in princip ſupra de contrahend. emptione.tamen homo propter dignitatem ſuam non poſſet accedere rei minoris prætii, vt hic in princip. ſed rei maioris bene poteſt,vt hic in ſi.& ita lo
1 quitur.l.itaque.in ſi.ſ.e. † Not.ij.quòd homo eſt dignißima creaturarũ, vt hic, & ideo animæ hominũ ſunt cæteris rebus præferendæ,vt.l.ſancimus.C.de ſa. ſanct.ec.& ibi de hoc habetur maximè per Alb.de roſ.in.j.alpha.in verbo homo.& hic adde.anima tamen prætioſior eſt corpore,vt extra de pœni.& re.c.cũ infirmitas.in ſi.& dicitur homo animal rationale & mortale,vt in aut.de mona.
2 in princ.& ibi in glo.habetur † quòd homo carens ratione non poteſt dici homo,ſed beſtia,& hoc etiam optimè pro
3 bat Boet.de conſolatione. † & ideo matrimonium diciturеſſe fauorabile,vt eſt tex.in auct.de nup.in princi. coniuncta gloſſ.not.in verbo & ampliori col.iiij. quam glo.omnino vide quia ponit rationes quare matrimonium eſt fauorabile,inter quas eſt iſta,quia homo eſt dignißima creaturarum, & de hoc quòd matrimonium ſit fauorabile,vide text. & doct.in.l.ſi.extra de re iudica. no.etiã
4 in.l j.ſoluto matrimonio.† & ideo formauit Deus hominẽ ad imaginem ſuã, vt.C.de pœnit.l.ſi quis in metallum.& extra de homici.c.ij.&.xxx. quæſtione. quinta.in.c.hæc imago Dei eſt. vbi vide omnino gloſſ.nota.in verbo imago. quæ declarat quare & qualiter dicitur homo eſſe ad imaginem Dei.& ibi text. dicit quòd homo & nõ fœmina dicitur eſſe ad imaginem Dei. vbi omnino vide omnino glo.de pœni.diſt i j.ſi ſacerdos in verbo imago,quæ ponit quòd triplex eſt imago, ſiue ſimilitudo dic vt ibi.& omnia ſubiecit pedibus eius,oues & boues volucres & pecora campi, ad hoc.j.de vſur.l.in pecudum & inſtitu. de rerum diui.in.§.in.pecudum.& habe
5 tur in pſal.Dauid.† Et ideo pœna corporalis cenſetur maior,quã quelibet pecuniaria.l.in ſeruorum.in ſi. ff.de penã.
6 † Oppo.contra iſtum tex.& videtur quòd non ſit bona quare homo non accedit alteri rei minoris pretii ex eo quod altera res ſit minoris prętii,quia in aliis rebus etiam res quæ eſt maioris pretij accedit illi,quæ eſt minoris vt.l. ſi emptione in prin.ſ.de contrahen. empt.& in.j.ſi tamen alienam purpuram inſtit. de re.diui.Sol.gl.hic.j.mag.ſatetur contrarium dicens quòd non accedit rei minoris pretii,non ex eo tantum quòd illa res cui accedit ſi minoris prætii, ſed propter dignitatem tantum . habes hic vnde in aliis rebus nõ conſideratur quid
7 eſt maioris prætii,vel minoris.† Oppo. ij.& imò videtur quod etiam homo non ob dignitate ſua accedat etiam rei quæ eſt minoris pretii,vt eſt caſus hic in ſi. ibi & nonnunquam Solu.dicit glo. aut tu queris nũquid homo accedat rei que ſit minoris dignitatis,& dic quòd nõ poteſt.vt.ſ.dixi in præcedenti contrario. aut queris nunquid poſsit accedere rei quæ ſit eiuſdem dignitatis,& minoris pretii & tunc poteſt vt hic in ſi,nam cũ vterque ſit homo ratio dignitatis nihil
8 poteſt operari, † quia ita eſt dignitas in vno,ſicut in alio vnde non cõſideratur poſteà

tur poſteà maioritas pretii ſicut nec con ſiderat in aliis rebus. Opp.iij.de.l.itaq; ue.§.fi. ſ.eo.So.ibi loquit quã res cui accedit eſt maioris pretii. quo caſu bene pôt homo accedere ſec°ſi minoris,& ita loquit. aliâs enim ſi diceremus quòd homo poſsit recedere rei cuicunq; etiã minoris pretii ſępe homo redhibeteſqui nõ eſſet vitioſus propter rem principalem vitioſam,vt dicta.l. itaque.in fin. ſupra eodem.quod non eſſet æquum. Opp. iiij.& imò videtur quòd homo poſſet accedere etiam rei quæ ſit minoris prætij,vt.l.ſi in emptione.in prin.ibi ne,rec fert,&c.ſupra de contrahenda emptione gloſſ.hic ſoluit tribus modis primò quod ibi ille ver.nec refert ſit referendum ad alias res acceſſorias non ad hominem,& iſta eſt bona,& ita eſt bona,& ita ſoluit etiam ibi gloſſa ſecunda.ſolu. ibi in aſcriptitio hic in alio iſta non eſt
9 bona, † quia licet ſit aſcriptitius tamen in eo eſt dignitas hominis licet ſit aſcriptitius gloſ.ibi.Tertiò ſoluit gloſ.quòd regulariter homo non accedit rei quæ ſit minoris prætii, vt hic in principio.
10 † Fallit in duobus caſibus primò quando homo accedit alteri homini, vt hic in fine ſecundi reſponſi quando accedit fundo, vt ibi,quæ ſolutio eſt notabilis ſi eſt vera,& pro ipſa facit.l.itaque circa medi.& in fine ſupra eodem. Et vt prædicta loquẽtur diſtingue.aut nos querimus nunquid homo accedat alteri rei,aut nunquid vna res accedat alteri, primò caſu indiſtinctè vna res accedit alteri,licet illa cui accedit ſit minoris prætii,vt dicta.l. ſi in emptione, quod forte fallit niſi eſſet res acceſſoria multum maioris prætii,quia tunc pp nimis maius pretiũ & nimis malus pretiũ, & nimis magnã rem acceſſorii, & propter rei diuerſitatẽ nõ accedit ad ſimilitudinẽ hominis pp ſuam dignitatẽ, & ita loquit hîc in verſiridiculũ nanq;. Secundo caſu loquimur de homine, & tunc aut querimus, nunquid accedat rei,quę ſit eiuſdem ſeu paris dignitatis aut rei quæ non ſit paris dignitatis,primò caſu indiſtinctè accedit homo alteri, licet ſit maioris prætii, vt hic in fine.ſecundo caſu quando non eſt eiuſdem ſeu paris dignitatis, tunc ſubdiſtinguitur an illa res cui accedit eſt minoris pretii, & illi poteſt homo accedere vt eſt caſus in dicta lege proinde in fine ſupra eodem quam ita intelligo,& probatur.in.l. itaque. ſupra eodem & hic in princ.ibi quæ minoris eſſet à contrario ſenſu, aut illa cui accedit homo,eſt minoris pretii,& tunc, indiſtinctè ei accedere homo nõ poteſt vt eſt caſus hic in
11 princi. †.Op.v.dum dicit hic in fi.quòd homo poteſt accedere homini qui ſit minoris pretii.d.§.fideiuſſores.in inſt.de fideiuſ.&,d.l.græcè.§.Illud. cũ ſe.ff.e.ti. Sol.gl.hic in ver.in ſeruo dicit ꝙ ibi loquit de obligatione acceſſoria hic vtraq; erat obligatio principalis,licet vna res ſit principalit r. vẽdita aliæ acceſſoriè.

Bartholomęus Cępolla de Verona.

## SVMMARIVM.

1 *Socij in ſolidum ſe obligare videntur, & obligationem actiuè & paſsiuè contrahere.*
2 *Sociorum alter an teneatur ex cõtractu alterius, cum in diuerſis locis ſocietatem exercent?*
3 *Si non apparet ꝙ ibi ſit verſum mutuũ, quod accepit mercator in dubio præſumitur verſum in mercantijs.*

4 *Emptores, ſeu venditores plures an teneantur omnes ſimul vnũ dare procuratorẽ & quãdo. Ideo mangones ſemper ſunt mendaces.*
5 *Venditores equorum, & iumentorum ſemper proni ſunt ad lucrum turpiter faciendum.*
6 *Omnis ætas ab adoleſcentia naturaliter labitur ad delicta.*
7 *Venditores an oẽs inſolidũ teneanť, et quãdo.*
8 *Duo rei non videntur in dubio ſe inſolidum, obligare.*
9 *Proſoneta illegitimorũ contractuũ puniuntur, ſiue laici fuerint, ſiue clerici, & qualiter ibi.*

§. PROPONITVR. Venalitiarii tenentur quilibet inſolidum hac actione, ne emptor cum multis habeat litigare. Secus in actione ex empto ciuili. h. d. ſecundum Alb. vel ſic hoc iudicio actionis redibitoriæ ne quis vexetur pluribus aduerſariis ſinguli venditores tanquam inſolidum obligati poſſunt inſolidum conueniri. h. d. No. bene iſtum tex. ſecundum Ang. ad no. per Cy. in. l. cum te in galea.
1 C. ſi cer. pe. vbi tenet ꝙ † quilibet ſociorum videtur inſolidum ſe obligare, & obligationem actiue & paſsiue contrahere. vnde ſi eſt facta credentia vni ex duobus ſociis, vel collegis in officio, & alter ſe excuſat, ꝙ ipſe non accepit, ſed ſocius ſuus non valet iſta excuſa. ſecundum Iacob. de Aret. & Petr. & Cyn. ibi ad quod facit iſte tex. in ratione ſui ibi quicquid agunt in communi videantur agere, & ad. d. l. ſecurus. in princip. ſ. de pact. quia in dubio occaſione ſocietatis feciſſe videť, ſed aduerte quia iſte text. cum gloſſ. in verbo litigare in fin. potius probat contrarium nam gloſſ. hic vult quod ſit ſpeciale in caſu iſto in redibitoria, & in actione ex empto ſit ſecus. ergo. Et ſic Raph. hic inducit iſtum
2 tex. econtra ad aliam. q. vulgatam. † Videlicet an plures ſocii: qui ſocietatem exercent, vnus hic, alter Florentiæ an ex cõtractu vnius alter teneatur, & iſte text. facit quod non cum dicit hic extra, & gloſſ. in verbo litigari, in fi. quod eſt ſpeciale hic in actione redibitoria de qua. q. vide per Barto. in. l. eandem. in princip. & in. vij. q. ff. de duobus re. & in. l. ſi ſeruus communis ita in verſic. & iſte faciunt ad. q. ſecundum conſuetudinem. ff. de ſtipul. ſeruo. & vide omnino Cyn. & dicit in. d. l. cum te in galea. C. ſi cer. pet. & Bart. in. l. eius qui in prouincia in antepe. colum. in ver. vlti. nõ. quod ſi plures, & vide omnino. d. Paulum de Caſt. in. l. ſi tamen plures. ff. de exercito. & vide omnino quod plenè ſcripſi in actione exercitoria circa princip. Et adde vnum quod dicit Bald. C.
3 ad mace. l. j. quod refert hic Ang. † quod ſi mercator accepit mutuum, & non apparet vbi ſit verſum quod in dubio præſumitur verſum in mercantiis. Not. ij. iſtum tex. ad illam. q. quam. ſ. poſui. in l. cum eiuſdem. in ſecunda. q. ſ. eod. Vi-
4 delicet † quod quando ſunt plures emptores, vel venditores an cogantur omnes dare vnum procuratorem. nam hic eſt caſus quod ſic, ſi ſimul omnes contraxerunt, vel vnus pro aliis. ſupra in actione redibitoria. ſecus ſi quilibet ſeparatim vt dicit hic gloſſ. in verbo litigare per. l. quod ſi nolit. §. ſi venditori. ſupra eod. Item ſecus in actione ex empto quia tunc vnus non tenetur pro alio in dubio etiam ſi omnes, ſimul contra

5 traxiſſent, vt probatur hic in fi.† Not. tertio. ex ſin. huius. §. quod venditores equorum & iumentorum proni ſunt ad lucrum turpiter faciendum, & ſic mangones ſeu cozones ſemper ſunt mendaces. vt dixi. in. l. j. §. primo. in fin. ſupra eodem quod eſt verum, & videmus continuari, quod nullus poteſt de ipſis confidere. Imò etiam omnis ætas ab adoleſcentia prompta & procliuis eſt ad
6 malum. xij. quæſt. prima. † omnis ætas, & humana natura quodammodo labitur ad delicta. in authent. de monachis §. ſi quis igitur collati. prima & facilis eſt curſus ad voluntatem, & natura eſt imitatrix vitiorũ. xx. q. iij. c. procliuius. vide ad hoc omnino gloſſ. in procœmio decretalium. Rex pacificus. in princ. in verbo prodiga. Opp. contra iſtum text.
7 & videtur† quod imò omnes venditores inſolidum non teneantur. vt. l. per fundum. §. communia prædiorũ. & arg. l. quidam. ĵ. de euictio. Sol. dicit hic gl. in verbo, ſingulis quod hic loquit quando omnes, vel maior pars vendidit, vel ſinguli conueniri non poſſent. Dicit hic Rapha. intellige aliis præſentibus, & partem ſuam pretii recipientibus, vt dicta. l. quidam infra de euict. & dicta l. per fundum. ſupra communia prædi. Vnde gloſſ. hic in fin. aliter ſoluit, videlicet quod ſinguli conueniuntur qui vẽdiderunt, & non alii, quod intellige, vt dixi, niſi alii conſenſiſſent tacitè vel expreſſè, & iſta ſolutio eſt vera. ſecundũ Rapha. nec indiget aliqua ſuppletione. Oppo. ſecunda de. l. item magiſter. §. de pact. Sol. ibi loquitur quando cum magiſtro omnium fuiſſet celebratus contractus, quo caſu omnes teneantur vt ibi & vide ibi omnino glo. facientem mentionem de prioribus, circa quod vide quod nota. in lege prima. C. de decu.
8 libro decimo. † Oppo. tertia dicta lege reos. §. com in tabulis infra de duo. re. vbi habetur quod in dubio duo rei non videntur ſe inſolidum obligare. cuius contrarium hîc dicitur in principio. dum vult quod emptor poteſt litigare cum vno tantum cum quo vult, ne habeat litigare cum plurib. Sol. dicit hic glo. in verbo litigare quod eſt ſpeciale hoc in actione redhibitoria, vt hic in principio quaſi dicit ſecus eſt in aliis actionibus, vt hic in fin. quod facit ad quæſtiones quas ſupra dixi in prima nota. Quæro quia dicitur hic in fin. quod venditores equorum ſunt proni
9 ad malum lucrum † an proſonetæ illegitimorum contractuum putà vſurariorum puniantur, & dic quod puniuntur honore ſi habent vt eſt text. in cipit. non liceat. xij. quæſtio. ſecunda & dic etiam quod aut eſt laicus, & debet pœna excommunicationis puniri, ſi verò clericus à primo beneficio deponitur, & quæſtio. j. ſi quis epiſcopus in fin. ita dicit. d. Ludoui. de Roma. in ccccccij. ſingulari. quod incip. dixi tibi anno præterito.

SVMMARIVM.

1 *Actio redhibitoria, vel quanto minoris poteſt locum habere, vbi de euictione actio locum habet. & qualiter intelligatur. numero. 2.*

*Nec vna tollit aliam. ibidem.*

2 *Actio quanti minoris æſtimatoria appellatur.*

3 *Actio redibitoria vel quanto minoris poteſt intentari per emptorem, qui ſemel habuit intereſſe, licet poſtea illud deſinat.*
4 *Aeſtimatio an poßit creſcere, vel decreſcere & quando.*

5. IN REDIBITORIA.
1 † Actio redibitoria vel quanto minoris poteſt habere locum, etiam vbi habet locum actio de euictione nec vna tollitur per aliam, licet deſinat intereſſe. hoc dicit concordat. l. euicta. in. §. ſi ſeruus. j. de euict. quem omnino vide, quia declarat iſtum. §.
2 †In tex. ibi extimatoria, dic in actione quanto minoris quæ extimatoria appellatur. vt. l. bouem. §. aliquando. ſupra eodem. Not. primo. quod actio de euictione poteſt concurrere cum redibitoria, & quanto minoris, quod tamen intellige ſi duplum non conſequatur vel bis idem. vt. l. quia dicitur infra de euі. vbi tex. declarat iſtã. l. & eſt caſus. in. l. quod ſi nolit in. §. ſi quis egerit. ſ. eod. &
3 ibi dixi. † Not. ij. quod actio redibitoria vel quanto minoris poteſt intentari per emptorem qui ſemel habuit intereſſe, licet illud poſtea deſinat ſiue decreſcat de quo dic vt plenè dicam. in. l. ſi hominem. in. §. ſi infra eodem. Sed aduerte quia iureconſul. hic in princ. quærit de redibitoria, & quanto minoris, & de euictione, & in fin. non reſpondet niſi de euictione. Vnde & tu dicas idem in redibitoria, & quanto minoris ſecundum Rapha. & bene vide gloſſ. in l. nemo videtur fraudare, quæ eſt pen. circa fin. infra de regu. iur. & hic adde.
4 Quærit gloſſ. hic in verbo decreſcat nunquid extimatio poſsit creſcere & videtur quod non quia non poteſt decreſcere, vt hic, & ita vult gloſſ. per. l. ſi ſterilis. in. §. cum per venditorem. ſupra de actio. empt. tu dic quod iſtud eſt verum quando ipſe venditor peccauit in non tradendo ſecus ſi in tradendo, & malè tradendo quo caſu bene poteſt creſcere vſque ad maximam quantitatem intereſſe etiam extrinſeci, vt eſt text. iuncta gloſſ. in. l. iulia. in princi. in verbo interfuerit. ſ. de act. emp. de qua materia dic vt ibi, & in. d. §. cum per vẽditorem. eo. tit. & quod not. in. l. vinum ſ. ſi cer. pet. & in. l. in hac. ſ. de tritica. & in. l. ij. in fin. ſ. de eo. quod cer. lo. & in. l. iij. in. §. in hac. ſ. com. & vide quod not. pleniſsimè per doct. in. l. vnica. C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt.

Bartho. Cepolla de Vero.

SVMMARIVM

1 ☞ *Actio redibitoria contra contumacem in ſolutione competit in duplum. Contra ſponte ſoluentem in ſimplum.*
2 *Dictio vel, poteſt ſtare alternatiuè, vel copulatiuè, & tum interpretatur vel id eſt &.*
3 *Actio redibitoria eſt arbitraria, & quare. Et an hoc ſit generaliter verum. nu. 7.*
4 *Nulla actio perſonalis dicitur arbitraria, niſi illa, de qua cautum legibus reperitur.*
5 *Redibitoria an ſit proprium nomen actionis. Et quòd non ſit proprium nomen. nu. 6.*
8 *In actione redibitoria venit datio, non veſtẽ.*

5. REDIBITORIA.
Actio redibitoria quandoque datur in ſimplũ, quãdoque in duplum. h.
1 d. vel ſic. † Actio redibito

toria contra contumacem in ſolutione
competit in duplum, contra ſponte ſol-
uẽtem in ſimplum. h. d. In textu ibi qui
eo nomine obligatus erat dic. ſ. pro ipſo
emptore apud ipſum venditorem. In
tex. in fi. ibi vel eum qui eo nomine, di-
2 cit hic Raph. † quòd hæc dictio, vel po-
teſt ſtare alternatiuè vel copulatiuè, &
in princ. dum loquitur negatiuè poteſt
ſtare alternatiuè, ſed hic in fi. dum lo-
quitur affirmatiuè poteſt ſtare copula-
tiuè, & ſic debet exponi vel pro &, alie.
glo. hic, & bene. Not. illũ tex. qui loqui-
tur de duplo, in pœnam ipſius vendito-
ris, & de iſto duplo, non tractatur alibi
3 quàm hic, & ideo not. † Not. ij. ex iſto
tex. quòd actio redibitoria eſt arbitra-
ria quia datur in duplum contra nõ re-
ſtituentem, vt colligit hic glo. in verbo
iubetur, ſicut eſt in actione ex ſtipula-
tu de dote quæ eſt arbitraria vt not. in
l. ſi filio. §. maritum. ff. ſol. matr. de quo
dic vt ſtatim dicam in ſeq. q. Sed dicit
hic Rapha. quòd iudicio ſuo, actio de
dote cum ſit bonæ fidei, vt in. §. fuerat.
inſtit. de actio. quòd non eſt arbitraria.
Quæro igitur nunquid actio redibi-
toria ſit arbitraria, & glo. hic in verbo
iubetur, tenet quòd ſic vt dixi. propter
hoc quia venditor condemnatur in du-
plum ſi non paret iudici in ſoluendo
ſimplum, & ſic videtur quòd poſsit iu-
rari in litem, & idem tenet Ang. in ſum
ma. Sed Rofredus beneuentanus in li-
bellis ſuis in actione redibitoria tenet
4 contrarium dicens † ꝙ nulla actio per-
ſonalis dicitur arbitraria, niſi de qua
cautum legibus inuenitur. In hoc paſ-
5 ſu ego dicerem ſic. † Si tenemus redi-
bitoriam non eſſe proprium nomen a-
ctionis, ſed adiectio, vt quidam volunt
vt dixi plenè in rubrica. in quarta quæ
ſtione. & tunc quia actiones quibus ſub
iacent eſſent bonæ fidei, vt eſt actio ex
empto redibitoria, vel actio in factũ ex
permutatione, vt inſtitutio. de actio. §.
actionum. dico quod non eſſet indi-
ſtinctè arbitraria, licet in ea iurent in
litem quia eſt bonæ fidei, vt lege in a-
ctionibus. in principio. ff. de in lit. iur.
& nota. gloſſ. in dicto. §. maritum. &
gloſſ. inſtituta de actionibus in. §. Præ-
terea quaſdam in verbo, & cæteris ſi-
milibus. & quod ſit bonæ fidei videtur
textu in lege quod ſi nolit. in. §. quia
aſsidua. ibi in bonæ fidei iudiciis. ſupra
6 eodem. † Si verò teneamus quod a-
ctio redibitoria ſit proprium nomen
actionis, vt ego teneo, in dicta quarta
quæſtione. ſupra in rubrica. & ſic ſit
ſtricti iuris, cum non conuumeretur in
dicto. §. actionum. & ſit perſonalis, eſt
maius dubium, & magna contentio
inter gloſſ. & Doctor. nam gloſſ. in. l.
quarta. §. ſed & ſi quis ſupra finium re-
gundorum & gloſſ. inſtitut. de officio 7
iudic. in. §. contumaciæ. tenent quod
etiam in actionibus perſonalibus ſtri-
cti iuris, ſi res non reſtituatur ad man-
datum iudicis, poſsit iurari in litem,
& hoc voluit etiam Bartolus in dicta
lege in actionibus. in verſiculo, tertio
habet locum in arbitrariis &c. & in lege
ſi cum dos. §. fina. ff. rer. amo. & in. l. ha-
rum. ff. ſi ſer. vendicetur. In contrarium
eſt gloſſ. in dicta lege harum. & eam ſe-
quitur ibi Floren. & in dicto. §. ſed & ſi
quis & Barto. etiam in. l. ſi prius. in ſe-
cunda. q. de no. oper. nun. Sed do. meus
domi. Paul. de caſt. in lect. quam fecit
ſcals

7 ſenis in.d.l.in actionibus. † diſtin-
guit,aut quis fuit iuſſus rem reſtituere,
vel rem tradere, vel preſentare,& tunc
ſit arbitraria. Secus ſi rem dare, quia
iſto caſu non committitur tanta perfi-
dia,& ita eum refert Ange.de are.inſtit.
de actió.in.§.præterea quaſdam.in ma-
teria de in lit.iuran.Sed idem do.Pau.
poſteà in.d.l.in actionibus.in lect.quã
fecit hic Paduæ.me audiente tunc ſub
cõ.tenet indiſtinctè opi. Bart.in.d.l.in
actionibus.niſi fuiſſet iuſſus ab officio
iudicis nobili,quia iſto caſu non iura-
tur in litem.per gloſſ.ſingu.in.d.l.ha-
rum. Sed ego Bartho.Cepo.de Vero.
tenērem primam diſtinctionem,an fue
rit iuſſus dare,vel reſtituere tanquam
veriorem,per text.ff.de rei vendi.l.qui
reſtituere.in fi.ibi ſiue in perſonam,&
ibi quod reſtituere.& etiam in princi.l.
dum dicit reſtituere nõ dare,& ſic vult
d.l.qui reſtituere,ꝙ tunc iuretur in li-
tem in actione perſonali,ſi fuit iuſſus
reſtituere,ergo ibi dare non iurabitur,
cum hoc alibi expreſſum non reperia-
8 tur,ſed cõtrarium.† Cum igitur in ca-
ſu noſtro in actione redibitoria veniat
datio non reſtitutio,vt probatur in.d.l.
redibitoria, ibi ſuum pretium reddat,
clarius.ſ.eo.in.l.redibere.in princi.ibi
quaſi reditio.i.retro datio. Item quia
emptor cum rem habuerit,fuit effectus
dominus,vt.l.traditionibus.C.de pa.&
d.l.redibere. vult quòd emptor faciat
quòd venditor habeat ante venditio-
nem,ſed dominium habebat,ergo em-
ptor facere debet,vt illud venditor ha-
beat,ergo dare tenetur,& per cõſequẽs
concludendo dico,ꝙ iſta actio non erit
arbitraria, nec in ea iurari poterit in
litem,quicquid dixerit glo.hic,& idem
ego dixi in actione redibitoria,in fi.

Bartholomæus Cepolla.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Emptor redibens mancipium non tene-
tur cauere niſi de illis furtis,& noxijs,quæ ex
facto ipſius emptoris contingerunt.*
2 *Actio redibitoria durat etiã poſt alienationẽ.*
*Et an hoc ſit indiſtinctè verum.nume.ſeq.*
4 *Redibitio eſt quaſi quædam euictio.*
5 *Si rem aliquam alteri obligatam mihi vendi
diſti.quam poſteà tibi reuendi:etiam ſi tibi
euincatur non teneor.*

l. CVM MIHI. † Emptor
1 redibens mancipium nõ
tenetur cauere niſi de il-
lis furtis & noxiis, quæ
ex facto ipſius emptoris
contigerunt.h.d. Not.ꝙ dixi in ſum
mario,pro quo facit.l.ſi ei cui.in princ.
in ratione ſui.ī.de euiction.& vide.l.re
dibere.§.j.& in.l.quis ſit fugitiuus.in.§.
noxias.ſ.eo.& in.l.qui ſi nolit.§.ſi ven-
ditor cum ſi.quæ.ī. in fi. allegabuntur,
2 vbi vide. † Not.ij.hic caſum,in fin.ꝙ
actio redibitoria durat etiam poſt alie-
3 nationem.† Sed dubium eſt, an hoc ſit
verum indiſtinctè,ſiue iſte emptor alie
nauerit ex cauſa lucratiua,puta donan
do,ſiue ex cauſa oneroſa,puta venden-
dendo,ex qua cauſa venditionis ipſe te
netur emptori ſecundo de euictione,&
de morbis,& videtur quòd ſi ex cauſa
oneroſa ſine dubio duret actio redibito
ria,& quanto minoris,ita quòd illa nõ
euaneſcit,& ita loquitur hic.ſecus ſi ex
cauſa lucratiua,quia tunc ipſe primus
empt

emptor non tenetur de euictione, nec de morbis, vt. l. ad res donatas. ꝗ. eodem, ergo ipſe non debet poſſe agere argu. l. ſi pater. & l. fi. cum ibi not. ꝗ. de euictio.
4 †cum redibitio ſit quaſi quædam euictio, & ita tenet hic Raph. ſub dubio tamen forte & relinquit cogitandum. Et iſtud ego credo verum ſine dubio, nam cum ex voluntate ſua ſit, alienatus: ita quòd ipſe non teneatur alicui, meritò non poterit agere, argu. l. ſequẽ. in prin.
5 vt ibi dicam in prima opp. †Vlti. alle, iſte text. in argu. quòd ſi rem aliquã vendidiſti mihi alteri obligatã, & eãdẽ poſteà tibi vendidi, ſi ex antecedenti cã tibi euincatur, tibi non teneat, ſecundũ Oldr. & Iac. de are. & Ray. de forli. & Alb. de roſ. in. l. licet placeat. ꝗ. de dote præle. qui allegat etiam illum tex. & l. & l. fundum meum. ꝗ. de euict. & l. ſi ei qui. eodem titu. & l. paterno libertus. ꝗ. de bo. lib. in quibus iuribus hoc optimè probatur, & idem tenet Ray. de forli. ſecundùm Iac. de aret. in. l. qui romæ. §. duo fratres. ꝗ. de verb. oblig. & pro hoc etiam optimè facit. l. qui bona. §. ſi quis, quia ſibi non cauebatur, eo quòd ibi no. Alb. de ro. & Ang. ſecundùm Iac. de are. ꝗ. de dam. infe. potes hoc extẽdere ſi vis.

Bartholomeus Cepolla.

SVMMARIVM.

1 Si ſeruus venditus manumittatur an duret actio redibitoria, & quantum ad quæ duret.

2 Alienatio voluntaria ex qua non poteſt alienans teneri de euictione vel morbis, facit quòd non poßit agi redibitoria.

3 Actio redibitoria an indiſtinctè per manumiſſionem expiret.

Et quid ſi ſemel competijt an manumißione extinguatur. & quæ, & in quantum. numero. 4.

5 In actione quanto minoris res ipſa in reſtitutione verſatur.

6 Eſt in arbitrio venditoris vel quòd ſuppleat iuſtum pretium quanto minoris res valẽt: vel quòd toto reſtituto pretio rem venditam recipiat, quod an verum ſit, vide. nume. 8.

7 Actio ex ſtipulatu competit ad intereſſe, non autem ipſam rem.

9 Quando res vendita nihil valet fit reſtitutio & cõtractus reſcinditur: & tunc eſt in electione emptoris an agat redibitoria, vel quanto minoris nu. ſequen.

11 Quantum ad ædilitias actiones non conſideratur niſi morbus, qui adfuit.

12 Si res vendita ſit manumiſſa ab ipſo emptore ex cauſa tamen voluntaria, non poteſt agi redibitoria, ſeu quanto minoris, ſecus ſi ex cauſa neceſſaria, & nu. 17.

13 Manumißio morti ſimilis eſt, & an hoc generaliter ſit verum ibi.

14 Poſt mortem ſerui an remaneant actiones? & quæ ibi.

15 Differentia inter actionem, de euictione, & actionem redibitoriã ſeu quãto minoris: & ad quid, & quare vtraq; competat nu. 16. et. 17.

17 Quare in actionibus ædilitiis fit differẽtia inter manumißionem & mortem.

Et quare in eiſdem fit differentia inter manumißionem & mortem, quæ non fit in actione de euictione ibidem.

18 Si mors contingat ex voluntate emptoris an poßit agi redibitoria? Et quid econtra ibid.

19 Inuito venditore non poteſt emptor agere redibitoria, quando ex voluntate, vel culpa ſua eſt mortua res vendita.

Et an hoc ſit indiſtinctè verum. nu. ſeq.

Non eſt

31 *Non eſt differentia inter manumiſſionem, & mortem, & quare.*

1 SI HOMINEM. Si ſer-
uus venditus manumitta
tur non cõpetit actio re-
dibitoria, vel quantomi-
noris. Idem ſi culpa ſua
mortuus eſt: ſecus ſi ſine culpa ſua. h. d.
cum princip. l. ſeq. vſq; ad. §. audiendus.
2 Op. cõtra iſtum tex. dum vult † ꝙ ſi ſer-
uus venditus manumittatur ꝙ non du-
ret actio redibitoria, vel quanto mino-
ris, nam imò videtur ꝙ duret. in. l. quę-
cunq;. ſ. de act. & obl. Sol. durat quantũ
ad damna illata in ſeruo, & iniurias vt
ibi, ſed quo ad ea quæ veniunt ex con-
tractu vel quaſi non, vt hic, vult ergo
2 iſta gloſ. † ꝙ alienatio voluntaria, ſicut
eſt manumiſſio, ex qua non poteſt ma-
numittens teneri de euictione, vel mor-
bis alicui faciat ꝙ ipſe non poſſit age-
re redibitoria, vel quanto minoris quo
ad ea quę veniunt ex cõtractu vel qua-
ſi & ſic hic eſt caſus pro. q. quam dixi. ſ.
3 in. l. precedenti. † Oppo. ij. & imò vi-
detur ꝙ indiſtinctè actio non expiret,
per manumiſſionem, vt eſt caſus. in. l.
euicta re. in. §. ſi ſeruus. j. tit. j. Sol. dicit
hic gl. ꝙ hic manumiſit ipſe emptor, &
ſic ex facto ſuo eſt effectus liber. Ibi
erat ſtatuliber. cui erat relicta libertas
ſub conditione ab alio, & ſic ibi nõ per
factum emptoris euenit libertas; imò
ex neceſſitate facti. Vnde nõ perit actio
redibitoria, vel quantominoris, & pro
hac ſolutione glo. alleg. l. ſi ſeruum tuũ
nomine. j. tit. j. ꝙ eandem ſolu. ponit gl.
in. d. §. ſi ſeruus. in verbo. manumiſſio-
ne. & idem vult gloſ. hic poſt med. in
verſi. at inſtabis. ibi reſpondeo quando
manumiſſio fit ex neceſſitate idem eſt
ac ſi mors contingeret &c. Sed aduerte
quia dicit hic Rapha. ꝙ non parum du-
bitat ſuper hoc, quia text. in. d. l. euicta.
in. §. ſi ſeruus. loquitur generaliter, & di
4 cit † manumiſſione actionẽ quæ ſemel
competijt non extingui. vnde reſtrin-
git illum text. quando erat ſtatulib. hoc
non poteſt fieri ſine mag. violentia. Vn-
de dicit ipſe ꝙ cogitauit ſic poſſe dici,
ꝙ per manumiſſionem actiones, quæ rẽ
ipſam reſpiciũt: quia tanti intereſt mea
ſanum eſſe &c. ille non durent, ſed actio
ex ſtipulatu ad intereſſe ſic, ſicut in ſi-
mili dicitur. in. l. ſiue manifeſtus. §. fin.
cum. l. ſequẽn. ſ. de condi. fur. nam actio
redibitoria reſpicit ipſam rem, quia da-
tur ad reſtitutionem rei vt. l. redibere.
in princip. & in. l. cum autem. in princi.
ſ. eo. & ideò re perempta vel manumiſ-
ſa non eſt poſſibile, ꝙ detur ad rem il-
lam quæ non extat vel reſtitui non po-
teſt, & ſi diceretur iſta cõſideratio opti-
ma eſt quantum ad redibitoriam, ſed in
actione quanto minoris non eſt ita, illa
enim competit emptori quanto mino-
ris erat mancipium tempore quo tradi
dit propter morbum, & ſic non conſide
ratur res ipſa, quia illa non venit in re-
ſtitutione, ſed venit in ſuplementũ pre-
tij. ergo ad iſtud ſuplementum deberet
poſſe agi quãti minoris, licet res ſit per-
empta vel manumiſſa. reſpondet ipſe,
5 † ꝙ in actione quanto minoris res ipſa
in reſtitutione verſatur. Ius tamen vi-
detur vt arbitrio venditoris conſtitua-
6 tur. † vel ꝙ ſuppleat ſeu reſtituat pre-
tium iuſtum, quanto minoris res valet,
vel ꝙ totum pretium reſtituat, ꝙ man-
cipium

cipium recipiat. ar.l.ij.C.de reſci.ven. nam cum emptor eſt deceptus in pretio etiam ignorantia venditoris vltra dimidiam iuſti pretij facit,ꝙ ſi agatur contra ipſum venditorem ꝙ ipſe venditor habeat arbitrium, vel reſarcire pretium,vſq; ad iuſtum pretium,vel totum pretium reddere,& rem ſuam accipere,& econtra ſi venditor eſt deceptus ipſe emptor habet arbitrium ſeu electionem,vel ſupplere iuſtum pretiũ, vel reaccipere totum pretium ſuum ſolutum, & rem venditori reſtituere ita vult.d.l.ij.cum ibi not.C.de reſci.ven. quæ doctrina debet & poteſt optimè habere locum etiam in caſu noſtro, cum ſeruus vẽditus propter morbum eſt minoris pretij facit.l.quod autem.in.§.ſi maritus extimationem.ꝟ.de dona.inter vir.& vxo.& dicit ꝙ iſta eſt ſua conſideratio noua que non tangitur per gl. nec per docto.quæ conſideratio probatur in.l.ſi tamen.in.ij.reſpon.ꝟ.eod.ſecundum vnum intelle.ſecũdum alium non vt.ꝟ.dicam.concluditq; ex prædictis actionem redibitoriam & quanto minoris euaneſcere per manumiſſionẽ; ꝙ tamen intellige vt.ſ.quando eſſet intereſſe quod reſpiceret ipſam rem ſecus ſi reſpicit aliud intereſſe vt operarum, vel aliarum rerum. vt.d.l.iuſtiſſimè.§.
7 fin.ſ.eo. †Nec obſt.d.l.cuncta.§.ſi ſeruus.quia loquitur de actione ex ſtipulatu,quæ competit ad intereſſe,non autem reſpicit ipſam rem,vt patet ex prædictis,iſta eſt intentio Rapha.hic iudicio meo,licet ipſe multum obſcurè loquatur,quia lectura etiam reperitur in hoc multum corrupta. Sed certè ego credo ꝙ opinio.gloſ.ſit verior nec prædicta conſideratio Rapha.mihi placet,
8 vult enim † ꝙ ſi agitur actione quanto minoris res eſt ꝙ in ipſa venit reſtitutio rei,& ſit in arbitrio venditoris vel ſupplere iuſtum pretium, vel reſtituere totum pretium emptori, & accipere rem, ꝙ ego non credo verum.nam non reperitur iure cautum, ꝙ ſi agatur quantominoris, ꝙ fiat reſtitutio rei, ſed ſolum debet reſtitui pretium per venditorem quãto minoris res eſt, & ſic contractus non reſcinditur,& ꝙ iſtud ſit verum probatur, quia hoc eſt
9 ſpeciale in vno caſu † quando res nihil valet quia tunc fit reſtitutio rei & reſcinditur contractus,vt eſt caſus in.l. bouem.in.§.aliquando.ſ.eo.ergo ſi res aliquid valet in contrarium debet eſſe ius commune, vt no.l.ius ſingulare &.l.quod vero.ſ.de legi.cum ſimi.præterea hoc etiam probatur quia etiam vbi res nihil valeret, vel emptor nul-
10 lo modo emiſſet † habet electionem an agat redibitoria & ſic reſcindatur contractus, vel quanto minoris res eſt, & 11
ſic non reſcindatur vt eſt caſus.in.l.ſi quid venditor.in princip.& ibi dixi.in j.nota.& dixi plenè.in.l.ſciendum.in.§. dictum.in.iiij.quæſtione.ſ.eo.ergo multo magis quando res aliquid valet debet eſſe in electione ipſius emptoris decepti dolo,vel etiam ignorantia ipſius venditoris. Nec obſtat dict.l.ij. C.de reſcindenda venditione.quia illa 12
loquitur quando quis decipitur in pretio ſimpliciter: hic autem quando eſt deceptio in morbo, licet ſit in conſequentiam poſteà in pretio.Præterea facere differentiam an res veniat in reſtitutione,vel pretium non apparet mihi bona

11 bona conſideratio † quia quantum ad
ædilitias actiones non conſideratur niſi
morbus qui fuit vt.ĩ.dicam.in.iiij.opp.
Nec etiam obſt.l.ſi tamen.in.ij.reſpon.
quia ibi debet eſſe.§.vt ibi dicam.& ſic
nihil facit, imò probat potius contra-
rium vt ibi dicam.& dixi plenè.in.l.ꝙ
ſi nolit.in.§.ſi mancipium. in.ij.opp.ſ.
eo.vbi omnino vide. Concludo itaque
12 ex prædictis,cum glo.contra Raph.†ꝙ
ſi res vẽdita ſit manumiſſa, ab ipſo em-
ptore ex cauſa voluntaria,quòd nõ po-
teſt agi actione redibitoria,vel quanto
minoris quia hoc cõtingit ex facto ſuo,
& ita loquitur hic, ſecus ſi ex cauſa ne-
ceſſaria puta quia ſeruus erat ſtatulib.
& ſic non ex facto ſuo,& voluntate,ſed
ex neceſsitate & ita loquitur. d.l.eui-
cta.§.ſi ſeruus. ĩ.titu.j. Sicut contingit
quando homo moritur ſine culpa em-
ptoris, vt in hac.l.in fi.& in.l.ſi tamen.
in princ.quæ ſtatim ſequitur. Oppo.
iij.cõtra iſtum tex.qui in prin.& in fi.
videtur facere differentiam inter ma-
13 numiſsionem,& mortẽ,†nam imò ma-
numiſsio morti ſimilis eſt,vt eſt tex.in.
l.ſi mihi alienum.ĩ.de ſol.Sol.dicit gl.
verũ eſt,quòd eſt ſimilis.ſ.quo ad quæ-
dam, vt ibi, ſed non quo ad omnia, vt
hîc vel dicit hîc Raph.quòd ibi loqui-
tur de manumiſsione quæ ab alio,quã
ab ipſo debitore contigerat hic de illa,
quæ ab ipſo emptore:& ſic debitori cõ-
14 tigerat. †Oppo.iiij.contra fin.huius
l.ſi hominem,& imò videtur quòd poſt
mortem ſerui non remaneant actiones,
vt.l.ſi ſeruus venditus.in prin.ĩ.eo.tit.
Solut.dicit glo.ibi loquitur de actione
euictionis quæ ceſſat,hic de actione re-
dibitoria, & quãto minoris, quæ durat.

15 †Sed ego quæro extra glo.quæ eſt ra-
tio quòd non durat actio de euictione,
ſed redibitoria, & quanto minoris ſic,
dic ſecundum Pau.de caſt.& Raph.hic,
16 †quia actio de euictione non competit
niſi re euicta per ſententiam. l.at qui
natu.§.cum me abſente.ſupra de nego.
geſt.&.l.vtique.ſupra de rei vendicat.
Vnde licet res eſſet in cauſa euictionis
tamen ſi non fuit euicta, ſi eſt mortua,
vel manumiſſa:verum eſt dicere ipſam
non eſſe euictam, & ſic deficit conditio
ipſius obligationis. ergo, ſed actiones
ædilitiæ.competunt ex eo quòd res eſt
morboſa,vel vitioſa.vnde ſi res eſt per-
empta ſine culpa emptoris verum eſt
dicere ipſam fuiſſe morboſam, vt.d.l.
inſtituiſſe.§ fi.ſ.eod.& in.l.ſi tamen.in
princ.& in.l.filiusfamil.ff.de cõceptio.
cum ſimi.& ſic poteſt agi ad reſtitutio-
nem pretii. vt.l.quòd ſi nolit. §.idem
ait homine. ſ.eod.ſecus ſi ſui culpa mo-
riatur vel manumittat, vt hic in princ.
&.ſ.dixi in.iij.oppo.& eſt glo.in dicta
l.quòd ſi nolit.in.§.ſi mancipium.ſ.eo-
17 dem. † Quæro ſecundò, quæ eſt ratio
quòd in his actionibus ædilitiis, ſit dif-
ferentia inter manumiſsionem,& mor-
tem.glo.hic reſpõdet dicens,quia mors
fortuitò contingit manumiſsio ex vo-
lũtate emptoris,& bene dicit. Sed poſ-
ſet dubitari quæ eſt ratio differentiæ
quòd quo ad ædilitias actiones ſit dif-
ferentia inter manumiſsionem & mor-
tem, vt in iſta.l.quæ non ſit in actione
de euictione,quia neutro caſu,ſiue mo-
riatur, ſiue manumittatur poteſt agi de
euictione,vt.d.l.ſi ſeruus venditus.ĩ.ti-
tu.j. Reſpondeo ſecundum dominum
Paulum de caſtr.hic, quia illa de eui-
ctione

ctione non competit niſi re euicta.vt.d.l.at qui natu.in.§.cum me abſente. ſuprà de nego.geſt.ſed in redibitoria & quanto minoris propter vitium tãtum, vt ſupra dixi in.j.q.vbi omnino vide. Quæro tertiò principaliter quid ſi manumiſsio contingeret ex neceſsitate an tunc poſſet agi redibitoria, vel quanto minoris,& glo.hic reſpondit quòd ſic quia tunc proinde eſt ac ſi contingeret mors ſine facto ipſius emptoris, quod non ad.l.euicta.§.ſi ſeruus.infra tit.j.vt dixi ſupra in.ij.oppoſi.in princ.ſecus ſi ex voluntate.& in fi.huius glo.aſsignatur vna ratio,ſic vt plenè dixi ſupra in
18 d.ij.oppo.† Quæro quartò principaliter quid ſi mors contingeret ex voluntate emptoris nõ fortuitò, an tunc poſſet agi redibitoria,& glo.hic,circa finẽ prin.dicit quòd non,quia tunc idem eſt ac ſi manumiſsio fuiſſet facta ex volũtate,vt.l.quòd ſi nolit.§.ſi mancipium. ſupra eod.ſecundum quoſdam, poſteà gloſſ. determinat contrarium ſcilicet quòd imò etiam quando mors contingit ex volũtate emptoris poteſt agi redibitoria, vel quanto minoris, & tunc extimari poteſt,& debet ſeruus quanti fuerit tempore mortis ſuæ, vt id reſtituatur venditori,& ſic illa extimatio: licet res reſtitui non poſsit cum.n.ſeruus non ſit non extimatur quanti ſit ſed quanti fuerit, ſecus quando manumiſsio fit ex voluntate emptoris, quia tunc liber homo cum ſit extimari non poteſt,quia liber homo nõ recipit extimationem. Concludendo ergo glo.hic vult quòd quantum ad manumiſsionem fiat differentia an fiat ex voluntate emptoris,an ex neceſsitate. vt ſupra dixi in.ij.oppo.in fi.& hoc bene ſecundum omnes, ſed quantum ad mortem glo.hic in fine, vult quòd non ſit differentia, quia vtroque caſu, ſiue fortuitò contra voluntatem emptoris, ſiue ex voluntate emptoris mors contingat poteſt emptor agere redibitoria, & quanto minoris,& pro ipſa facit illa ratio quam allegaui ſupra in.j.&.ij.ratione. Sed certè in hoc glo.malè dicit,& eam reprobat etiam hic Alb.qui dicit quòd prima opi.glo.hic eſt verior,quia idem tenet ipſe gloſator in.d.l.quòd ſi nolit. in.§.ſi mancipium.ſupra eo.concordat
19 tamen opin ſic† quia inuito venditore non poteſt emptor agere redibitoria quando ex volũtate vel culpa ſua mortua eſt res vendita,& ita loquitur hic prima opin.glo.ſed volente venditore poteſt,& ita loquatur hæc.ij.opi.glo.& eius conſideratio,& pro iſta opi.eſt caſus hic in princ.in.l.ſi tamen,& iſtud credo verius,vt dixi plenè.in.d.§.ſi mãcipium.in.ij.oppo.Sed Raph.Fulg.ibi, & hîc tenet contra dictam vltimam opi.glo.hic per dictam.l.quòd ſi nolit. in.§.ſi mancipium.& in.§.pen.in fi.ſupra eod.& per.l.ædiles autem.in.§.loquuntur.ſupra eo.& dicit quòd non eſt bona reſpõſio quam facit glo.ad.d.§.ſi mancipium. dum vult quòd ibi poteſt agi redibitoria homine mortuo ſcilicet culpa emptoris ſi venditor vult quòd agat,quia ſi eſt verum dicere, quòd per mortem hominis euanuerit actio redibitoria non poſſet poſtea ſuſcitari ex ſolo pacto nec debet poſſe actio oriri, per.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret. ſupra de pactis. ibi non enim ex parte, vnde propter hoc cõcludit quòd opi.glo.hic

In fi.eſt verior, & ratio differentiæ inter manumiſsionem, & mortem aſsignatur per ipſum Raph.quia in manumiſsione ipſe emptor ex animo ſuo & propoſito ſeruum amittit,& dominium ſerui, cuius redibitioni erat locus.at cũ culpa emptoris ſeruus mortuus eſt, nõ ex animo amiſit, vt habetur per text.& glo.in.l.j.C.ſi aduer.vendi.culpa enim non eſt ex animo. Quapropter probabiliter dici poteſt ſecundum eum,quòd ſi ex animo, & ſtudioſè eum occideret, quia nolit eum habere, fortè idem dicendum eſſet, quod in manumiſsione, ideoque non duraret redibitoria,& pro hoc alleg.l.ſi tamen. in.ij.reſpon.quòd debet continuari ad principium,& non erit.§.ita vult hic Raph. Ego autem quicquid dicat hic Rapha. teneo primam opinio.glo.hic,quam tenet etiam glo.in.d.l.quòd ſi nolit. in.§.ſi manci-
20 pium.ſupra eo.ti.videlicet† quòd indiſtinctè ſi mancipiũ vel ſeruus eſt mortuus culpa ipſius emptoris quòd nullo modo poteſt agere contra venditorem redibitoria,quia ex facto ſuo deſinit habere facultatem reſtituendi ſeruum, quod facere deberet,ſcilicet reſtituere, vt.l.redibere.in princ.& in.l.cum autẽ. in.§.Iulianus.ſupra eo.cum ſimi.& per rationes quas dixi, in.d.§.ſi mãcipium. in.ij.oppo.vbi plenè dixi de iſta.q.& ſic non obſtat ratio quæ ponitur hic in glo.in fi.& iſtam opin.tenet etiam hic Albe.vt ſupra dixi. Nec obſtat dicta l.quòd ſi nolit. in.§.ſi mancipium.quia loquitur quando venditor,vult vt dixi, & ita etiam loquitur dictus.§.penult. ead.l.&.d.l.ædiles autem.§.loquuntur. & dicta.l.quòd ſi nolit. in.§.idem ait homine. Nec obſtat quòd dicit hic Rapha.quòd actio quæ euanuerit ſolo pacto non poteſt reſuſcitari, vt. d.l.ſi vnus. in.§.pactus ne peteret, quia ibi loquitur in actione iniuriarum,quæ ex iniuria naſcitur,non ex pacto vt ibi dicitur,ſed iſta actio redibitoria,bene poteſt ex pacto oriri,& ſuſcitari, etiam vbi non eſſet morbus,vt eſt caſus ad literam,qui non poteſt cauillari.in dicta l.quòd ſi nolit.in.§.in factum.ſupra eo. & hoc etiam ſentit glo.in.l.ſi plura. in gloſ.j.ſupra eod. Concludo itaque ex
21 prædictis,† quòd non eſt differentia inter manumiſsionem,& mortem,quia ſi vtraque ſit ex neceſsitate vtroque caſu poteſt agi redibitoria. Si autem vtraque contingit, vel fit ex voluntate nullo caſu poteſt agi, & iſtud habeo pro veriſsimo.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *An, quando, & quomodo cognoſcatur an ſit.§.vel verſiculus.*

2 *Si emptor vult retinere ſeruum vitioſum eſt audiendus, nec cogitur venditor ad reſciſsionem contractus.*

§. AVDIENDVS. Hic debet eſſe.§.ſecundum gloſ.hic licet ſecundum aliquos non, imò debet continuari cum princip. huius.l.quæ ponit nouum caſum, & lege præcedenti, & dicit hic Alber.quòd ſecundum iſtum intellectum.vbi eſt in litera retinere haberetur redibere ſe-
1 cundum Accur.& Nico. †Pone hic an & quando,& quomodo cognoſcatur an ſit

an ſit.§.vel verſic.de quo per doctor.in c.at ſi clerici. in fin.extra de foro competen.& habetur per docto.in.l.gallus. §.etiam.ff.de liber.& poſthum. Not. hic text.dum dicitur in litera retinere, quia hic eſt caſus apertus contra opin. Rapha.de qua dixi, in.l.præcedenti.in ij.oppoſit.dum vult quòd emptor qui actione quanto minoris poteſt cogi per ipſum venditorem, ad reſtituendam rem, & ſic ad reſtituendum contractum, nam hîc probatur contrarium
2 manifeſtè, dum dicit litera quòd ſi †emptor vult retinere ſeruum vitioſum, quòd ipſe eſt audiendus, ſi conquæratur, ſcilicet actione quanto minoris, vt vult hîc gloſ.aliâs.n.non haberet dubium, ſed Rapha.hic reſpondet quòd hic non debet eſſe. §.ſed debet continuari cum princip.huius.l.& tunc erit ſenſus quòd quando ſeruus morboſus eſt mortuus emptor poteſt agere actione redibitoria, ſi tamen ſine culpa ſua mortuus ſit, vel dicit ipſe ſecundò dato quòd hic ſit.§.nihilominus poteſt ſubſtineri opinio ſua, quia dum dicit litera retinere eum velit, debet intelligi, & ſubaudiri quòd nihilominus ſit in arbitrio ipſius venditoris, vel ſupplere ſibi iuſtum pretium. De hoc vide quod plenè dixi.in.l.ſi quid venditor in princip.in.j.not.ſupra eo.non eſt hæc quæſtio, ſed ſimilis, & eam hic adde per remiſsionem, vel petere ipſam rem, & totum precium reſtituere quod accipit, ſed certè vtrunque dictum ſuum non non eſt verum, primò quia principium huius.l.eſt continuatiuum ad.l.præcedentem, dum dicit, ſi tamen ſine culpa mortuus ſit &c.& in.l.præcedenti in fi. fecerat mentionem de morte, de qua non fit mentio. in.§.iſto audiendus vnde hîc in princi.huius.l.non poteſt poni nouus caſus.vt.l.præcedenti. in fin. nec etiam poteſt continuari cum.§.audiendus, ſi bene conſideratur, quia ibi non fit mentio de morte, Imò loquitur. §.audiendus. de illo qui vult retinere pretium ergo non erat mortuus, ergo non poteſt aliquo modo continuari cum princ.huius.l.Præterea dum ſubaudit Raph.ad iſtam literam, quòd ſit in arbitrio ipſius venditoris petere quòd ſi reſtituatur eſt de directo contra iſtum textum, & mẽtem ſuam dum dicit quòd ſi emptor vult retinere rem quòd eſt audiendus, quod non eſſet, ſi eſſet in arbitrio venditoris.

Bartho. Cepol. de Verona
I.V. Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Excluſus præſcriptione redibitoriæ poteſt agere actione quanto minoris.*
2 *Actio quanto minoris intentata ad redibitionem, habet naturam actionis redibitoriæ, quia non durat niſi ſex menſes.*
3 *Qui ſuccubuit in actione redibitoria, quia non potuit probare morbum, non poteſt poſteà agere æſtimatoria.*

§. 1 NON NOCEBIT. † Excluſus præſcriptione redibitoriæ poteſt agere actione quanto minoris, hoc dicit. Oppo.contra iſtum text.de.l.ſuus hæres.§. eſt in poteſtate.infra de excep.rei iudi.

Sol.dicit hic gl.no.quòd ibi intenditur
actio quanto minoris ad ipſam redhibi
tionem,vt.l.bouem.§.aliquando.ſ.e.hic
autem non ad redhibitionem,quam ſol.
multum no.quia ſecundum iſtam.gl.eſt
2 caſus in.d.§.eſt caſus ĩ poteſtate ꝙ†quã
do intentetur actio rei quanto minoris
ad redhibitionem,ſecundum.§.aliquan-
do.quòd tunc talis actio quanto mino-
ris,habet naturam actionis redhibitoriç
quia non durat niſi ſex menſibus,nõ an
no quod eſt valde no.& idem vult Ang.
& in.d.l.bouem.in.§.aliquando.& ibi di
xi.in.j.q.ſed iſtam glo.Ang.ibĩ non alle
gat ideò tu eam no. Vel dicit gl.ſolue
vt ibi,ſed gl.ibi,in vltima ſolutione di-
cit.aut ideo venditor eſt abſolutus in re
dhibitoria,quia tempus ſit elapſum , &
ita loquitur hic,& ſummam iſtum text.
in princip.aut fuit abſolutus, quia em-
ptor non potuit probare vitium,fuiſſe
tempore contractus,vel ſe emiſſe.& tũc
loquitur contrarium.quam ſolutionem
multum no.quia eſt no.vult enim,vt di
3 xi quòd†qui ſuccubuit in actione redhi
bitoria,quia non potuit probare morbũ
quòd non poſteà agere extimatoria , &
actione quanto minoris , quia exceptio
rei iudicatæ ſibi poteſt obiici, vt eſt ca-
ſus,in.d.§ eſt in poteſtate.cum gl.ibi.Di
cit tamen hic Rapha.quòd hoc debet in
telligi verum in actore , & ita loquitur
ibi,ſecus in reo,vt.l.qui rome.§.fina.de
verbo.oblig.

## SVMMARIVM.

1 *Plus eſt facto,quàm verbo declarare.*
2 *Plus eſt denuntiare re,quàm verbis.*
3 *Opera, ſiue factum hominis: probat hominis voluntatem.*
4 *Scientia emptoris ſibi nocet.*

§ 1 **E**I QVI. †Plus eſt fa-
cto quàm verbo decla-
rare.Vide text.in.l.con-
tractus.ad fin.ibi qui cu-
ſtodiri non ſolét de reg.
iur.In tex.ibi iunctam vendidit adde flo
ria.in.l.prima.§.final.& quod ibi ſigna-
ui.ſupra de ſerui fugiti.& emptor ſciens
de rei vitio non poteſt agere redhibito-
ria vel quanto minoris,hoc dicit.cum.§.
ſequenti.& concordat.c.dilecti filii.I.&
H.extra de appellationi.vt infra dicam.
& ad hoc allegatur ſemper. Item alle
gatur quòd tantum valet quid fieri fa-
cto quantum ſi verbis dicatur , ita alle-
gat glo.iſtum textum,in.l.ſecunda in.§.
ignominiæ.in verbo , eſſent in fine.ſu-
pra de his qui not.infa.& ibi Bart.in.iij.
notabil.de quo vide textum,qui ibi ha-
betur in lege de quibus.ſuprà de legib'.
& vide tex.in.l.certum ibi an digito.ſu-
pra ſi certum peta.cui adde quòd facto
datur voluntas intelligi.vt eſt tex.& ibi
gloſ.in verbo comprobaſti.in.l.repræ-
hendenda.C.de inſtitut.& ſubſtitu.ſub
condit.fac.& ibi Docto.Item iſte text.
2 alleg.†quòd plus eſt denuntiare re:quã
verbis,& ſic,plus eſt facto declarare quã
verbo,allegat.iſtum textum gl.in dicto
capitu.dilecti filii.I.&.H.extra de appel
la.& ibi omnino vide quæ ponit plures
caſus diuerſos in quibus per factum ali
quid geritur,videlicet ,quia per factũ qs
renuntiat,mentitur conſentit, probatur
de eius conditione rat.ha.negat,& dicvt
ibi per gl.& Docto.Item allegatur iſte
3 text.†quòd opera ſiue factum hominis
prob

probat voluntatem hominis, ſicut verba & glo.xliij.diſtinct.c.primo in verbo clementi.vbi alleg.etiam alia iura,& vide glo.xxvij.quæſtio.ij.ſi quis vxoré deſponſauerit. quæ dicit non refert an verbo,vel facto declaret quis voluntatem ſuam. Item poteſt allegari iſte tex. quòd operibus ſic loquimur ſicut & verbo vt dicit in capitu.nec ſolo per illum text.xxij.quæſtio.v.& ad hoc eſt text.in c.cauete.xxij.q.v.per qué dicit Io.an.in capitu.conſtitutionem de ſenten.excom muni.libr.vj.in nouella.quòd facta loquuntur. Item alleg.iſta.l.quòd exteriora indicant interiora animi ſecreta: ita dicit glo.per iſtum tex.inſti.de re.di. in.§.ceruos.in verbo deſeruerũt de quo vide.l.is qui.§.diuus.& ibi Bartol.ff.de tu.& cũ.da.ab his.
4 †Item glo.hic colligit ex iſto text.quòd ſcientia emptoris ſibi nocet vt hic,&.l.j.§.ſi intelligatur.ſ. eo.& vide quod ibi dixi,& vide tex.& ꝙ ibi dixi,in.l.quæritur.in.§,fin.ſ.eod .dic vt ibi.

Bartholomæus Cæpolla.

5. 1 AEDILITII.†Actiones ædilitiæ dantur hæredibus,& contra hæredes.h.d.concordat.l.ſciẽdum in.§.deinde.ſ.eo.& vide quod ibi dixi.

5. 1 NON SOLVM. †Actio redhibitoria,& quãto minoris non ſolũ cõpetit pro mancipiis, ſed etiam pro omni animali,& pro ſeruo in quo quis habebat vſum fructum.hoc dicit.in terminis,quod no. pro ampliatione.l.ædiles autem.in principio.& in.§.ornamentorum.quia illud edictum loquebatur niſi de iumentis,& pecorib.& hic dic dicitur ꝙ habet locũ etiam in omni animali,quod not.bene. Et iſtum tex.alleg.gl.ĩ.ea.l.fi.ꝙ pro rebus vilibus vt pro Galinis etiam vitioſis hodie competit actio redhibitoria.licet olim non competeret,vt ibi.

Bartholomæus Cæpolla.

SVMMARIVM.

1 *Libellum quo modo proponere debeat agens actione redhibitoria pro vno vitio.*

2 *Si actum fuerit actione redhibitoria pro vno vitio,an poterit poſt agi pro alio.*

1 CVM REDHITOria.†Agens redhibitoria pro vno vitio conſilium eſt quòd prædicat ſeu ꝑ teſtetur ꝙ non intendit ſibi præiudicat ſi aliud vitium appareret.h.d. Not.bene iſtum text.qui dat conſilium quo modo debet agere,& dicere ille qui agit actione redhibitoria ꝑ vno vitio,ꝙ proteſtetur ꝙ non intendit ſibi præiudicare,ſi aliud vitium appareret,quia tũc vult poſſe agere etiam pro illo,& dico ꝙ eſt conſilium ſecundum Albe.quia etiam ſi non prædiceret poſſet agere,vt eſt tex.in.l.quia dicitur.ĩ.titu.j.& probatur.in.l.ꝙ ſi nolit.in.§.ſi qs egerit.ſ.eo.& vide tex.in.l.iuſtiſſime.in
2 §.in redhibitoria.ſ.eod. †Oppo.contra iſtum & imò videtur quòd non ſi ſemel eſſet actum actione redhibitoria ꝑ

vno vitio non poſsit amplius agi, quia ſi ſemel eſt reſciſſus contractus, non poteſt amplius reſcindi, ergo. ſol. dicit glo. timore huius contrarii quòd hic nō fuit facta redhibitio & ſic non fuit reſolutus contractus, ſed ſolum fuit præſtita extimatio vitii, quod no. quia ex hoc habes, quòd licet ſit actum actione redhibitoria, tamen poteſt cōueniri per partes, vt non reſcindatur contractus, & ita intelligo iſtam gl. Rapн. tamen dicit hic, ꝙ poteſt intelligi iſte tex. tex. in emptore, qui ſuccubuit, quia ſi agens ex vna cauſa de ſanitate ſuccumbat: poterit ſi alius morbus appareat agere. nam egit primò cū vna cauſa expreſſa, & maximè in actione perſonali, vbi etiam ſi cauſa non exprimatᷓ poterit poſteà ex alia cauſa agere: vt. l. & an eadem. §. actiones. ff. de excep. rei iud. non autem intelligas, ꝙ pro ea ipſe cauſa in qua ſuccubuit quia non probauit in redhibitoria, poſsit iterū agere quanto minoris, quia hoc eſt falſum, & contra id quod dixi. ſ. eo. in. §. non nocebit in vltima ſolutione.

Bartholomæus Cæpolla.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Actio redhibitoria non competit pro venditionibus ſimplaribus.*
2 *Verbum, ſimplaribus, quo modo intelligatur. & nu. 5.*
3 *Redhibitoria actio poteſt pro libris competere, & an verum ſit, vide nu. 7.*
4 *In quibus rebus competit actio redhibitoria remiſsiuè.*
6 *Redhibitioni locus ſemper eſt, pro his omnibus rebus, pro quibus præſtatur cautio dupla, & an ſolum pro illis. ſub nu. 8.*
*Et an pro rebus viliſsimis, pro quibus non præſtatur cautio, redhibitio detur ibidem.*
8 *Pro libris indiſtinctè præſtatur, cautio de dupla.*
9 *Pro rebus etiam minimis mobilibus inanimatis competit actio redhibitoria vtilis ſaltem, & de veritate. ibi. remiſsiuè.*

§. SIMPLARIVN.
1 †Pro venditionibus ſimplaribus non competit actio redhibitoria. h. d.
2 †Quærit hic glo. quo
modo intelligitur hoc verbū ſimplariarum, & gl. exponit tribus modis, primò pro rebus quæ anima carent quæ in iure conſiſtunt, vt eſt hæreditas. †Secūdò ſecundum Mar. pro rebus vilibus, vt ſunt galinæ, vel anima carentibus, de quibus non erat in vſu redhibitio, ſed hodie ſic per. §. non ſolum. ſ. eo. no. ergo ex iſta gl. ꝙ pro galinis, & pro aliis rebus minimis, & pro accipitribus, & aliis auibus, poteſt hodie competere actio redhibitoria, & idem ego dixi. in. d. §. non ſolum. & idem ego dixi in. d. l. j. in prin. in. xj. &
3 vlt. q. ſ. eo. †Ex quo etiam potes notare ꝙ pro libris poteſt competere redhibitoria, quia dicit hic glo. ſecundū Mar. ꝙ poteſt competere etiam pro rebus minimis quæ anima carent, de quo dic vt dixi plenè. in. l. j. in prin. in. v. q. princip.

Tertiò dicit gloſ. quòd poteſt intelligi iſte text. de rebus carentibus vitali alimento, vt eſt tignum fractum vel debile, vel lapis malè coctus, vel pro ſeruitute licet ꝓ carne peſtifera, vel herba poſſit agi. vt in. l. ſequen. & in. l. ſi prædium.
8 C. eodem. †Ego autem. in. l. j. in princip.

cip.in.v.quæſtio.vbi plenè examino in quibus rebus competat actio redhibitoria teneo contrarium,dic vt ibi plenè dixi. Sed Raph.hic dicit quòd ſtetit cũ glo.quo ad ſurrexit de ſtudio.& quia habebat gloſ.corrumptam voluit videre aliud.ff.vetus.& tunc ſibi occurrit quòd in legibus hic allegatis in gloſ.loquuntur de ſeruis,pro quib⁹ ſemper debet interponi ſtipulatio duplæ,vt.l.emptor in prin.j.titul.j.& vidiſtis.in.l.quòd ſi no
5 lit.§.quia aſsiduè.ſ.eo.† Vult ergo dicere litera iſta ſimplariarum venditionũ, non rerum prout glo.videtur hic ſentire,ſed venditionum ſimplariarum hoc eſt in quibus tãtum promittitur ſimplũ non autem cauetur de duplo, pro rebus ergo immobilibus certiſsimum eſt cauẽdum eſſe de duplo.Item pro rebus mobilibus pretioſis vt.l.emptori duplam.j.titu.j.Item pro ſeruis,vt not.glo.in.l.illud.in princip.j.titul.j.circa quod vide quod dixi in dicto.§.quia aſsiduè.in fin.
6 † pro his ergo omnibus rebus pro quibus præſtatur cautio duplæ,ſemper eſt locus redhibitioni.Pro rebus ergo viliſſimis pro quibus non interponitur cautio,non eſt redhibitio. Et ex hoc apparet determinatio vnius quæſtion.ſecun
7 dum Rapha. † an in libris ſit locus redhibitioni,quia ſi libri ſunt pretioſi habebit locum redhibitio, ſi non pretioſi non habebit locũ , ſed certè hoc vltimum non eſt verum , quia indiſtinctè pro libris habet locum etiam ſecundum
8 intellectum iſtum Rapha.† quia indiſtinctè pro libris præſtatur cautio de duplo,vt not.glo.in.l.illud.in princip.j.titu.primo & ſupra dixi.ergo indiſtinctè pro ipſis habet locum euictio. Adde tamen ſecundum eundem Rapha.quòd non ſolum pro rebus ,pro quibus præſtatur cautio duplæ habet locum redhibitoria,ſed etiam pro aliis rebus de quibus ſpecialiter cautum eſt, quòd locum habeat ſcilicet pro iumentis,& pecoribus.vt,l.ædiles autem.in princip.& in §.iumentorum ſupra eodẽ.& pro omni animali,& ſupra ead.l.in.§.non ſolum.& pro fundo.vt.l.ſi ſeruum.C.eodem & infra.l.proxi.& in aliis de quibus de iure cau.reperitur.Iſte intellectus ſatis mihi placet ad iſtum.§. & etiam opinio Marti.quæ videtur probari hic in text.
9 dum dicit in vſu eſt &c.ſ.† quòd pro rebus etiam minimis mobilibus,& inanimatis competat iſta actio redhibitoria. ſaltem vtilis arg.l.j.in princ.ſ.eo.vt ibi plenè dixi.in.v.q.dic vt ibi.

Bartholomęus Cæpolla de Verona, Iuris Vtriuſque,Doctor.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Actio redhibitoria habet locum etiam in fundo habente herbas peſtiferas.*

2. *Actio redhibitoria non ſolum competit pro rebus mobilibus,ſed etiam pro rebus immobilibus.*

1. ETIAM IN FVNdo.† Actio redhibitoria habet locũ etiam in fundo habente herbas peſtiferas,& poſt redhibitionem emptor nõ tenetur ad ſolutionem vectigalis futuri.hoc dicit concordat.l.ſi prædium.C.eodem de quo dic vt ibi, & vide omnino quod ſcripſi in.l.prima in princip.in.iiij.qõ.ſ.eod.vbi limitaui

x 4 iſtam

iſtam.l.& dedi cautelam emptori, & vẽ
ditori,& quod talis fundus, qui fert tan
tum herbam, & quidem malam vt qui-
dam faciunt,vt hic,& dicta. l. ſi prædiũ
dicitur poſſeſſio fornea.vt eſt tex.cum
glo.in verbo fornea,quę incip.id eſt ſte
rilis.in authen.de non alienandis. §.pe-
2 nulti.cola.ij.† Nota ergo quod actio re
dibitoria non ſolum competit pro re-
bus mobilibus,ſed etiam pro rebus im-
mobilibus.vt hic.& glo.j.in princ.ſ.eo.
dic vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Varicoſus poteſt rediberi,& quis vari-
coſus dicatur.*

1. 1 VARICOSVS.† Varicoſus dicitur eſſe morboſus vel vitioſus, ita quod poteſt rediberi.h. d.Quærit gloſ.quis dicatur varicoſus, & reſpondet duob. modis vno modo quod dicatur ille qui modo huc, mo do illuc vadit,vt ſtultus,adde, & iſte ta lis fortè poteſt appellari etiam erro. vt l.quis ſit fugitiuus.in.§.erronem. ſ. eodem. Secundò modo quòd dicatur ille qui habet quandam ægritudinem tibiarum,quæ dicitur varix.

Bartholomæus Cepolla de Verona. I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Si mandatum eſt de emendo ſeruo ſiue
determinatè,ſiue indeterminatè attẽditur ſcię-
tia,vel ignorantia ſerui, & non domini.*
2 *Scientia vel ignorantia ſerui contrahentis nõ
domini ſuper redibitione fienda attenditur,
& nu.4.*
3 *Si factores mercatoris contraxerint cuius per-
ſona an factoris, an verò mercatoris cõſideret.*
5 *Si ſeruus mandato domini rem certam emit,
tunc inſpicitur ignorantia vel ſciẽtia domini.*
6 *Si procurator rem emit vitioſam,quamobrem
agat ex ſua perſona & ex contractu à ſe fa-
cto eius ſcientia nõ domini cõſideratur.Secus ſi
ex perſona domini agat.de veritate vide.n.14.
Et quæ in hoc ſit ratio differentiæ inter procu
ratorem,& ſeruum ibid.*
7 *Interdum exceptio obſtat directæ actioni,quæ
non obſtat vtili.*
8 *An & quando ſcientia ſerui,vel procuratoris
in re vitioſa noceat domino.*
9 *Mandatum domini ſi ſeruus emat peculiari-
ter non nocet,& an hoc ſit indiſtinctè verùm
ibidem.*
10 *Stultus quis ſit & vnde dicatur,& de ſtultí-
tia remiſſiuè.*
11 *Stultitia vtrum opponatur ſapientiæ , & in
quo differat ſtultitia à fatuitate, & an ſtulti
tia ſit peccatum,& ad quod vitium reducatur.*
12 *Dictio nihilomagis habet in ſe negatiuã , ſed
dictio nihilominus habet in ſe affirmatiuam.*
13 *Procurator ſi fuit tam ſtultus quod ſciens rem
vitioſam emit ſibi non domino imputet.*
15 *Procuratori agenti redibitoria directa obſtat
exceptio,quæ domino obſtaret.nec poteſt agere
niſi caueat de ratificatione domini.*
16 *Dolus venditoris vendẽtis rem vitioſam pro-
curatori alicuius , præponderat culpæ domini,
qui nõ prohibuit ne talem rem emeret ,& quo
hoc intelligatur ibi,& ſub nu.18.*
17 *Dominus põt ex perſona ſua agere redibitoria
quando mandauit de emendo,licet ipſe ſciuerit
rem vitioſam ante ipſam venditionem.*
18 *Exceptio vtilis ex perſona domini non põt op
poni procuratori ignoranti vitium rei cũ agit
ex*

*ex perſona ſua,ſcilicet directa actione.*

19 *Differentia inter procuratorem. & ſeruum ementes ex mandato domini,& nu.23.*

20 *Quando dominus fuit ignorans,& procurator ſciens,licet hic non poſsit agere ex perſona ſua ille tamẽ aget ex ſua perſona actiõe vtili.*

21 *Factum procuratoris habentis mandatũ debet poſſe nocere domino.*

22 *Scientia filijfa.nocet patri mandanti.*

23 *Scientia ſerui habentis mandatum de emenda re certa in totum nocet ipſi domino.*

24 *Dominus qui mandauit procuratori de emendo rem incertã, & procurator ſciens emit rem vitioſam , non contra venditorem , ſed contra procuratorem poteſt agere.*

25 *Quando quis contrahit ſuo nomine proprio ad ſuũ commodum,vel incommodũ requiritur eius ignorantia vt poſsit agere,quia ſi ſciuerit non poteſt agere.*
*Et quid ſi contrahat alterius nomine,num.26. vſq; ad nu.40.*

27 *Quãdo procurator fuit ſciens nec ipſi procuratori ex perſona ſua,nec domino competit actio aliqua. Et ideo nullã poteſt procuratori cedere.*

28 *Practica quando dominus ſciens rem morboſam vel vitioſam mãdauit indeterminatè per procuratorem emendã eſt quod non agat ipſe ex perſona ſua,ſed ex perſona procurat.*

29 *Scientia vel ignorantia nuntij euntis ad accipiendum,vel emendum rem non attenditur,ſed ſolius domini.*

30 *Nuntius non habet ius in re.*

1. CVM MANCIPIVM. Diuiditur iſta. l.in duas partes principales. In prima ponitur quando ſeruus emit.& quæritur an ipſius ſerui ſcientia,an domini inſpiciatur.In ſecunda ponitur quando procurator emit.ſecunda ibi,circa procuratoris. Iterum prima ſubdiuiditur in duas.primò enim loquiť quando emit ſeruus peculiariter.ſecundò qñ emit nomine dominico.ſecunda ibi,ſed & ſi ſeruus,&.h.d.
1 in ſumma.† Si mandatum eſt determinatũ vt emas mihi talem ſeruũ vel indeterminatũ vt emas mihi vnum ſeruũ in negotio peculiari,attenditur ſciẽtia vel ignorantia ſerui,non domini,& idem in negotio dominico ſi mandatũ eſt indeterminatum de incerto. Sed ſi eſt determinatum tunc domini,vel patris,& idẽ in procuratore & domino.h.d. ſecundũ Albe. Vel ſic ſi ſeruus peculiariter emit morboſum vel vitioſum mancipium, domino mandante vel non mandante, de certo vel incerto, ſolius ſerui ſcientia ſpectabitur agente domino redibitoria vel ex empto, ſed ſi nomine domini de certo mandãtis,domini ſcientia ſpectabitur. Si verò procurator mandato domini de certo mandantis , ipſius ſolius procuratoris ſcientia ſpectabitur.
2 h.d.ſecundum Rapha.vel ſic † ſcientia vel ignorantia ſerui contrahentis non domini ſuper redibitione fienda attenditur,niſi mandatum domini ſuper certo emendo interuenerit , exceptio verò domini procuratori agentis ex ſuo contractu obſtare non debet. h. d. ſecundũ Ang. Et præmitte ꝙ regulariter quando aliquis emit vnã rem,& ſciat ipſam eſſe vitioſam,nõ poteſt agere redibitoria,vt.l.j.§.ſi intelligatur.&.l.quæritur §.fin.ſ.e.& in eis dixi plenè,& in.l.ſi tamen.§.ei qui.ſ.e.Modo in iſta.l.dubitatur quãdo quis non emit pro ſe,ſed pro alio cuius ſciẽtia inſpiciatur ad hoc vt non poſsit agi redibitoria , vel quanto

minoris,vel ex empto,vt videlicet, an ſcientia ipſius ementis, ſeu contrahentis,an verò illius cuius nomine vel mãdato contrahitur, & iſta. l. notabiliter iſtud declarat.In text. ibi ſeruus emat, dic pro negotio peculiari, & ita loquitur totum iſtud principiũ vſq; ad verſic.ſed ſi.excepto illo verbo,an domini nomine emitur, qui debet intelligi quãdo habebat mandatum de incerto emẽdo.vt ſtatim dicam in ſequẽ.apoſtil.In tex.ibi hominem emerit dic ſcilicet certum,putà ſtichum quo caſu ipſe dominus videtur emiſſe,ſecus ſi mandauit dominus in genere,putà emas mihi quendam ſeruũ ad tale opus faciendũ, quia tunc inſpicit ſcientia ipſius ſerui ementis,dato quod emat etiam in negotio dominico,vt.l.ij. ff. de litigio.& hoc vult ibi glo.not.& ita vult Albe. in ſummario ſuo,vt.ſ.dixi,& ita limitat iſte verſi.ſed ſi ſeruus, vt intelligatur tantum quando dominus mandauit de certo
3 emendo.†Not.j.iſtum tex. pro mercatoribus, quorũ factores contrahunt, cuius perſona in ipſo contractu conſideretur,de quo vide tex.not.in.l. ex facto.ſ.de neg.geſt.
4 †Not. ij. quod quando ſeruus emit pro negotio peculiari indiſtinctè & omnimodè inſpicitur ſcientia,vel ignorantia ipſius ſerui non domini,ſiue emat dño mandãte,ſiue nõ ſiue habeat mandatũ de certo, ſiue de incerto,& hoc vult princip.huius.l.vſque ad verſi.ſed ſi ſeruus. Quod tamen fallit in vno caſu tantum, ſcilicet qñ ſeruus emitur dño præſente & ſciente, & non contradicente & prohibere valente,quia tunc ſcientia domini bene noceret,vt eſt caſus,in.l.imò.in verſi. planè.ff.de lib.cauſa. & ita vult hic etiam glo.mag.circa prin.& glo.in verbo certum,in fin.Fallit & ſecundò quando ſu peruenit ſcientia ipſi domino tempore emptionis,vt vult.d.gloſ.in verbo certum,ad fi.de quo dic vt.j.dicam in. viij. oppo.Ex iſtis tamen collige quod licet tex.dicat omnimodo ſcientiã ſerui ſpectandam,tamen patitur fallẽtias, quod no.ad plura.
5 †Not.iij.in verſi. ſed ſi ſeruus,quod ſi ſeruus emit mandato domini pro re dominica rem certam, quod tunc inſpicitur ſcientia vel ignorantia domini,& ratio eſt quã dixi ſuper tex. & adde quod illud quod dicitur in ſeruo & domino habet locum etiam in filio & patre,vt.d.l.imò de lib.cau.& idẽ credo in ſimilibus perſonis in aliena poteſtate poſitis, & idem in factoribus mercatorum quia eſt eadem ratio, vt dixi.ſ.in.j.no.ſecundum Ange.No.iiij. ibi,& rurſus,quod ſtultitia ſerui in contrahendo nocet domino, de qua ſtultitia dic vt.j.dicam in.ix.oppo.† Not. v. in.§.circa,quod ſi procurator emit vnã rem vitioſam,ſi agit ex contractu ſuo, & ex perſona ſua conſideratur tũc ſciẽtia ſua,nõ domini.Secus ſi agat ex perſona domini,de quo dic vt.j.dicam plenè indiſtinctione magna,vbi etiam ponam quid in nuntio emente, an tunc conſideretur perſona domini, vel nuntii.Et intellige totum iſtũ. §.circa procuratores, quando de incerto dominus mandauit,vt vult hic gloſſella, in verbo procuratores. Et ſic non loquitur quando de certo, quia tunc indiſtinctè imputaretur ſcientia domini, non procuratoris,ſicut dicitur etiam in ſeruo, & ratio differentiæ eſt, quam dixi ſupra

pra ſuper tex.& ponitur per glo.in.l.ij. ff. de litigio. & vide quod dicam infra in.x.oppoſit.in fin. Dicit tamen hic Rapha.quod profecto iuriſconſultis in iſta.l.videtur ponere differentiam inter ſeruum & procuratorem, vt in ſeruo ſcientia domini noceat, quoniam immediatè agitur ex perſona domini. In procuratore verò non eſt ita quoniam ipſe agit.dicit tamen,quia omnes dicunt, vt dicit gloſſ. eſt tranſeundum cum glo. & bene.& opi. gloſſ. probatur hic,& in.d.l.imò.de lib.cau.& in.l.ſecunda.ff.de litigio.†No.vj. ſecundum Angel.quod interdum exceptio obſtat directæ actioni quæ nō obſtat vtili,quod facit ad not.per Dyn. extra de reg. iur. c.pro poſſeſſore.& vide quod not. in.l. quoties.in princip.ff.de admi.tut. & in l.in cauſæ.in.§. fin.ſ.de procura. Not.

8 vij.†& vltimò an & quando ſciētia domini vel procuratoris in re vitioſa noceat domino, de quo dic vt plenè dicatur.infra in diſtinctione magna circa fin.Oppo.contra iſtum text.in princip. & imò videtur quod ſcientia domini inſpiciatur,vt.l.imò.in verſic.plane.ff.de lib.cau. So.gloſſ. diſtinguit hic,& dicit quod ibi loquitur quādo dominus erat præſens & ſciens,& non prohibuit, circa quod vide quod dicam.ĵ.in.vj.&.vij. op.& vide quod dixi.ſ.in.ij.not.Oppo. ij.& imò videtur ꝙ etiā ſi non fuit præſens,quod inſpiciatur ſcientia domini, ſi cum mandato domini emit,vt.l.ij. ff. de litig.cuius contrarium dicitur hic in principio.Sol.hic loquitur quando dominus mandauit de certo emendo, Ibi de incerto. & ratio ponitur ibi per glo. & dixi ſuper rubrica. Oppon.tertiò,& imò videtur quod non ſit differentia an mandauit certum vel incertum, vt dicitur hic in principio.Sol.hic in principio loquitur quando emitur pro negotio peculiari, quo caſu non ſit differentia, an ſit mandatum de certo vel vel incerto, fallit in duobus caſibus, vt dixi ſupra in ſecundo nota. Sed contrarium loquitur, quando emit pro negotio dominico, & ita intelligo dictam legem ſecundā in fin.ff.de litigio. & ita loquitur hic,in verſicu. ſed & ſi ſeruus. Oppon. quartò de lege & licet ſupra de conſtitu. pec. vbi videtur probari quod indiſtinctè inſpiciatur ſcientia domini. Solu. ibi loquitur, in nuntio, qui eſt tanquam pica, & organum, hic autem in ſeruo vel procuratore, vel etiam filio, & ſimilibus, vt ſupra dixi in tertio notabi.Oppono quinto & videtur quod aliter ſit diſtinguendum, quam in iſta.l.vt.l.ſecunda. §. ſi ſeruus tuus.ff.pro emp.Sol. ibi in vſucapione quantum ad effectum vſucapiendi, hic autem quantum ad effectum agendi redibitoria, & per hæc habes expeditam totam gloſſ.mag.quæ fuit Hugo. ſecundum Alber.hic.Oppo. vj. contra iſtum textum.in princ. dum vult quod etiam ſi dominus mandauerit certam rem emendam quod inſpicitur ſcientia ſerui non domini,contra dictā.l.ſecundā. ff. de litig.& dicto verſic.ſed ſi fuiſſe.ĵ.eodem So.dicit hic gloſ.in verbo certum quod debemus intelligere iſtud principium quando ſeruus emitur peculiari nomine, quo caſu indiſtinctè etiā ſi dominus mandauerit rem certam emendam inſpicitur ſciētia ipſius ſerui contrarium verò loquitur quādo emit pro

pro negotio dominico,& bene dicit,& idem vult gloſſ.quæ incipit . not . ergo in princip.infra eodem & idem ego dixi ſupra in.iij.oppo. Opp.vij.contra l.prædictam,& imò videtur quòd non indiſtinctè inſpiciatur ſcientia ſerui in negotio peculiari,imò aliquando domini,vt.d.l.imò.§.fi.ff.de libe.cau.Solu.dicit hic eadem glo.ꝙ ibi loquitur quando dominus ſciebat tempore venditionis ſeu emptionis, quo caſu licet ſeruus emens neſciat tamen ſcientia domini inſpicitur,nam ſi ſeruus meus emit rē vitioſam etiam pro mercede peculiari me patiente,præiudicat mihi patientia meā,vt ibi,ita etiam ſi ſcientiā tempore emptionis,ita vult iſta glo.hic in verbo incertū,in fi. Quod aduerte quia iſta glo.in fi.eſt contra glo.magnam. ſ. in princip.& ſic videtur ipſam corrige

9 re quæ glo.mag.indiſtinctè† vult mandatum domini ſi ſeruus emat peculiariter non nocere,hic autem dicitur contrarium.Sed dicit hic Rapha.ꝙ debemus dicere ꝙ dicta glo.mag.in princi. debet limitari propter reuerentiā eius per iſtam & dicere ꝙ indiſtinctè nō nocet domino niſi ipſe dominus ſciuerit tempore venditionis,& poſsit prohibere quo caſu tunc ſcientia domini noceret,& credo ꝙ dicit verum , quia tunc iſte caſus eſt omnino ſimilis illi quādo dominus eſt præſens,& poteſt prohibere,vt.d.l.imò.§.fi.de lib.cauſa. Concludo ergo ex prędictis,quòd aut dominus mandauit emi rem pro mercede dominica,& tunc diſtinguitur an certum, vel incertum:vt.ſ.dixi.Aut pro mercede peculiari,& tunc regulariter inſpicitur ſcientia ipſius ſerui.Fallit niſi dominus eſſet præſens,& poſſet prohibere,vel eſſet ſciens tempore emptionis, & poſſet prohibere,vt.d.l.imò.in.§. fi.& & in glo.hic in fin. Vnde licet iſto vltimo caſu dominus ſciuiſſet rem vitioſam eſſe antequā contraheretur emptio iſta ſcientia ſibi non noceret:quod not.

Opp.viij.de prin.huius.l.ad verſicu. ſed ſi ſeruus.Sol.dicit hic glo.in verbo ſi ſeruus,ꝙ aliqui dicebant ꝙ principiū corrigebatur per dictum verſi.ſed ſi ſeruus.Vel dicit glo.& melius,ꝙ princip. legitur quando ſeruus emit nomine peculiari,ver.ſed ſi ſeruus.loquitur quando emit nomine dominico,& bene dicit,& idem vult in effectu glo.ſ.in verbo certum,in prin.& idem ego ſæpius. ſ.dixi. Opp.ix.contra iſtum text. circa fi.princip.dum dicit,ꝙ delictum ſerui nocet domino in contrahendo,& tamen hic nullum fuit delictum,dicit hic glo.in verbo delictum, quòd hic capitur delictum pro ſtultitia , quia ſeruus ſciens vitioſam rem emit. Et adde

10 quis ſit ſtultus,†& vnde dicatur , & de ſtultitia,vide per Archi.xxij.diſ.de cōſtantinopolitana,& vide text.& ibi Albe.de roſa.in.l.quod ſeruus.ff.ꝙ vi aut clauſa. †Et vtrum ſtultitia opponatur ſapientiæ,& in quo differat ſtultitia à fatuitate.& an ſtultitia ſit peccatū,& ad quod vitium reducatur,vide in ſecūda ſecundæ de ſtultitia per beatū Tho. de aquino.Item adde quòd ſtultiſsimus eſt,qui eligit malum cum poſsit bonū eligere.in l.quod cum eod.in.§.cæterū. Et de ſtultitia,vide ea quæ ſcripſi in.l. ob quæ vitia.in prin.ſ.eo.vbi plenè dixi de furioſo. Oppo.x.contra . §.circa.dum dicit nihilominus,nam videtur dicer

dicere ꝙ ſi procurator fuit ſciens, licet
teneatur domino mandati,vel neg geſ.
actione,quòd nihilominus poteſt ipſe a
gere redibitoria,quaſi dicat eius procu
ratoris ſcientia ſibi non noceret, quod
videtur contra mentem huius.l.Solu.
glo.hic in verbo nihilominns exponit
tribus modis,vno modo quòd habeatur
in litera nihilomagis.& tunc litera erit
plana,& tunc dictio quin hic poſita ſcri
bitur pro ꝙ,& nihilo magis habet in ſe
incluſam negationem. Vel ſecundò
dicit glo. ꝙ eſt in litera nihilominus
quæ habet in ſe incluſam affirmationẽ
& tunc dictio quin,exponitur pro quòd
non,& erit idem ſenſus cum præceden
12 ti,quia vtroq; caſu ſtabit negatiuè.† Ex
quo not.ꝙ dictio nihilomagis habet in
ſe negatiuam, ſed dictio nihilominus
habet in ſe affirmatiuam & idem nota.
glo.inſtit.qui teſt.fac.non poſ.in princ.
in verbo.nihilomagis.quod not. Vel
tertiò dicit glo.ſi habes nihilominus,po
nas pro nihilomagis,& tunc erit idem
ſenſus,prima expoſitio mihi magis pla
cet,& ſecunda poteſt eſſe etiam bona.
Sed tertia,& vltima eſt nimis extranea
& ſic non bona.Et dic quòd ratio dubi-
tandi in iſta litera erat,quia ſi procura
tor eſt aſtrictus ipſi domino acti. nego.
geſt.vel mandati, videbatur intereſſe
ipſius procuratoris, quia eſt aſtrictus,
vnde propter hoc videbatur poſſe age-
re,ſed hoc non obſtante dicit hic text.
quòd non poteſt agere:& ratio decidẽ-
13 di eſt,† quia imputatur ſibi procurato-
ri,ſi fuit tam ſtultus quòd ſciens eme-
rit rem vitioſam.Et iſte.§.bene probat
ſecundùm Rapha. manifeſtè, quando
dominus de incerto emendo mandauit

Si autem de certo mandaſſet,non tene
retur mandati ſi id feciſſet,q̃a ſic domi
nus mandauit,& vide quòd dixi ſupra
in.v.no. Opp.xj.de.l. iniquiſsimum.
].de iur.& fa.igu.glo.hic in verbo noce
re debet non ſoluit.Tu ſolue vt ſoluit
glo.in.d.l.inquiſsimum.quia iſte ſeruus
non eſt omnino alter,imò repræſentat
eandem perſonam:ſecundùm Albe.hic
in fin.huius.§. Opp.xij.contra iſtum
text.in fi.dum dicit.quòd non poteſt op
poni vtilis exceptio ex perſona domini
nam imò videtur quòd ſi dominus ve-
lit agere non poſsit ex eo ꝙ fuit ſciens
ergo eodem modo ſi agat procurator ad
14 vtilitatem domini.† Timore huius con
trarii,glo.fi.hic diſtinguitur,an procura
tor agit nomine ſuo ex ſuo contractu,
& tunc ſibi non nocet domini ſcientia,
& per conſequens exceptio ex perſona
domini non poteſt opponi procurato-
ri,qui non fuit ſciẽs & ita loquitur hic
in fin.aut dominus vult agere ex per-
ſona ſua,& tunc non poteſt,ſi fuit ſciẽs
vt hic in fin.etiam probatur, aut domi-
nus vult agere actione vtili ex contra-
ctu,& perſona procuratoris,& tunc po
teſt,quia ex contractu procurato.datur
etiam domino vtilis actio, vt.l. iul.§.ſi
procuratores.ſ.de acti.emptio.ita vult
hic gloſſ.Sed aduerte in quantum glo.
vult hic quòd ſi dominus ſciens vult
agere redibitoria,vel quatominoris,vel
ex empto ex perſona ſua,quòd non po-
teſt,non videtur bene dicere,ſecundùm
rapto.nam licet dominus ſciret rem vi
tioſam cum non mandauerit rem cer-
tam emendam,ſed incertam,vt loqui-
tur totus iſte.§.vt ſupra dixi. nihil de-
liquit dominus,quin venditor dicatur
decepiſſe

decepiſſe emptorem. pone exemplum ego ſciebam ſeruum ſempronii vitioſum mandaui procuratori meo, vt emeret mihi vnum ſeruum, non tamen dixi, vt emeret mihi illum ſempronii, ipſe tamen procurator emit illum certè illa mea ſcientia, quia ſciui ante illum ſeruum eſſe vitioſum mihi nocere non debet. Præterea hoc probat alia ratione nam ſi ſcientia domini noceret ipſi domino† certè quando procurator agit redibitoria directa contra ipſum venditorem deberemus dicere quòd ei obſtaret exceptio quæ obſtat domino, quia ſecundum veritatem ipſe procurator ageret ad vtilitatem domini, nec poteſt agere niſi caueat de ratihabitione domini. vel mandato, vt. l. ſi procurator meus circa medium. & lege non ſolum. §. ſed & interdum ſupra de procu. ſed ſi dominus eſſet repellendus, ita & eius procurator qui eius nomine agit, & domini vices gerit, vt leg. minor. §. primo ſupra de procura. & leg. ſi donaturus. in fin. ſupra de condic. ob cauſam. ſed non eſt verum quòd procurator repellatur ſi agat ex ſuo contractu, vt hic in final. ergo, nec dominus debet poſſe repelli, ſi ipſe agat. hæc eſt intentio Raph. hic licet multum obſcurè loquatur, quia rereperitur corruptus. Præterea pro hoc facit princip. huius leg. in qua dicitur. quòd ſi ſeruus emeret mandante domino de incerto, ſiue in merce de peculiari, ſiue dominica inſpiceretur tantum ſcientia ipſius ſerui non domini, ita dicemus hic, in domino mandante ſcilicet de incerto, quia ita loquitur totus iſte. §. vt ſæpius ſupra dixi. Nec obſtat ſi diceretur ſecundùm Raphael.

dominus fuit in culpa, quia debuit præmonere procuratorem vt non emeret illum ſeruum, quem ſciebat vitioſum,
16 †quia ipſe reſpondet quòd dolus venditoris præponderat iſti culpæ domini niſi ipſe dominus fuiſſet ſciens tempore quo emebatur ſeruus, & poterit prohibere, & non prohibuit. quia tunc bene inſpiceretur ſcientia ipſius domini, & iſte caſus eſt ſimilis illi quando de certo mandaſſet. argumento. l. ex mandato. §. qui patitur ſupra mandati. & ego dixi ſupra in ſeptima oppoſitio. Præterea dico quòd non obſtat ex alio iſta allegatio culpæ domini, quia iſtamet allegatio poſſet adduci in domino ſciente quando mandat ſeruo ſuo de incerto, & tamen non conſideratur vt probatur in princip. huius leg. ergo nec hic in procuratore debet conſiderari. Ex iſtis concluditur contra iſtam gloſſ. fi-
17 na. † Videlicet quòd dominus poſſit agere ex ſua perſona redibitoria, quando mandauit de incerto licet ipſe ſciuerit rem vitioſam ante ipſam venditionem, & cuius contrarium vult hic gloſſ. finalis. quid dicemus? Licet prædicta argumenta multum ſtringant contra opinionem gloſſ. fina. hic. Tamen propter autoritatem gloſſę, quam multi ſciuerunt ipſam teneo. Videlicet quòd ſi dominus mandauit de incerto emendo, & ipſe fuit ſciens de vitio illius quem emit procurator. quòd ipſe, dominus nō poteſt agere ex perſona ſua actione vti li ſibi quæſita per procuratorem ſuum vt dicta. l. iul. §. ſi procurator ſupra de action. empti. ſed actione directa ex perſona ipſius procuratoris bene poſſet agere, & hoc per iſtum text. hic in fin. di

18 fin. dicit enim hic fin.† quòd ſi procurator qui fuit ignorans agit ex perſona ſua ſi directa actione ꝙ exceptio vtilis ex perſona domini ſibi opponi non poteſt. quæſt. d. licet ſi dominus ageret ex perſona ſua actione vtili, poſſet ſibi opponi exceptio vtilis ex eo, q̄a fuit ſciēs, tamen iſta exceptio vtilis nō poteſt opponi ipſi procuratori agenti ex perſona ſua. hoc vult dicere iſte text. in fi. & ita vult hic gl. fi. & idem tenet hic Alb. ad fin. & d. Pau. de caſt. Nec ob. ſi dicatur dolus venditoris præponderat culpæ domini emptoris vt. ſ. dixi. quia reſpondeo quòd nón ſemper venditor eſt in dolo, vel dato quòd ſit in dolo, ſatis eſt quòd dominus poteſt agere ex perſona procuratoris. Nam hoc tolleratur ex eo quòd dominus non fuit ille, qui contraxit. Nec obſtat. principio
19 huius legis quia reſpondeo,† quòd ibi loquitur in ſeruo, hic autem in procuratore, & iſta. leg. in hoc intendit ponere differentiam inter procuratorem & ſeruum, quia in ſeruo cui eſt datum mandatum de emendo incertum inſpicitur ſolum ſcientia vel ignorantia ſerui. In procuratore verò qui habet mandatum de incerto inſpicitur ſcientia vtriuſque, ad iſtum finem vt ſcientia vnius noceat ſibi quantum ad hoc, vt non poſſit agere ex perſona ſua, ſed dominus ex perſona procuratoris qui fuit ignorans bene poteſt agere, & econtra, procurator ſciens bene poteſt agere ex perſona domini qui fuit ignorans, de quo tamen dic vt ſtatim dicam in ſequen. opp. Opp. xiij. contra iſtud vltimum, dum dixi quòd procuratori ſcienti datur actio ex perſona domini. Nam iſtud non videtur poſsibile, quòd actio quæ competit domino, & non procuratori poſsit competere procuratori: quia implicat contradictionem contra. l. vbi repugnantia. ff. de regulis iuris. Solutio. dicit hic gl. in verbo, nihilomagis. quòd in iſto ca-
20 ſu quando † dominus fuit ignorans, & procurator ſciens, licet procurator non poſsit agere (cum ſuo nomine contractum non inierit, nec per conſequens actionem quæſierit: quia ſi ſibi obligationem non quærit ergo nec actionē: quia obligationem eſſe mater actionis eleganter a Iurecōſulto reſpōſum eſt) ex perſona ſua ex eo ꝙ fuit ſciēs, tā domini pōt perſona ex ſua agere actiōe vtili Quam actionem vtilem ipſe dominus. poteſt cedere ipſi procuratori ſecundū quoſdam: & ſic iſtam actionem vtilem ſibi ceſſam procurator poterit intentare, & ſic nihil repugnat. Sed dicit hic Raphael, quòd videtur ſibi quòd quando procurator fuit ſciens tantum, quòd domino vtilis actio non cōpetit, & per conſequens eam procuratori cedere non poſsit, primò per principium huius legis quæ loquitur in ſeruo emente nomine domini, cum mandato vel ſine mandato, de incerto, & dicitur quòd inſpicitur ſcientia ipſius ſerui, ita quòd dominus agere non poſsit. ergo idem in procuratore. Secundò quia non videtur intereſſe ipſius domini ex quo procurator ſi-
21 bi tenetur, vel actione negociorum geſtorum vel mandati. †Præterea pro hoc facit quia factum procuratoris qui habet mandatum debet poſſe nocere domino, vt plenè habetur in leg. prima

in.§.ſi procurator. ſupra ſi quis ius di. non obtemp.&.l.ædiles etiam.§.procuratoris. &.l.quòd ſi nolit. §.ſi mancipium.cum ſeq.&.l.ſi tamẽ.in prin.cum ſeq.ſupra eo. Item pro hoc alle.tex. in.l.imò.in.§.tunc. ff.de lib.cau.vbi eſt caſus ſecundum eum, quod ego oſtẽdo
22 ſic,dicitur enim ibi†quòd ſi patre mandante emat quòd ſcientia filii nocet patri. Sicut ſciẽtia procuratoris nocet domino, & dicit ibi glo.quòd ibi loquitur quando mandauit incertum emẽdum. Sed iſte.§.certe loquitur quando procurator habebat mandatum de incerto emendo,ergo ſcientia procuratoris debet nocere domino. Nec obſtat ſi diceretur, nocet quantum ad hoc vt procurator nõ poſſit agere ex perſona ſua. Nec dominus ex perſona ipſius procuratoris, ſed dominus ex perſona ipſius domini bene poteſt agere, quia dico quòd hoc non eſt verum, quia ſi dominus ex perſona ſua poſſet agere nõ diceretur ſciẽtiã procuratoris ipſi domino nocere. Præterea ibi tex.æquiparat
23 ſeruũ procuratori.†ſed certũ eſt quòd ſi ſeruus habet mandatum de emendo rem incertã pro domino, ſciẽtia ipſius ſerui nocet in totũ ipſi domino, vt eſt caſus hic in princ.ergo eodẽ modo debet nocere ſciẽtia procuratoris ipſi domino. Præterea de hoc eſt gl.ord.in.l.in ſeruo.quæ ſequitur poſt.l.imo.in verbo deneganda.ff.de lib.cau.quæ vult ſi
24 rectè inſpiciatur,†quòd quando dominus mandat procuratori de emẽdo rem incertam, & procurator ſciuit rem eſſe vitioſam,quòd tunc dominus nõ poteſt agere cõtra ipſum venditorem, ſed bene poteſt agere contra ipſum procuratorem, qui fuit in culpa emendo ſcienter rem vitioſam,ex quo habebat mandatũ de emẽdo rem de incerto. & iſtud probatur hic in fi. Secus ſi habuiſſet mãdatũ de emenda re certa.quia tunc non imputaretur procuratori,& tũc dominus ignorans de vitio poſſet agere contra ipſum venditorẽ, & hoc vult in effectu glo.in.d.l.in ſeruo. in verbo deneganda.ff.de lib.cau.circa hoc vltimum tamen quando habuit mandatũ de certo dic vt infra dicã in diſtinctione magna.in.ij.caſu principali circa prin.Ex his itaque concluditur cõtra glo.hic in verbo nihilo magis. in fi.& dico quòd quando dominus mãdat rem incertam emendam ipſi procuratori,& ipſe eſt ignorãs,& procurator ſciens, quòd tũc ipſi domino non competit aliqua actio contra venditorem, & per conſequens nullam poteſt ex perſona ſua procuratori ſuo cedere,nec etiam ipſi procuratori ſcienti ex perſona ſua competit actio cõtra ipſum venditorem.Sed domino bene competit actio negotiorum geſtor. vel mandati contra ipſum procuratorẽ,qui fuit in culpa emendo rem vitioſam ſcienter,& ita intelligo iſtum §.circa procuratores.in prin.quicquid dicat hic gl.in verbo nihilo magis.in fi.

Vt autẽ iſta materia clarius liqueat,
25 plenè diſtingue ſic.†Aliquando aliquis contrahit nomine proprio,& ad ſuum commodum, vel incommodum, & iſte caſus eſt indubitabilis, quia requiritur eius ſcientia,vel ignorãtia, vt ignorans agere poſſit, ſciens non, vt.l.j.§.ſi intelligatur.&.l.quæritur.§.fi.ſupra eod. &.l.ſi cum venditor.ſupra de dol.&.l.j. in fi.ſupra de actio.emp.cum ſimilib.& iſta

iſtà non eſt materia huius.l.Sed de hoc
dixi pleniſſimè in.d.l.j.in princ.in.v.q.
26 prin.ſupra eod.vbi vide. † Aliquando
quis contrahit nomine alterius. & tunc
tres ſunt caſus princ.aut eſt ſeruus, fi-
lius,vel factor ille qui cōtrahit, aut eſt
procurator,aut eſt nuntius.Primò caſu
quando eſt ſeruus, vel filius, vel factor
ille qui cōtrahit nomine alterius, & ſic
contractus fundatur in perſona ipſius
contrahentis nomine tamen alieno, &
tunc diſtinguitur, aut contrahens ha-
bet mandatum indeterminatum de re
incerta, & tunc indiſtinctè inſpicitur
ſcientia ſerui, vel filii non domini, ſiue
contrahat ſuper re peculiari,ſiue ſuper
dominica, & iſte eſt caſus hic in princ.
aut habet mandatum determinatum de
certo, & tunc contrahit in re peculiari,
& idem quia inſpicitur tantum ſcien-
tia ſerui vel filii, vt eſt etiam caſus hic
in prin.cōiuncta glo.in verbo certum,
& ita tenet expreſsè glo.in.l.ſed ſi ſer-
uo meo. ſupra de contrahen.empt.pro
hoc optimè facit in ſimili.l.cum quidā.
§.penul.ff.de acqui.hæred.& quod not.
Bar.in.l.is poteſt.in fi.ff.eo.tit.aut con-
trahit ſuper re dominica ſeu nomine
domini, & tunc indiſtinctè inſpicitur
perſona ipſius domini,vel patris,vt eſt
caſus hic, in verſic.ſed ſi ſeruus.& iſtud
credo verius, & ita tenet hic etiā Abb.
licet Guido de ſuzar.teneat quòd ſola
ſcientia patris non præiudicet, & quòd
inſpiciatur ſcientia patris, vel domini
iſto caſu ſentit glo.à contrario ſenſu in
27 dicta.l.ſed ſi ſeruo meo. † Fallit modo
iſtud in duobus caſibus. Primò quan-
do dominus, vel pater eſſet præſens, &
ſciens tempore contractus, & prohibe-
re valens,& non prohibuit,vt eſt caſus
in.l.imò.in.§.fi.ff.de lib.cau.& not.hic
glo.in verbo certum.in fin.& glo.mag.
circa princ.ſupra eod.& ita dixi ſupra
eod.in.ij.&.v.not.& in.vij.oppo.& ſic
prædicta dum dixi,quòd non inſpicia-
tur ſcientia patris, vel domini loquun-
tur in patre, vel domino abſente, vel
præſente, & prohibere non valente.

Fallit & ſecundò, quando dominus
vel pater erat ſciens tempore emptio-
nis,& poterat prohibere, vt vult glo.in
verbo certum. in fi.dic vt dixi ſuprà
eodem in ſecundo, & in quinto notab.
& plenius in ſeptima oppoſitione. dic
vt ibi. Secundo caſu princi.quando
ille qui contrahit nomine alieno eſt
procurator, & tunc diſtingue, aut pro-
curator, & dominus ſciuerunt vitium,
vel morbum, & iſte eſt caſus indubita-
bilis quòd nullus ipſorum poteſt age-
re,vt ſatis hic in fi.probatur, aut procu
rator tantum ſciuit, & dominus igno-
rauit,& tunc aut habuit mandatum de-
terminatum de certo emendo, & tunc
procurator non poteſt agere, quia ipſe
fuit ſciens, nec tenetur ipſi domino,
quia habuit mandatum determinatum
de emēdo illam rem.& ita vult hic Ra-
pha.vt dixi ſupra in.x.oppo.in fin. Sed
dubium mihi facit, quia licet dominus
mandauit rem certam emendam pro-
curatori, videtur quòd iſtud mādatum
debeat intelligi, inquantum res non ſit
morboſa,vel vitioſa,ex quo præſuppo-
nimus quòd dominus ignorauit vitiū,
vel morbum, nam non eſt credendum
quòd ſi ſciuiſſet illud vitium, vel mor-
bum : non ſibi mandaſſet quòd emiſſet
illam rem,argu.l.tale pactum.§.fi.cum

glo.ſupra de pactis.fortè ergo iſto caſu procurator emens talem rem vitioſam habens etiam mandatũ determinatum ad emendam illam rem, teneretur ipſi domino actione mandati, niſi procurator ſciret dominum ſciuiſſe vitium illius rei. cogita ſuper hoc. dominus autem iſto caſu nullo modo poteſt agere, ſiue fuerit ignorans, ſiue ſciens, vt patebit ex his quæ ſtatim dicam. aut procurator habuit mandatũ indeterminatum de emendo incertam rem, & ipſe procurator tantum ſciuit, dominus autem ignorauit, & tunc ipſe procurator ſine dubio ex perſona ſua agere non poterit, & ipſe etiã tenebitur domino actione negotiorum geſtorum, vel mandati, vt eſt caſus hic.in.§.circa. in primo reſponſo. Sed ipſe dominus bene poteſt agere actione vtili ſibi competenti, ex cõtractu procuratoris ſui, & ita vult hic glo.& ita tenet hic Albericus, & dominus Paulus de caſtro. & iſtam actionem vtilem poterit dominus cedere ipſi procuratori, vt vult hic glo.in verbo nihilo magis.in fine. Et ex hoc in practica notare potes quòd quãdo procurator fuit ſciens; faciat ſibi cedere actiones ab ipſo domino, & illas poterit intentare ex perſona domini, non ex perſona ſua. Ego tamen in hoc teneo contrarium ſcilicet quòd iſto caſu

27 †quando procurator fuit ſciens: quòd nec ipſi procuratori ex perſona ſua, nec ipſi domino competat actio aliqua, & per conſequens nullam poſſit cedere procuratori, vt ſuprà plenè dixi, in decimatertia oppoſitione, dic vt ibi. Aut procurator ignorauit, & dominus tantum ſciuit, & tunc aut habuit mandatum de certo emendo, & tunc credo quòd nec dominus, nec procurator poſſit agere indiſtinctè, & ſic loquitur iſte §.circa. Aut habuit mandatum indeterminatum de incerto, & tunc iſta ſcientia domini nocet ipſi domino, quia non poteſt agere ex perſona ſua, actione vtili ſibi competenti, & iſte eſt caſus hic in fine, vt ſuprà pleniſsimè dixi: in duodecima oppoſitione. ſed ipſi procuratori non nocet, quin poſsit procurator agere actione directa ſibi competenti ex contractu ſuo, vt eſt caſus apertus, hic in fine. Vnde ſi ipſe procurator vult agere ex perſona ſua poteſt, non autem ex perſona domini, & econtra ipſe dominus non poteſt agere ex perſona ſua, ſed ex perſona procuratoris

28 bene poſſet. † Et ideo in practica, quando tu dominus ſciebas rem morboſam, vel vitioſam, quam mãdaſti emendam indeterminatè per procuratorem, ſis cautus quòd tu nunquam agas ex perſona tua, quia non poſſes, ſed agas ex perſona procuratoris, & facias tibi cedere exercitium actionum directarum competentium tuo procuratori, vel facias ipſum procuratorem agere ex perſona ſua, vt patet per prædicta, quod

29 bene not. † Tertio caſu principali, quando eſt nuntius ſimpliciter ille qui vadit ad accipiendam rem, vel emendam, & tunc dic quòd non attenditur eius ſcientia vel ignorãtia, ſed tantum ſcientia vel ignorantia domini, & eſt ratio quia contractus non fundatur in eius perſona, nec quo ad verba, nec quo ad effectum, ſed fundatur in perſona ipſius domini, vt ſupra de conſtit.pecu. l.qui autem.§.fin.cum.l.ſeque.& quod ibi

30 ibi not. † nam nuntius non habet ius in re, & ita tenet Azo in ſumma. & idem tenet Bal. in l. ſi prædium. C. eo. & Alb. & Salycet. hic, qui alleg. l. ij. §. ſi ſeruus. ff. pro emp. & vide quæ dixi in l. in huiuſmodi, in iij. oppoſi. ſupra de contrahen. empt. & in actione redibitoria.

Bartho. Cepol. de Verona.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Non competit redibitio ſerui venditi ex eo quod domino furtum fecerit, niſi venditor promiſerit furem non eſſe.*
*Et an & quando detur actio quanto minoris, numero. 2.*

1.
1 **S**ERVVM. † Non competit redibitio ſerui venditi ex eo quòd domino furtum fecerit, niſi venditor promiſerit furem non eſſe hoc dicit. concordat. l. quòd ſi nolit. §. j. ſupra eodem. & vide quod ibi dixi pro declaratione huius. l. Oppo. contra iſtum text. dum dicit quòd ſi dominus non prædixit ſeruum furem eſſe quòd non tenetur, & imò videtur quòd teneatur, vt. l. Iulianus. § item qui furem. ſupra de actio. empti. Solutio. dicit hic Rapha. ſuper text. quòd debemus intelligere iſtum text. quòd non tenetur
2 hoc caſu ex edicto ædilitio. † ſed bene tenetur actione quanto minoris: ſi Dominus venditor fuit ſciens, vt dicto. §. item qui furem. Secus ſi fuit ignorans vt ibi. cætera quantum ad iſtum. §. dic vt dixi. in dicta. l. quòd ſi nolit. in. §. primo. ſupra eodem.

Bartholomæus Cepolla.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Qui patiuntur febrem quartanam, aut morbum aliquem ex enumeratis hic, non dicuntur ſani etiam diebus quibus nõ vexantur.*
2 *Podagra quid & quomodo creetur remiſſi.*
3 *Ille non dicitur ſanus, qui expectat terrorem morbi.*
4 *Intellectus ad l. qui tertianam.*
5 *Febricitans vel aliàs malè ſanus vocatus ad iudicium ea die, qua non vexatur morbo debet comparere.*
*Et an hoc indiſtinctè ſit verum ibidem.*
6 *De febre, & eius accidentibus & materia eius remiſſiuè.*

1.
1 **Q**VI TERTIANAM. † Qui patiuntur febrem tertianam, vel quartanam, vel podagram, vel etiam morbum comitialem non dicuntur ſani etiã illis diebus quibus non vexantur prædictis morbis. hoc dicit. In tex. ibi podagra. De
2 iſto † morbo podagræ habetur. C. de decurioni. l. à muneribus. lib. x. & in. l. podagræ. C. qui morbo ſe excu. eo. lib. & de iſto morbo, & quomodo tacetur iſta infirmitas, vide in decretis, de conſecra. diſtinctione vlti. c. legimus. & facit iſta l. ad quæſtio. notab. in. l. maritus. ſupra locati. Ibi comitialem, id eſt, caducum morbum, vt. l. cum antiquitas. C. de teſtibus. Ibi morbus vacaret, id eſt illis diebus quibus non patitur febrem, vel morbum quaſi dicat non tantum dicuntur malè ſani illis diebus qui-

bus patiuntur prædictos morbos, ſed etiam illis quibus non patiuntur necve xantur,& hoc importat, hoc verbũ ma-
3 lè quidem &c. †No.tex.quòd ille nõ dicitur ſanus,qui expectat terrorẽ morbi.ita alleg.iſtum tex.Bal.ad hoc in.c.j. in princ.in.vj.q.in titu,quib.mod.feud. ami.allega.etiam.l.damni.in §.ſabinus, ff.de dam.infect.ad hoc tu etiam allega illud dictum Senecæ,prior eſt morte timor ipſe mortis, etiam facit contra illud quod dicitur qui de proximo eſt cingendus habetur pro cincto, vt.l.pen.x, col.ff.de teſta,mil.& quod ibi no. Oppo.de.l.quæſitum.in fi.ff.de re iud.gl.ibi ſoluit.ꝙ verbum hic rectè tollit contrarium. Quæro quando habet locũ iſte tex.hic in fi.gl.hic in verb.diebus reſpõdet quando conuenitur ex aliis contractibus,dicit Raph.ꝙ gl.non poteſt intelligi,nec ſcit quid ipſa velit dicere,niſi velit ſe remittere ad materiam.l.ij.§.ſi qs in iudicio.ſ.ſi quis cau.&.l.quæſitum.ſ. de re iudi.quod tamen ſibi videtur incõgruiſsimum.Vnde ipſe dicit quòd debet intelligi iſte text,quòd mancipium redhibebitur,quamuis illis diebus venditum ſit,quibus morbo vacat,vt faciat ad propoſitum materiæ. Ego autem non credo quòd iſte ſit ſenſus text.neque gloſ.
4 †Et ideo credo quòd text.velit dicere ꝙ quantum ad actionem redhibitoriam, vt ipſa competat,ſeruus venditus ſi vexetur febre tertiana vel quartana,vel podagra, & eſt malè ſanus, & morboſus etiam illis diebus quibus non vexatur prædictis morbis,& ideo etiam illis diebus quibus non vexatur poteſt redhiberi tanquàm malè ſanus,& ratio eſt,quia non requiritur ad hoc, vt ſit morboſus quòd ſemper,& continuè patiatur morbum,ſed ſatis eſt quòd habeat in ſe,licet ſemper non vexetur. Et hoc quantum ad iſtam actionem redhibitoriam, vel etiam quãto minoris,quia verum eſt dicere ipſum nõ eſſe ſanum,vt hic in tex. ſed quantum ad alios contractus nõ eſt
5 ſic,†quia ſi vocatur ad iudicium eo die quo non vexatur febre quartana, vel alio debet comparere ad iudicium vt. d.l.quæſitum.de re iudic,cum ſimil. & hoc eſt,quod vult hæc glo.quæ iudicio meo eſt corrupta,deberet enim dicere hoc quando conuenitur actione redhibitoria,vel quanti minoris,Secus ſi conueniatur ex aliis contractibus, quia tunc illis diebus quibus vacat morbus debet comparere,& ſimilia facere.vt dixi,ex quo ceſſet impedimẽtum illis die-
6 bus. †De materia autem febris vide tex.Bart.& Doct,in.d.l.quæſitum.de re iudi.& vide omnino quod dixi in.l.j.in §.ſed ſciendum.in.j.& io.ij,notab.ſupra eo.& ſuper text.in verbo febris.ſ.eod.& vide.l.quæ vitia.§.fin,ſupra.eo.& quod ibi dixi ſupra.eo.§.ſi quis in iudicio.ſ.ſi quis cau.

Bartholomæus Cæpolla.

## SVMMARIVM.

1 *Actio redhibitoria non competit emptori pro vitio animi rei emptæ orto poſt emptionem,ſed pro orto antè ſic.*
2 *Idem de vitio corporis nato poſt venditionem, & concepto atque generato alias ſecus.numero ſequen.*
3 *Intellectus ad text.l.actioni.vſque ad numero quinto.*

Ven

4 *Venditor ſerui ſi poſt venditionem & traditionem præbeat cauſam fugæ, tenetur actione ſerui corrupti.*

5 *Emptor agens redhibitoria probauit rem fuiſſe morboſam, ſeu vitioſam antequam emeret, ſed pendente iudicio reconualuit, an nihilominus poterit iudex venditorem condemnare.*

6 *Ius ſuperueniens pendente iudicio actori, confirmat ius actoris.*

7 *Si pendente accuſatione ſuſpecti tutoris tutela finiatur non proceditur vlterius.*

8 *Ceſſante cauſa, ceſſare debet effectus.*

9 *Quandocunque pendente iudicio deficit cauſa finalis illius iudicij, impeditur illud iudicium.*

10 *An & quando caſus ſuperueniens vitium rei venditæ delens, ipſum venditorem liberet.*

11 *Caſus in quo, qui abſoluitur ab inquietatione actoris, nihilominus in expenſis condemnatur.*

1 ACTIONI. †Actio
2 redhibitoria non competit emptori prouiſio animi rei emptæ orto poſt emptionem, ſed pro orto antè ſic. hoc dicit notabiliter. Et idem intelligo de vitio corporis, quod
2 eſt natum poſt venditionem. † Quod tamen intelligo verum quando ex toto vitium eſt conceptum, & natum poſt venditionem, ſecus ſi fuit conceptum & generatum ante ipſam venditionem, & poſt venditionem incipit apparere, quã tunc venditor teneretur ſine dubio. Et dico quòd in dubio ſi ſunt orta vitia incontinenti poſt venditionem, & etiam traditionem, tunc quia præſumitur res habuiſſe talia vitia ante venditionem venditor tenetur. argumen. l. ſi ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. credit. & ita tenet per Cyn. in. l. prima in vlti. quæſtio. C. eo. & dicit quòd ita tenent omnes docto. Cui adde quòd ſi triduo poſt venditionem, eſt bos, vel aliud animal venditum mortuum apud emptorem, & expertum eſt habere pulmonem marcidũ, tunc præſumitur ex vitio antecedenti ipſam venditionem, & ſic venditor tenebitur redhibitoria propter vicinitatem temporis, argumen. dicti. §. in bonis. ita not. dicit Ioan. Andræ. in additio. ſpecu. in titu. de empt. & vendi. §. nunc videndum. verſic. ſciendum eſt. in addit. quæ incipit. quid ſi quis emit bouem, pro quo alleg. domi. Ioan. de imo. in. l. ſi quis cum aliter. ff. de verborum obligatio. & gl. ſingularem in ſimili in. l. prima. C. de emenda, ſeruo. licet Ange. ibi contra, ſed opin. Ioan. Andræ. tenet Bald. & Flor. in l. pacificè. ſupra de pactis. & do. dominus meus in dicto. §. in duplum. inſtit. de actio. in materia redhibitoria, & dicit ꝙ ita practicatur, quod not. bene. Not. ſecundum Angel. iſtam. l. pro iſtis fugitiuis, quia fuga facit indicium, quando talis fuga habet in ſe ſuſpicionem, quia de proprio domicilio ad inſolitum ſe transferi, & quo habetur in. l. lex cornelia. ꝗ. ad ſillani. & in. l. conſiliarius. C. de aſſeſſo. & in. l. in bonæ fidei. C. de rebus credit. & in. l. admonendi. ſ. de iureiurã. & in. l. impuberibus. ad ſi. ff. de ſuſpe. tu. & habetur in. l. j. C. de rap. vir. Iſta enim l. parum facit ad hoc, licet loquatur de
3 fuga. †Quærit gloſ. quid vult dicere iſte text. dum dicit bonis conditionibus emptum. glo. hic exponit duobus modis primò quòd venditor dixit quòd nolebat teneri ex fuga poſt venditionem cõtingente. glo. tamen non videtur iſtam

lecturam tenere, quia etiam ſine pacto venditor non tenetur de tali fuga, vt.l. tertia.C.eodem nec etiam placet hoc Rapha. quia ſic verbum conditionibus eſſet ſuperuacuum.& bene. Vnde glo.intelligit ſecundo modo ſcilicet quòd venditor erat homo bonæ conditionis, vel quia ſeruus erat bonus autor, ergo malę conditionis tenetur quaſi præbens occaſionem fugæ. Etiam dicit hic Nico.de mata.& Alberic.quòd dum dicit glo.autor melius dicatur emptor, ſed dicit Rapha.quòd putat quòd gl. velit dicere autor, ideſt venditor.& iſtud credo verius, quaſi gloſ.velit dicere quòd iſte textus loquitur quando venditor erat bonæ conditionis, & ſic non tenetur. Secus ergo ſcilicet ſi ipſe venditor eſſet malę conditionis. Sed Rapha. hic dicit quòd nec etiam iſta lectura ſecunda glo.placet ſibi, † quia ſi venditor poſt venditio-
4 nem, & traditionem præberet cauſam fugæ, teneretur actione ſerui corrupti, & aliis actionibus, vt in toto titul.ſuprà de ſeruo corrup. non autem ex hac cauſa deberet teneri redhibitoria, nec quanto minoris, non enim antea erat fugitiuus. Item & ſi poſt venditionem, & ante traditionem occaſionem dederit fugæ dicit quòd arbitratur non habere locum redhibitoriam, non enim erat fugitiuus tempore venditionis, ſed doli ſui nomine actione ex empto teneretur per legem tenent.§.fin.ſupra de action. empti.& quod ibi not.per gloſam. Secus ſi malus erat ante venditionem. Ideo tertio modo exponit Nicolaus de Matar.quòd venditor cauerat ſeruum ſanum eſſe, fugitiuum non eſſe, nec erronem, vnde ſi iſte ſeruus emptus iſtis bonis conditionibus, ſi ante non fugerat ſed poſt fugit non eſt locus redhibitioni.& iſtd eſt caſus hic, & ita ſequitur hic Albericus, & Rapha. qui dicit quòd iſte ſenſus videtur ſibi verior. Quartum autem intellectum dat ad iſtum textum Rapha. quem tamen dicit quòd non audet affirmare, ſcilicet vt dicamus venditum bonis conditionibus. Secus ſi malis vt puta venditor vendidit, ita vt ſemper in vinculis teneretur, vel vt ad partes remotiſsimas duceretur ob quas malas conditiones ſeruus fugit, certè à contrario ſenſu huius legis erit locus redhibitioni quaſi in ipſo actu venditionis venditor præbuerit cauſam fugæ, dicit tamen quòd intellectus Nicol.de Mata. ſibi plus placet. Sed aduertendum quia iſte intellectus Rapha. eſt falſus, & contra caſum.l.ſi tamen.in.§.ei qui ſeruum.& quod ibi dixi, ſupra eodem. Prætereà iſte textus non ponderat bonas vel malas conditiones ſerui, vt vult Rapha. ſed ſolum, an iſtę conditiones bonæ vel malæ ſint ante venditionem, vel poſt ſecundum intellectum Nicol. de mata. qui eſt verus in ſe, & ad iſtum textum. Ego autem credo quòd iſta.l. poſſit quinto modo intelligi aliter & bene, videlicet, quòd ſi ſeruus venditur bonis conditionibus, ideſt qui ſit bonarum conditionum, ſi incipiat eſſe fugitiuus poſt venditionem, qui ante non erat non poteſt redhiberi. Et intelligo illa verba bonis conditionibus, quòd ſint verba legis non autem domini venditoris, & ita ſentit hic gloſa, dum dicit vel quia bonus ſeruus &c. & iſto modo ſummaui iſtam l.ſuprà eodem.in prin.& ſic intellectus eſt rectiſsimus ad iſtum textum.& in ſe; quia

quia eſt etiam caſus in.l.tertia.C.eodē.
& probatur etiam hic. Sed intelle-
ctus Nicolai de mata.eſt etiam bonus,
quia inducit aliquid de nouo vltra di-
5 cta.l.tertię.C.eod. †Quæro de quæ-
ſtione,de qua vide glo.in.l.fin.§.primo
infra eodem.& vide quòd ibi ſcripſi ſe-
cundò iuxta prædicta,quidam emit vnā
rem morboſam,vel vitioſam, & egit a-
ctione redhibitoria,& probauit rem eſſe
vitioſam ante venditionem factam, &
pendente iudicio res eſt effecta ſana, an
hoc non obſtante poſsit iudex conde-
mnare,& videtur quòd ſic per.l.iuſtiſ-
ſimè.§.fina.&.l.ſi hominem.§.fina. cum
l.ſequen.&.l.quòd ſi nolit.§.mancipium
ſupra eodem.& per legem emptori poſt
euictionem.infra de euictionibus.& in
l.habere licere.in fin.eodem titulo.æqui
parando actionem redhibitoriam eui-
ctioni, quia propter vitium res dicitur
quaſi euinci,vt not.glo.in.l.quòd ſi no-
lit.§.quia aſsidua. ſupra eodem. Item
pro hoc facit.l.ſciendum.§.final.ſupra
qui ſatiſdar.cogan.In contrarium facit
l.qui alienam.in princip.ī.de euictio.&
l.ſi fideiuſſor euictionis.ff.de excep.do.
& gl.in.d.l.emptori.&.l.ſi verò negotiū
§.ſi.ff.ſo.mat. Item pro hoc vide tex.
in.l.quæritur.§.idem ait pedius, & in.l.
quod ita ſanatum.ſ.eo.Item pro hoc vi
de tex.in.l.adulter.§.ſi eo tempore.ff.de
adulte.& quod ibi no.Bart.vbi dicit per
illum tex.quòd cauſa priuilegii ſuperue
niens lite pendente nō prodeſt,vide ibi.
Item pro hoc vide in.l.his honoribus.§.
auctis.infra de vaca.mun.Item pro hoc
facit.l.ſi rem.§.fina.cum ibi no.ſ.de pi-
6 gno.act.vbi habetur†quòd ius ſuperuē-
niens pendente iudicio actori cōformat
ius actoris,ita dicamus etiam in reo cō-
uento,vt ius ſuperueniens ſibi, quia res
per ipſum vendita eſt effecta ſana, ſibi
proſit,ad idem facit.l.poſt finitam.ff.de
7 ſuſpect.tutor.†vbi ſi pendente accuſa-
tione ſuſpecti tutoris,tutela finiatur nō
proceditur vlterius.& inſtit.de ſuſpect.
tutor.§.ſed ſi ſuſpecti cognitio.& not.
probatur in.d.l.poſt finitam.Item hoc
videtur determinare Bald.in capit.pri-
mo in fin.in titul.qui ſucceſſ.teneā. vbi
dixit tradendo regulam quòd vbicunq;
ex contractu,quis teneatur de euictione
ius ſuperueniens confirmationem indu
cat,alleg.l.cum in prædium.ff.de vſu-
cap.cum ſimi. Adde his etiam ea quæ
ſcripſit domi.Ludouic.de Ro.in.l.ſi Ti-
tius.in.iij.col.ff.de verborum obligat.&
8 hic extende. †Præterea pro hoc facit,
quia ceſſante cauſa debet ceſſare effect⁹
l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patro.&
l.generale.C.de epiſcop.& cle.& ibi ple
nè per Cyn.& Bald.ſed hic ceſſat cauſa
redhibitionis propter ipſam ſanitatem,
ergo. Item pro hoc facit doctrina quā
ponit Barto.in.l. vranius.in fi.ff.de fide
9 iuſ.vbi vult in effectū,†quòd vbicunq;
pendente aliquo iudicio deficit cauſa fi
nalis illius iudicii,illud iudicium impe
ditur,& idem vult in.l.pluribus.§.& ſi
placet.ff.de verbo.oblig.ſed in caſu no-
ſtro cauſa finalis deficit, vt dixi ergo.
Præterea pro hoc facit quod determinat
Dy.in quæſtio.Si lite pendente marit⁹,
quem conuenerat vxor ſecundum for-
mam.l.vbi adhuc.C.de iure do.&.l.ſi cō
ſtante.in princ.ſol.mat.deſinat eſſe pau
per,& ſic finiat paupertas per ſuperue-
nientes diuitias,ꝗ non pōt vltra ꝓcedi,
imò finitur iudiciū,quā.q.determinauit

per dictam.l.poſt finitam.Nec obſt. gl. in dicta.l.vbi adhuc.in verbo aburatur, quia illa loquitur quando erat iam facta executio & dos aſsignata mulieri,& vide quod not.Bar.circa hoc in.l.ſi conſtante.in.ix.& pen.q.in fin. princip. Vide argum.pro & contra per Barto.& docto. in.l.pluribus. §. & ſi placet.ff.de verb.obl.facit.l.Titia.§.vſuras.cum ibi not.per Bart.& docto.ff.de leg.ij.vbi finita cauſa priuilegii ; finitur & ipſum priuilegium , & vide quod ibi ſignaui. Et vide omnino Barto.in.l.j.ver.quæro quid ſi exceptio incip.competere. ff. de excep.& vide quod no.Bald.in.l.& non tantum.in prin.ff.de pet.hæred.in apoſtil.etiam adde quod no.Bal.in.l.tutor.in princ. ff. de exc.tut. Præterea hæc actio redibitoria eſt introducta ne emptor remaneat in damno , vel decipiatur cum damno,vt.l.j.§.cauſa huius edicti.&.l.præcipiunt.in princip. ſ. eo.ſed hic non remanet in damno, nec remanet deceptus,ſi res vendita eſt facta ſana ergo.& iſtud vltimum credo verius ſcilicet quòd non poſsit iudex venditorem condemnare , imò debeat ipſum abſoluere.pro quo allego gloſſ.quæ videtur hoc ſentire.in.l.fi.in.§.quoties.'in verbo vt finiatur infra eod. vt ibidem in oppo.& hæc pars eſt verior,& ita allegando Veronæ optinui , & ita tunc ſententiauit do.Anto.de pelegrinis pro vicentiæ demantia contra graſſum de Venetiis.Non obſt.d.l.iuſtiſsimè . §. fi. ſ.eo.quia ibi loquitur quãdo deſinit intereſſe per euictionem rei venditæ,vnde emptori amplius non poteſt ſuccurri,nec per iſtam euictionem habet ſuũ intereſſe,ſed in caſu noſtro deſinit intereſſe,quia habet rem ſanam , & ceſsit omne ſuum damnum.Item ille.§. ſi fortè. nihil facit,quia fortè debet intelligi quod emptor poteſt agere poſt ſolum ad intereſſe ſuum,ſcilicet propter operas quas percipere non potuit propter fugam,vel morbum , non autem poteſt agere redibitoria ad totum pretiũ rei. Nec etiam obſt.d.l. ſi hominem. §. fin. & in.l.ſeq.& in.l.quod ſi nolit.§. ſi mancipium. quia ibi loquitur quando per interitum non habet ſuum intereſſe,nã ibi deſinit intereſſe id eſt perdit ipſum, hic deſinit quia recuperat eum. & in dicta materia quando deſinit intereſſe nũquid deſinat actio cõpetere,vide pleniſſimè per Cyn.in.l. ad comparandas.C. manda.& per Bar.plenè in.l.qui autem §.j.ff.ſi quis cau.Nec etiam ob. d.l. habere licere.de euictio.quia ibi loquitur in alio caſu,vt habetur per gloſ.in.l.em

10 ptori poſt euictionem.eo.tit.†Prędicta autem intelligo vera quando venditor fuit ignorans, vel non fuit in dolo.; Si autem fuiſſet ſciens , & in dolo ,credo, quod tũc caſus ſuperueniẽs etiam ipſa ſanitas non liberaret ipſum venditorẽ & hoc per tex.in.l.iuli.in. §. ſi Titius.ſ. de act.emp.nam ibi dicitur quod alluuio ſuperueniens quæ accreuit fundo, quem vendiderat pro centum iugeribus,cum eſſent tunc niſi octuaginta, licet alluuio augeat , tamen dicitur ibi quod propter dictam alluuionem non purgatur dolus , ita in propoſito, licet ſuperueniat ſanitas,tamen propter hoc non purgatur dolus venditoris,qui fuit ſciens de morbo,pro hoc facit. l. ſi autem.§.poſsidere.ff.de rei vendica. &. l. tigni. in fin. ſupra ad exhiben. cum ſi.

Sed

11 † Sed aduerte circa prædicta quod licet iudex non poſsit condemnare venditorem, quando pendente iudicio, res vendita eſt effecta ſana: imò debeat ipſum venditorem abſoluere, vt ſupra dixi. Tamen credo quod ipſe venditor debeat in expenſis condemnari. ſcilicet in expenſis factis in lite per ipſum emptorem donec res eſt effecta ſana ab illo verò tempore citra quo eſt effecta ſana ſciente ipſo venditore, debet ipſe venditor in expenſis cõdemnari, & hoc probo ex coniunctione duarum legum ſcilicet. l. properandum. §. ſin autem ex geſtis. C. de iudi. & l. ſi quis inficiatus. cum his quæ not. ibi Bart. ff. de poſi. cum ſi. & pro hoc vide Barto. qui hoc determinat. in. d. l. ſi rem. §. fi. ff. de pig. act. Item prædicta intelligo vera, niſi emptor emiſſet rem morboſam pro aliquo certo vſu, qui iam expiraſſet, pone exemplum quidam volebat haſtiludere certa die, puta vſq; ad octo dies, indigebat equo tantum, ipſe emit vnum equum morboſum ob hanc cauſam principaliter, qui tanto tempore ſtetit morboſus, etiã pendente lite quod exiuit dies haſtiludii, ita quod cum illo equo non potuit haſtiludere, tunc licet liberetur poſteà equus etiam pendente iudicio, ex quo dictus emptor non potuit vti equo ad id propter quod emerat principaliter, tunc dico quòd nõ cogitur retinere equum, poſtquam ceſſat cauſa propter quam emit equum principaliter, nam licet ceſſat cauſa morbi tamen cauſa propter quam emerit deſinit ergo &c. gl. in. §. affinitatis, inſtit. de rer. diui. Vel pone ſecundò exemplum in eo qui emit equum quem volebat ducere ad certas nundinas certo tẽpore, & ducere non potuit propter morbum, ita quod nundinæ fuerint completæ antequam equus liberaretur in proxima dieta.

Quæro tertiò quid ſi res morboſa vendita poſt latam ſententiam antequam reſtituatur, & pecunia reddatur efficiatur ſana, an venditor hoc non obſtante teneatur recipere rem, & reſtituere pecuniam, ego credo quod ſic, per text. in d. l. emptori poſt euictionem in titu. j. Præterea quia per ſententiam reſciſſa eſt ipſa venditio, vt. l. redibere. in prin. ſ. eod. cum ſi, ergo non eſt in poteſtate venditoris amplius confirmare venditionem inuito emptore. Cogita tamen ſuper hoc, quia in contrarium faciunt ea quæ ſcribit Bar. in. l. ſi fideiuſſor cui ctionis. ff. de excep. do. Sed ſi eſſet facta reſtitutio rei, & pecuniæ, & poſteà ſuperueniret ſanitas, ſine dubio poſſet venditor cogi ad reſtituẽdum pretium, arg. glo. in verbo abutatur. in. d. l. vbi ad huc. C. de iure do.

Bartholomæus Cepolla de Verona. I. V. D.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Tempus ſex menſium datur actioni redhibitoriæ. Et dicitur vtile, nõ autem continuum. Idem in actione in factum redhibitoria, & in actione quanto minoris. nu. ſeq.*

3 *Tempus actionis redhibitoriæ non incipit currere ignoranti, ſed à tempore ſcientiæ, vel quo ſcire potuit.*

4 *Paria ſunt ſcire, vel ſupinè ignorare.*

5 *Si emptor ſupinè ignorauit non poteſt agere, vel ab eo tempore quod ſupinè ignorauit incipit currere tempus ſex menſium.*

*Et qualiter hoc intelligatur.nu.ſeq.*

7 *Tempus ſex menſium actionum ædilitiarum an ſemper ſit vtile, an verò à principio vtile, & poſteà continuum?*

8 *Impedito agere redibitoria, vt quia venditor non appareat non currit tempus ſex menſium. Idem erit ſi poſtquam ſciuit vitium rei ita fuit impeditus ex perſona ſua, vel ex facto venditoris, vel iudicis, quod agere non potuit. numero.9.*

10 *Syndicus nõ tenetur quando finito ſyndicatus officio ſuperuenit ſcientia delicti commiſſi.*

11 *Tempus ſex menſium & alia tempora, quæ dantur actionibus ædilitijs non poſſunt per iudicem abbreuiari.*

12 *Actio redibitoria an perpetuetur per ſolam exceptionem, & quando.*

1. CVM SEX.† Tempus ſex
1 menſium, quod datur a-
ctioni redibitoriæ dicitur
vtile, non autem continuũ
hoc dicit. Vel ſic ſecundũ
Bald. vbi verbum temporis apponitur
in lege, vel ſtatuto intelligitur de tem-
2 pore vtili, hoc dicit.† Not. quod dixi in
primo ſummario. concordat. l. ædiles
autem. in princ. ſupra eo. & idem intel-
ligo in aliis actionibus redibitoriis, ſci-
licet in actione in factum redibitoria,
& in actione quanto minoris, & ita vult
3 glo. fi. in. l. annus. ſ. de calum.† Item in-
telligo niſi aliud per pactum eſſet con-
uentum inter partes de longiori vel bre
uiori tempore, vt dixi in. l. quod ſi nolit
§. ſi quid ita in. vij. nota. ſupra eodem &
dixi in. l. ſciendum. §. ſi hæres in. j. nota.
ſupra eodem. Nota, ſecundò quòd tem-
pus actionis redibitoriæ nõ incipit cur
rere ignoranti, ſed à tempore ſcientiæ,
vel quo ſcire potuit. & ratio eſt, quia
tale tẽpus eſt vtile, vt dixi, ſed an iſtud
tempus ſit vtile à principio tantum, &
poſteà continuum, an verò ſemper vti-
4 le, dic vt dicam infra in quæſtio,† Not.
tertiò quod paria ſunt ſcire vel ſupinè
ignorare, vnde ſecundum Bald. ſumma
ignorantia non excuſat ſyndicum à de-
nuntiatione maleficii. Et ſic nota. quòd
craſſa & ſupina ignorantia non excu-
ſat, de quo in. l. nec ſupina infra de iur.
& fac. igno. Oppo, contra iſtum textum
dum dicit quod ille non dicitur habe-
re poteſtatem experiundi, qui vitium
fugitiuitatis ignorauit contra. d. l. ma-
riti. §. quinquennium. ff. de adulter. glo.
hic in verbo ignorauit. in fi. opponit &
non ſoluit, dicit hic Iacub. de belui. &
Alber. ſolue, vt not. eod. titu. in. l. quin-
quennium. Sed Raphae. hic dicit quod
ille. §. quinquennium non contradicit
huic. l. quia dicit quinquennium eſſe
ſtatutum ad inchoandum, & certè etiã
hic tempus ſex menſium eſt ſtatutum
ad proponendam redibitoriam. Vel di-
cas quod ibi loquitur quantum ad aliã
5 materiam.† Oppo. ſecundò, contra iſtũ
textum in fin. dum vult quòd ſi emptor
ſupinè ignorauit quod non poteſt age-
re, vel ab eo tempore quo incepit ſibi
currere tempus ſex mẽſium infra. nam
ſi venditor fuit in dolo, dolus ipſius ven
ditoris debet præponderare culpæ em-
6 ptoris.† Sol. dicit hic gloſſ. not. aut ven-
ditor fuit in dolo, & tunc ſupina igno-
rantia nõ præiudicat ipſi emptori, quia
dolus venditoris præponderat culpæ
emptoris, aut vterque ſciuit, & tunc re-
pellitur emptor. l. prima. §. ſi intelliga-
tur ſupra eodem aut vterque ſupinè
igno

ignorauit, & idem, vt ſupra eodem. l. ſi
tamen. §. ei qui. aut venditor neſciuit,
& emptor non ſupinè ignorauit & tunc
non incipit ſibi currere tempus, & de
iſta materia huius gloſſ. vide omnino
quæ latiſsimè ſcripſi in. l. prima in prin
cipio. in quinta quæſtio. princip. maxi-
mè, in verſicu. ſed contra omnia prædi-
cta facit vſque ad finem illius quæſtio.
7 vbi omnino vide. † Quæro primò an
iſtud tempus ſex menſium, & alia tem-
pora actionum ædilitiarum ſint ſem-
per vtilia, an verò à principio vtilia, &
poſteà continua, & gloſſ. hic prima po-
nit opiniones & in fin. videtur reſidere
quod ſemper iſtud tempus ſit vtile, ali-
qui tamen allegant iſtam gloſſ. in con-
trarium ſcilicet quòd velit quod à prin
cipio ſit vtile, & poſteà continuum. &
idem vult gloſſ. in rubrica ad finem. ff.
de diuerſis & temp. præſcrip. & in. l. pri
ma in glo. magna. in fine. & in. l. fin. in
vltima gloſſ. C. de tempo. in integrum
reſtitut. peten. & inſtitu. de perpetuis &
tempora. acti. in principio in verbo an-
nuum. & in. l. quinquennium. ff. de adul-
ter. quæ omnes gloſſ. tenent quod iſta
tempora actionum ædilitiarum ſint à
principio vtilia. poſtea verò continua.
Sed gloſſ. in. l. annus ſupra de calum-
niatoribus. tenet expræſſè quòd imò
ſemper ſint vtilia, quia ex quo lex iſta
dicit ſimpliciter vtile tempus, intelli-
gendum eſt, ſcilicet ſemper idem nota.
Baldus in. l. ſi ſuperuacuam. C. de tem-
po. in integr. reſtitut. pet. & hanc gloſſ.
vltimam tenent Iacob. de Aret. Cyn. &
Bald. in. l. ſecunda. C. de ædilitio. acti. &
Cyn. ſecundum Iacob. de Aret. in dicta
l. prima in fi. in prima quæſt. C. de tem

poribus in integr. reſtitut. pet. Et idem
tenet Bartol. in dicta rubri. ff. de diuer.
& tempor. præſcripti. & iſtud credo ve-
8 rius. † Ex quo infero ad quæſtionem ſi
bidellus vendidit mihi vnum librum,
& ſtetit per quatuor menſes quòd cum
mihi non tradidit, ita quòd eum vide-
re non potui, quòd iſti quatuor menſ-
ſes mihi non current, imò habebo alios
ſex menſes, ſi volo agere redibitoria &
hoc ſecundum omnes, quia quantum
ad principium, hoc tempus eſt vtile, &
dix. facit pro hoc. l. tali ſtipulatione. in
9 frà de iure dotium. † Imò dico plus ſi
poſtquam ſciui vitium rei fui impedi-
tus agere, vel in perſona mea, vel ex fa-
cto venditoris, vel iudicis, ita quòd age
re non potui, tale tempus mihi non cur
rit, ex quo eſt ſemper vtile ſecundum
not. per gloſſ. ordina. in dicta rubrica.
10 ff. de diuerſis & temp. præſcri. † Ex hoc
etiam dixit hic Angel. quod ſi ſuperue-
niat ſcientia, ſindico delicti commiſſi
finito officio ſindicatus quod non tene-
tur, quia non tenetur rem nouam ag-
gredi. In contrarium videtur, quia pen-
det ex veteri obligatione. arg. ſ. de neg.
ge. l. nam & ſeruius. §. ſi viuo. de quo dic
vt per Bald. in. l. cum annalis. C. de in-
ceſt. nupt. vbi videtur inclinare pro ſin-
dico quod non teneatur ſecundum An-
11 gel. hic. † Quæro ſecundò extra gloſſ.
nunquid iſtud tempus ſex menſium,
& alia tempora quæ dantur actionibus
ædilitiis poſſint abbreuiari, vel elon-
gari per iudicem? dic quod non, ſicut
nec decima dies dati ad appellandum,
vel annus ad proſequendum, vt notat.
gloſſ. in authenti. offeratur. C. de li-
tis conteſtatione in verbo. xx. dierum,
&

& not.glo.magna.in.c.cum ſit romana. extra de appel.vbi not.per do. Anto.de
11 but.& doct. Quæro tertiò, †an per ſolam exceptionem perpetuatur actio redibitoria, dic ꝙ ſic, ſi emptor conuentus ad pretium opponit exceptionem redibitoriam, excipiendo de vitio rei. propter quod per redibitoriam, ſi fuiſſet ſolutum, reuo.aretur, ita dicit Bald. in.l.cum proponas.C.de ædil.act.& ita dicit diſputando tenuiſſe Franciſc.accur.per.l.omnes actiones infra de regu.iur.& de hac quæſtio.vide omnino plenè per Ioan.and.in addi.Specu.in titu. de emptio.& vendi.§.nunc dicendum. in.ij.addit.& not.per.Mod.in.l.ſi eum in.§.qui iniuriarum.ſupra ſi quis cau. dic vt ibi not. Cætera quantum ad teriam huius.l.vide omnino quæ ſcripſi in.l.ſciendum.in.§.tempus.ſ.eod.

Bartholomæus Cepolla de Verona.

## SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor contractus, eſt etiam fideiuſſor diſtractus.*

2 *Fideiuſſor datus à venditore bene poteſt appellari fideiuſſor emptoris.*

3 *Fideiuſſori contractus vltrocitroq; obligatorij poteſt impleri contractus ſine principali.*

4 *Sicut ipſi fideiuſſori ſoluenti poteſt res tradi, ita etiam fideiuſſor poteſt quandoque de pecunia ipſius principalis debitoris ſoluere.*

5 *Tunc demum fideiuſſori poteſt mancipium redhiberi, ſi fideiuſſit in omnem cauſam.*

6 *Fideiuſſor emptoris non ſolum tenetur venditori pretium pro emptore ſoluere, ſi eſt fideiuſſor in omnem cauſam, ſed etiam ſi poſt pretiũ ſolutum actum ſit redibitoria, & pretium repetitum, tenetur ipſi venditori rem reſtituere.*

7 *Item fideiuſſor in communem cauſam datus à venditore non modo obligatur, vt res vendita præſtetur emptori, ſed etiam propter rei vitium agatur redibitoria tenetur pretium emptori reſtituere.*

8 *Fideiubens in omnem cauſam, tenetur etiam ad vſuras.*

*Idem ſi fideiubeat inquantum illum bona fide condemnari oporteat.ibi.*

*Idem ſi promittat indemnitatem.ibidem.*

9 *Fideiuſſor ſimpliciter fideiubens videtur in dubio fideiubere meliori modo, quo poteſt.*

LATINVS. †Fideiuſſor contractus intelligitur eſſe fideiuſſor diſtractus.h.d.ſecundũ Bald. vel ſic. Fideiuſſori dato ab emptore poteſt fieri redibitio.h.d.ſecundũ vnum intellectum quem videtur ſentire hic Raph.vt.j.dicam in.ij. not. vel & tertio fideiuſſori dato à venditore ipſi emptori poteſt fieri redibitio.h.d. ſecundùm alium intellectum, quem credo verum. In text, ibi latinus largus dic fortè fuit ille de quo habetur in.l. extante.in.§.latinus.ff. de exceptio.rei iud.ſecũdũ Alb.adde tu, & in.l.latinus largus.de.l.&.ij. Ibi fideiuſſori ẽptoris aduerte quia aliqui habent in litera emptoris, & ita comuniter habetur, aliqui habẽt emptionis.ſi habetur emptionis poteſt intelligi ꝙ iſte fideiuſſor ſit datus à venditore, vel ab emptore. Item eodem modo ſi habetur in litera emptoris poteſt intelligi duob.modis, vno modo ꝙ iſte fideiuſſor ſit datus ab emptore, & ita prima facie videtur ſonare iſta litera, & iſto modo intellexit iſtum tex. Raph.vt ſtatim dicam.& ſecundũ iſtũ ſenſum

ſenſum ſummaui ſecundo modo iſtum text. Secundo modo poteſt intelligi ꝙ iſte fideiuſſor ſit datus à venditore emptori.& dum dicit litera emptoris debet exponi.i.fideiuſſor datus in fauo-
2 rem emptoris,†nam fideiuſſor datus à venditore bene poteſt appellari fideiuſſor emptoris,vt hic & ſecundū iſtū ſenſum iſta litera erit clara,& clarus intellectus,& ſecundū iſtum intellectū ſummaui tertio modo.ſ.iſtum text. Not.j.illud quod dixi.ſ.in primo ſummario Not.ij.ſecūdū ſummarium intelligendo iſtū tex.ꝙ loquatur de fideiuſſore dato ab emptore ꝙ iſta.l.innuit mul
3 tum eleganter † ꝙ fideiuſſori contractus vltro citroq; obligatorii,poteſt impleri contractus ſine principali, vt ſi emptor dedit fideiuſſorem ſuper venditione.& venditor pretium aſſequatur,à fideiuſſore ꝙ poterit venditor rem illi fideiuſſori tradere,& implere contractum,caſus eſt ſecundū Raph.quod eſt nō.dignum ad quod facit.l.ij.de fideiuſ. iuncta.l.iuli.§.offerri.ſ.de act.empt.& l.ꝙ ſi nolit.§.idem Marcell⁹.ſ.eodem. Cui tu adde quod no.Bart.in.l.filius
4 fa.§.fin.de procu.& adde ſing.quòd† ſicut ipſi fideiuſſori ſoluenti poteſt res tradi.Ita etiam fideiuſſor poteſt quandoque de pecunia ipſius principalis debitoris ſoluere,vt eſt caſus valde no.in l.ſi procuratorem.in.§.ſi ignorante.ſ. mandati,circa quod vide quod no. Bal. in auten.ſumptuum.C.de epiſ.& cler. & in auct.qua in prouincia.C.vbi de crimine agi oporte.& vide Barto.in.l.ſi ſeruus pluriū,in.§.j.circa fin.ſ.ſi quis cautio,& vide domi.meum do.Io.de anna. in.c.extra de accuſa. Iſte tamen intellectus Raph.licet in ſe poſſet eſſe verus,tamen mihi non placet quãtum ad iſtum text.nam ſecundū iſtum intellectum iſte text.non haberet dubiū. Imò dico plus ꝙ eſt contra iſtum textū qui
5 vult ꝙ †tunc demum fideiuſſori poteſt mancipium rediberi,ſi fideiuſsit in omnem cauſam.nam iſte tex.vult aliud ſi loqueretur de fideiuſſore emptoris.ſ.ꝙ
6 †fideiuſſor pro emptore,licet in dubio videatur fideiuſſor pro pretio ad quod tenetur emptor venditori tamen ſi fideiuſsit in omnem cauſam,tūc tenetur nō ſolum ad pretium ſoluendum emptori, ſed etiam ſi pretiū eſt ſolutum per emptorem,& actum redibitoria poſteà per eum,& pecunia reſtituta emptori per venditorem,tenetur ipſe fideiuſſor redibitoria ad reſtituendam rem ipſi vēditori,& acceſsiones,& ad alia ad quæ tenetur ipſe emptor,& hoc eſt ꝙ vellet dicere iſte text.dum dicit fideiuſſori redibe ri intelligendo de fideiuſſore dato ab emptore,& iſte eſſet intellectus huius. l.vnde illud notabile quod colligit hic Rapha.iudicio meo non probatur hic aliquo modo. Nota tertiò ſecundùm
7 tertium ſummarium,†ꝙ fideiuſſor datus à venditore,licet in dubio videatur ſe obligare niſi ad hoc vt res vendita præſtetur emptori.Tamen ſi fideiuſsit in omnē cauſam tunc tenetur etiam ſi res vendita eſt morboſa,& agatur redibitoria.& vt teneatur reſtituere preciū, quod ſoluit emptor venditori.caſus eſt hic ſecūdū verum intellectum, iudicio meo,& hoc importat verbum in vniuerſam cauſam,de quibus verbis dic vt per tex.glo.& doct.& in.l.quæro.in princi.
8 ſupra locati, Quibus adde † quòd fideiubens

-deiubens in omnem casum tenetur etiã ad vſuras,caſus eſt in dicta.l.quæro.in 3
princip.Idem ſi fideiubeat inquantum illum bona fide condemnari oporteat, idem ſi promittat indemnitatem,caſus eſt de his omnibus in.d.l.quæro in prin b
cip.§.loca.de quo dic vt ibi,idem ſi fideiuſsiſſet ſimpliciter ſecundum glo.j.in l.ſi mandatori.C.quod cum eo.quæ glo. non videtur mihi vera, quia mouetur d
per tex.d.l.quæro.in princ.quæ loquitur tantum in prædictis tribus caſibus, non autem quando ſimpliciter fideiuſ-
9 ſiſſet.Item adde q̃ †fideiubens ſimpliciter,videtur in dubio fideiuſsiſſe meliori modo quo poteſt.nam eo ipſo q̃ dicit, fideiuſsit,licet non dicatur,& renunciauit &c.ſe obligauit &c.etiã ſi nec alias clauſulas apponat & licet eſſet pœna furti,tamen fideiuſſor tenetur ita dicit gloſſ.in.l.inter ſtipulantem,in princ.ff. de verbo.ob.& in.l.cum filius.in.§.j.eo.tit.& Bart.in.l.ſi quis pro eo.in prin. de verb.ob.& ita dicit ad literam.d. meus.d.Ang.de ar.in ſuo eleganti tractatu maleficiorum.in gloſſ.in verbo pro qui bus Antonius fideiuſsit.in ſi.j.colum.& in tota illa glo.vide aliqua notabilia,in materia fideiuſsionis.

Bartholomeus Cepola de Verona. Iuris Vtriuſque Doctor.

SVMMARIVM.

1 Dominus agens redibitoria ex contractu ſui ſerui debet ex parte ſua implere, quæ implẽda ſunt inſolidum,& non peculiotenus. Secus autem ſi conueniatur ibidem ; & ratio neni vide ſub nu.2.

2 Peculium non dicitur,niſi deducto quod domi ne debetur,

3 Seruus,qui eſt apud emptorem vitioſus, dicitur etiam eſſe in peculio venditoris,& ille eſtimatur,

b ***S***ED ſi ſeruus. Diuiditur in duas partes iſta lex in prima parte ponitur qualiter dominus teneatur, ſi ſeruus ſuus emit vnum mãcipium quod eſt morboſum. In ſecunda qualiter teneatur dominus, vel pater,quando ſeruus,vel filius vendidit,ſecunda ibi q̃ ſi ſeruus & hoc di-
1 cit.†Dominus agens redibitoria ex cõtractu ſerui ſui debet ex parte ſua implere,quæ implenda ſunt inſolidum nõ peculiotenus, ſecus autem ſi conueniatur quia tunc peculiotenus tantum tenetur hoc.d. Vel ſic ſecundum Bald.ille qui vtitur contractu alterius debet vti cum ſua cauſa ſuiſque vitiis.h.d. cõcordat.l.pompo.§.j.cũ ſeq.ff.de acquir. poſſ. In tex.ibi quæ huic actioni continetur.ſ.rem emptam,& alia de quibus.in.l.cum autẽ.in.§.cum redibetur. ſ.eod.dic vt ibi. In textu ibi,& cauſa redibitionis,&.j.ſed cauſa ipſa redibitionis.expone.j.examinatio rei redibẽdæ,ita dicit Alber.de roſa. gloſſando,& declarando iſtum textum in ſuo alphabeto primo in verbo cauſa in verſi.cauſa redibitionis. Ibi ſi nihil domino eius debeat dic ratio eſt,quia dominus tenetur peculiotenus ideſt eatenus quatenus eſt in peculio vt dicitur hic in ſe-
2 cundã parte.ſed†peculium non dicitur niſi deducto quod domino debetur,vt.l. ſed ſi damnum.§.primo cum ſequen.ſupra de peculio.ergo,imò etiam credo

eadem

eadem ratione q̄ debet deduci etiam
omne id quod detur his qui ſunt ſub tu
tella, vel cura ipſius domini de quibus
habetur in dicta leg. ſed ſi damnum §. j.

Not. primò quod dixi, in primo ſum
mario ſcilicet quòd ſi dominus agat te-
netur inſolidum ſed ſi conuenîatur te-
netur niſi peculiotenus, & ratio diffe-
rentiæ inter primum caſum, & ſecun-
dùm eſt, quia primò caſu quando domi
nus agit ex contractu ſerui contra ali-
quem, videtur habere ratum illum con
tractum quem ſeruus ſuus facit, & iſta
ratihabitio iuſſui comparatur. vt leg.
prima. §. ſi ratum ſupra quod iuſſu, &
leg. & ideo. §. final. ſuprà rerum amo-
ta. & eſt text. in leg. cum fundus. §. ſer-
uum tuum inprudens. in verſiculo pe-
nultimo & ibi nota. gloſſ. nota in ver-
bo præſtare ſupra ſi certum petatur
quod non eſt quando ipſe conuenitur,
quia non videtur velle habere ratum
contractum ſui ſerui. Nota ſecundò
3 textũ notabilem quòd † ſeruus qui eſt
apud emptorem vitioſus dicitur eſſe
etiam in peculio venditoris, & ille ex-
timabitur. Vnde ſi ego emo vnum ſer-
uum ab alio ſeruo, pro viginti duo.
qui in veritate propter morbum ſuum
non valet niſi decem & ille ſeruus ven-
dens habet in peculio niſi decem pote-
ro agere contra illum ſeruum vendito-
rem ſeu dominum ſuum, & conſequi il
la decem quæ erant in peculio, & pote-
ro etiam retinere mihi ſeruum emptũ,
qui valet alia decem & ſic conſequar.
xx. caſus eſt hic nota. Cætera & in text.
& in gloſſ. ſunt clara.

Bartholomeus Cepolla de Verona
Iuris Vtriuſque. Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Fuga in ſeruo redibendo non eſt cauſa ſufficiens.*

2 *Si ſeruus fugiat dum eſt apud emptorem aliquibus ſubreptis, ſi poſteà vitioſus pronuntietur venditor tenetur etiam de eo, quod ſurripuit.*

3 *Iudex appellationis poteſt pronunciare licet non dicat, condenmo, vel abſoluo.*

4 *Venditor pro delicto ſerui commiſſo apud emptorem tenetur actione noxali, & qualiter intelligendum ſit, ibidem.*

l. QVAERO AN. Vendi-
tor in redibitoria tene-
tur non ſolum pretium
reſtituere, ſed etiam ad
æſtimationem rerum per
ipſum ſeruum ablatarum, niſi pro ipſis
velit ipſum pro noxa relinquere hoc
dicit vſque ad. §. ſeruum. Vel ſic ſecun-
dùm Ange. pronuntiatio iudicis ſuper
redibitione fienda ſufficit ad hanc actio
1 nem redibitoriam hoc dicit. † In tex.
ibi pronunciatus fuerit dic. ex eo quòd
erat morboſus, vel vitioſus, non autem
ex eo quòd aufugit dum eſſet apud em-
ptorem, quia iſta non eſſet ſufficiens
cauſa ad redibendum, vt leg. actioni. ſu
prà eodem niſi ante venditionem fuiſ-
2 ſet fugitiuus, vt ibi dixi. † Nota ex
iſto text. quòd ſi ſeruus fugit dum eſt
apud emptorem & aliquid emptori ſub
ripuit, ſi poſtea rediens pronuntiatur vi
tioſus, venditor tenetur etiã de eo quod
ſeruus ſubripuit, & ratio dubitandi for-
tè fuit, quia ſeruus fugit poſt vendi.
dum eſt apud emptorem, videbatur
hoc eſſe imputandum emptori, & non
venditori, vt l. actioni. §. eo. ratio autem
decid

decidendi eſt, quia ex quo fit redibitio
ſerui, non ex eo quòd fugerit, ſed ex eo
quòd ipſe erat aliter vitioſus vt dixi
ſuper tex. venditor nunc tanquam do-
minus tenetur actione noxali pro deli-
cto ſerui iam commiſſo ipſi emptori,
quia noxa caput ſequitur, vt in. §. o-
mnes. inſti. de noxa. No. ij. iſtum tex.
ibi pronunciatus fuit quem alle. Cy. in
3 l. eos. in prin. in. v. q. C. de appel. †quòd
iudex appellationis poteſt pronuncia-
re, licet non dicat condemno, vel abſol
uo. de qua. q. dic vt ibi per Bar. in ver.
quæro, & intro glo. mag. tex. cum ſi. di-
xit Cyn. in. l. j. ver. ſed iuxta præmiſſa
quæro. C. ſi aduer. lib. quòd ſi ſapiens
aſſumptus ad conſulendum in. q. ſibi
commiſſa dixit. ego conſulo talem con-
demnandum, & iudex dixit ego ſic pro-
nuntio, quòd per hoc videtur eſſe con-
demnandus & ita dicit tenere Iacob. de
are. & Io. faſeoli de piſis in. l. fundus. ff.
de reſcind. vend. per illum tex. de quo
dic vt per omnes doctor. in. l. j. C. ſi ad-
uer. liber. &. d. l. fundus. & per doct. mo-
dernos in. l. j. §. ſi quis ita. de verbo. ob-
4 ligat. †No. tertiò quòd venditor pro
delicto ſerui cōmiſſi apud emptorem
tenetur actione noxali quod intellige
verum ſecundum Rapha. niſi venditor
fuiſſet ſciens ipſum eſſe fugitiuum ad-
de tu, vel aliâs morboſum, quia fortè
erat in cauſa redibitionis propter aliud
vitium ſeu morbum, quàm fugitiuita-
tis. Item per iſtum text. nam ſi fuit
ſciens teneretur tunc inſolidum non
noxaliter, vt. l. Iulianus. §. item qui fu-
rem. ſupra de actio. emp. cum ſimil.

Barthol. Cepo. de Verona
I. V. Doctor.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Si ſeruus ſeruum vitioſum vendidit & agatur redibitoria dominus tenetur de peculio.*

*Si verò venditor erat liber homo, dominus tenetur de pretio ſcilicet inſolidum, vel dare ipſum pro noxa, vel ex ſtipulatione duplæ. ibidem.*

2 *Et de qua ſtipulatione duplæ intelligatur numero ſeq.*

3 *Seruus quando redibetur dicitur quaſi euinci.*

§. ITEM QVAERO.
Iſte. §. dicit illud idem
quod princi. huius legis,
niſi quod addit vnū ca-
ſum, videlicet quando
ſeruus alienus vēdit vnum ſeruum, qui
ſit eiuſdem conditionis ſicut erat ille
de quo loquitur principium huius le-
gis, & ſic in effectu iſte. §. complectitur
vtrunque caſum. primò quando liber
homo vendit ſeruum, qui aufugit ab
emptore, & ſibi aliquid ſubripuit, &
fuit pronuntiatum in cauſa redibitio-
nis, quo caſu venditor tenetur de pre-
tio eo modo quo in princi. huius legis.
1 †Si vero venditor erat ſeruus tunc do-
minus tenetur de peculio, & hoc eſt
quod vult dicere hic tex. de peculio vel
de pretio, quia intelligitur de peculio,
quādo vēditor erat ſeruus, vt in. l. præ-
cedenti. de pretio quando vēditor erat
liber homo, quo caſu tenetur de pretio
ſcilicet inſolidum, vel dare ipſum pro
noxa. vel ex ſtipulatione duplæ, & hoc
vult dicere iſte. §. licet videtur obſtare,
& ita ſentit hic glo. in verbo de pretio,
& ita in effectu ſentit hic Raph. breui-
ter.

2 ter. †Quærit hic glo. de qua ſtipulatio duplæ loquatur iſte text. & glo. hic reſpõdet quòd poteſt intelligi de ea ſtipulatione duplæ, quæ fuit interpoſita propter vitia. Alii dicunt propter euictionem, quaſi nunc euincatur, & vtraque expoſitio poteſt eſſe bona. †No.
3 tamen iſtam glo. quaſi in fine, quæ vult quòd quando ſeruus redibetur dicitur quaſi euinci. Idem not. glo. in. l. quòd ſi nolit. §. quia aſsidua. in verbo mancipii. ſupra eod. & idem not. glo. in. §. ſeq. in verb. dupla per quod vult poſſe inferri, quòd optimè poſsint allegari leges, quæ loquuntur de euictione, pro deciſione etiam quaſi pro caſu quæſtionum de ædilitio edicto, quod bene nota, pro ampliatione huius tituli. Cætera dic vt in gloſsis, quæ ſunt claræ, & multæ ſunt ſuperfluæ.

Barth. Cepol. de Vero. I. V. Doct.

## SVMMARIVM.

1 *Confeſsio ſeu reſponſio ſerui facta extra iudicium præſentibus honeſtis viris cum aliis indiciis probat cõtra dominum. & nu. 3.*
2 *Honeſti viri, vel honeſta perſona quæ dicantur.*
4 *Confeſsio facta coram vicinis facit indicium.*
5 *Plena probatio ex multis indiciis inſurgit.*
6 *Teſtes recepti extra iudicium coram viris honeſtis non fulcitis poteſtate ſeu iuriſdictione faciunt indicium.*
7 *Teſtes examinati coram iudicibus non habentibus iuriſdictionem. ſeu poteſtatem, licet non faciant plenam fidem: quandoque tamen habent aliquem excuſare.*
8 *Præſentia honeſtorum virorum facit ceſſare præſumptionem metus.*
9 *Qui dicit aliquem vſurarium manifeſtum, debet illud probare per actus apertos, & non per coniecturas.*
10 *Iudex in criminalibus ex officio poteſt reum interrogare ſine tormentis, aliquibus in caſibus.*
11 *Confeſsio facta extrà iudicium, an faciat ſemiplenam probationem, an indicium tantum.*
12 *Genus a quo remouetur intelligitur remota qualibet eius ſpecies.*
13 *Confeſsio facta parte præſente nõ modo ſemiplenam facit probationem, ſed etiam plenam. Et qualiter hoc intelligendum ſit. ibidem.*
14 *Confeſsio geminata etiam extra iudicium facit plenam probationem.*
15 *Confeſsio ſerui cum aliis indiciis plenè probat.*
16 *Confeſsio facta extra iudicium vltra ſemiplenam probationem, operatur quantum ad pœnam extraordinariam imponendam. Item operatur vt poſsit poni ad torturam, numero ſequenti. Item vt poſsit detrudi in carcerem, nume. 18. Item operatur vt poſsit ab adepto officio deponi: & ne poſsit ad nouum aſpirare. nu. 19.*
20 *Si quis extraiudicium fuerit quid[illegible]am confeſſus: cuius poſteà in iudi[illegible]io contrarium confiteatur, nihil [illegible]et quod dixit in iudicio.*
21 *Confeſsio extra iudicium facta eſt plena probatio delicti, quod ſolo animo contrahitur.*
22 *Confeſsio facta extra iudicium operatur vt confitens poſsit vrgeri ad fatendum poſteà illud idem coram iudice.*
23 *Confeſsio facta extra iudicium facit maleficium eſſe notorium.*
24 *De indiciis & præſumptionibus, remiſsiuè.*
25 *Statuto dicente quòd equus rediberi non poſsit niſi ſit bulſus, duo teſtes dicunt eſſe bulſum, alii duo contrà quibus ſtetur?*
26 *Dubium facti debet decidi ſecundum naturalem æquitatem.*

§. ERVVM DVPLA.
1 Confeſsio†ſeu reſpōſio ſer
ui facta extra iudiciū præ-
ſentibus honeſtis viris cum
aliis indiciis probat contra dominum.
2 h.d. †In text.ibi honeſtis viris, qui
autem dicātur honeſti viri vel honeſtę
perſonæ.vide.l.ij. C.de his qui ve.æta.
impe.& in.l.ij. C.quemad.teſta.aper.&
in.l.j.§.ſi pecunia.ſ.depo.& in.c.vene-
rabilis.extra de præben.& in toto titu.
de vita & honeſt.cler.& in.c.ſi.extra de
appell.vbi habetur etiam de bonis vi-
ris, & not.in.l.ij. C.de his qui per met.
nō appell.& in.l.de pupillo.in.§.ſi quis
ipſi prætori.ff.de no.oper.nun. Ho-
neſtas auté quid ſit? vide per Archi.iiij.
diſtiu.c.erit autem lex. & dicit Iſodo-
rus lib. ethymologi.quòd honeſtus di-
citur ille qui nihil habet turpitudinis,
& de honeſtate vide plura per Albe.de
roſat.in ſuo alphabeto primo in verbo
honeſta perſona. In tex.ibi in domo
[illegible] i.de domo, vel in domo.i.dum eſſet
[illegible] apud venditorem. Ibi cre-
in domo [illegible]
dendum dic ad hoc vt faciat plenam fi-
3 dem. †No.primò quòd confeſsio fa-
cta coram honeſtis perſonis ex indiciis
confirmata facit plenam probationem.
Ex quo ſequitur quòd ſi non eſſent
indicia faceret ſolum ſemiplenam pro-
bationem, & ſic videtur hic caſus quòd
cōfeſsio facta extra iudicium facit, vel
inducit ſemiplenam probationem, de
quo infra dicam in ſeq.nota.& in.ij.q.
4 †No.ij.quòd ex iſto tex.quòd cōfeſ-
ſio facta coram vicinis facit indicium,
& ita alleg.iſte tex.ſecundum Bal.facit
quod no.in.l.ictus fuſtium.ſ.de his qui
not.infa.& quod not.per Dyn.in.l.ij.in
§.qui æta.ff.de excu.tut.ego autē credo
quòd potius iſte tex.probet quòd talis
confeſsio faciat ſemiplenam probatio-
nem,vt dixi in præced.not.& dicam in-
5 fra in.q. †No.tertiò quòd iſte tex.al-
leg. quòd ex multis indiciis reſurgit
plena probatio ſecundum Bald.hic de
quo dic vt no.per Dy.& plenè per Nic.
de Neap.in.l.ij.in prin.ff.de excu.tu.&
per Bal.plenè in.l.ſi quis argētariis.in
§.ij. ver.iiij.no.ſ.de æden.& per Bar.in
l.admonēdi.ſ.de iureiur.& per Ant.de
but.in.c.ſi.extra de ſucc.ab inte.& per
Io.de imo.in.c.veniens.extra de teſtib.
& per Bal.in.l.nō eſt veriſimile.ſa.j.ad
ſi.ſ.quod met.cau.& vide omnino Bal.
in rub.de contro.inueſti.& habetur per
glo.& doct.in.l.iij.in.§.eiuſdēque prin-
cipis.ī.de teſtib. & vide quod not. Bar.
in.l.j.§.idem Cornelio.ī.de quæſtioni.
6 †Not.quartò iſtū tex.ſecūdum Ang.
ad teſtes, nam ſi teſtes ſunt recepti ex-
tra iudicium corā iudicib.honeſtis non
fulcitis iuriſdictione ſeu poteſtate fa-
ciunt indicium quod eſt no.ego fortius
credo quòd facerent ſemiplenam pro-
bationem, vt ſuprà dixi.in.j.&.ij.nota.
Aduerte tamen ad vnum ſecundum
7 eundē Ange.hic†quòd licet teſtes exa-
minati coram iudicibus non habētibus
iuriſdictionem ſeu poteſtatem non fa-
ciant plenā fidem,vt hic,quādoque ta-
men habent aliquē excuſare, puta ſin-
dicos,qui teſtes examinant coram per-
ſonis non habētibus iuriſdictionem ſu-
per inquiſitione maleficiorū, licet non
faciant fidem, tamē excuſant ſindicum
propter iuſtā ignorantiam quæ præſu-
mitur, ex quo exquiſiuit facere quantū
potuerit,& hoc etiam vult Bal.per glo,
ibi.

ibi in.l.ſi ea quæſtio. C.de his quib.vt
8 indig. †Nota quintò quòd preſentia
honeſtorum virorum facit ceſſare præ-
ſumptionem metus, de quo dic vt per
tex.& doctor.in.l.tranſactionem. C.de
tranſact. Not.ſextò iſtum tex.quem
alle.Bal in.l.ciues & incolæ.circa prin.
9 C.de appellat.ad.q.videlicet† quòd ille
qui dicit aliquem eſſe manifeſtum vſu-
rarium debet illud probare per actus
apertos, & indubitatos, non per conie-
cturas,quia vbi eſt coniectura ibi veri-
tas non eſt, per ſe nota, niſi lex ſtatuat
talem coniecturam habere vim proba-
tionis, per iſtum textum qui vult quòd
iſta indicia cum confeſsione ſerui pro-
bent, alleg.etiam ad hoc.l.diuus. ff.de
in integ.reſt.&.l.licet imperator.de le-
ga.j.&.l.continuus. §.cum ita. de verb.
oblig., Nota ſeptimò quòd confeſsio
ſerui cum aliis indiciis nocet domino
de quo in.l.cum probatio. ſ de probat.
Vlti.per iſtum tex.dixit Bal. in.l.ſi
duo patroni.§.idē Iulianus. ante fi.ſ.de
10 iureiur. † quòd iudex in criminalibus
ex officio poteſt reum interrogare ſine
tormentis in caſibus torturæ expreſsis,
allegat etiam textum in.l.maritus. in-
fra de quæſtionib. Item per iſtum text.
dixit Bart.in.l.Fulcinius.§.quid autem
ſit latitare.infra quib.ex cau.in poſſeſ.
eat. quòd animus ambitioſus probatur
in aliquo ſi illud dixit aliquibus alleg.
etiam.l.Labeo.infra de ſuppellect.leg.
& gloſſ.eſt in dicto. §.quid autem ſit.

Oppo.contra iſtud vltimum nota-
bile.de.l.ſi ſint. §.ſi ſeruus.ſuprà de in-
terroga.actio. Solue vt in glo.in verbo
credendum in vltima ſolutione, quæ
bene dicit. Quærit glo.de qua dupla
loquatur iſte text.& glo.hic prima re-
ſpondet quòd loquitur de ſtipulatione
de vitiis,vel de euictione quaſi tunc vi-
deantur euinci quando ſeruus eſt mor-
boſus quam glo.not.ad id quod ſupra
11 in.§.præced.in fi. †Quæro ſecundò
extra glo.an confeſsio facta extra iudi-
cium faciat ſemiplenam probationem,
an verò indicium tantum,& Bal.hic vi-
detur ſentire quòd faciat niſi indicium,
vt dixi.ſupra in.j.&.ij.notabi.ego au-
tem credo quòd faciat.ſemiplenā, pro-
bationem,quæ plus importat quàm in-
dicium & ita vult Bar.in.l.admonendi.
ſupra de iureiur.circa med.verſi.item
quæro ſi inſtrumentū.Idem tenet Azo.
in ſum.C.de proba.in fi.Idē tenet Flo.
in.l.j.ff.de interrog.actio.allegant iſtū
§.&.l.capite quinto.ff.de adult.&.c.fin.
extra de ſucceſ.ab inteſta. Sed Bald.
in.l.in bonæ fidei.C.de iureiuran.dicit
quòd dicta lex capite quinto. & iſte.§.
qui allegantur per Barto.in.d.l.admo-
nendi. non probant quia non loquun-
tur in ſola confeſsione, ſed iuncta cum
adminiculis loci & temporis non aliter
determinati. Item do.Bart.de Salyc.in
dicta.l.admonendi. in ſua repetitione
tenet contra Barto.per glo.in.l.j.§.j.in
glo.in verbo apud iudices. in princ.ſu-
pra de interroga.actio.quæ dicit quòd
talis confeſsio extra iudicium non pro-
12 bat,& ſic nec etiam ſemiplenè † cum à
quo remouetur genus intelligitur re-
mota quælibet eius ſpecies.l.duobus.§.
colonus.cum ſimil.ſupra de iureiur.&
quia indefinita æquipollet vniuerſali.
l.ſi pluribus.d.l.ij.cum ſimi.& ad.l.ca-
pite quinto. reſpondet Salic.quòd ibi
non facit ſemiplenam probationem.

ſed mediam. Et ad.c.ſi.extra de ſuceſſi.
13 ab inteſtat.quòd ibi†confeſſio emanauit parte preſente, ideò nimirum ſi ſemiplenam probationem facit nam faceret plenam, niſi quia enuntiatiuè emanauit vel non ad partis inſtãtiam, licet ea præſente vel ibi ſit illud quia confeſſio nõ erat deducta in petitione aduerſarii, ita dicit Saly.in dicta.l.admonendi in repetitione. Ego autem teneo opi.Bartol.
14 †quia geminata confeſſio extra iudiciũ facit plenam probationem, vt not.Bart. in.l.cum ſcimus.per glo.ibi.C.de agric. & cenſi.libr.xj.ergo vna ſimplex debet facere ſemiplenam argument.nota.per Barto.in dicta.l.admonendi.ff.de iur.& ita tenet Anto.de butri.vt refert Imola, & ibi ſequitur in capitu.fina.extra de iureiurando. Nec obſtat reſponſio Salice. ad iſtum text.dum dicit quòd hic confeſſio non erat ſola, ſed iuncta cum aliis adminiculis, quia fateor quòd dicit verum quòd erant alia adminicula, vt probatur hic dum dicit ibi ſi qua indicia
15 prioris, †tamen text.probat contrarium nam ex eo quòd hic erat confeſſio ſerui, & erant alia indicia iſta talis confeſſio plenè ꝓbat, & ita debet intelligi iſte text.vt ſuper textu ſupra in princip.vnde ſequitur quòd ſi fuiſſet ſimplex confeſſio ſine aliis indiciis, quòd ſemiplenã probationem faceret arg.no.per Bar.in d.l.admonendi.ergo & quia de iſta quæſtio.dixi plenè vobis anno præterito, in l.vnica.C.de confeſſis, Ideò iſta ſufficiant, & me remitto ad ea quæ ibi ple-
16 nius dixi. † Quæro tertiò quia dixi ſtatim quòd hic probatur quòd ſimplex confeſſio facta extra iudicium facit ſemiplenam probationem an inducat ſeu operetur alios effectus confeſſio extra iudicium, dico quòd ſic, nam alium ſecũdum effectum operatur quãtum ad pœnam extraordinariam imponendam vt l.ictus fuſtium & ibi no.ſupra de his qui
17 no.infa. †Tertium effectum operatur vt poſſit poni ad torturam vt eſt gl. ſingula.in.c.capite quinto.ff.de adult.&
18 ibi docto. †Quartum vt poſſit detrudi in carcerẽ.vt.l.ſi cõfeſſus.ff.de cuſto.
19 reorum. †Quintum vt poſſit iã adepto officio priuari, & ne ad nouum aſpiret ſecundum Inno.in.c.per inquiſitionem.extra de electi.& ita vult hic etiam Alberic. Sextum reſpectu contradi-
20 ctionis poſteà factæ in iudicio, †quia ſi confitetur aliquid extraiudicium, & cõtrarium in iudicio, nil valet quod dictũ eſt in iudicio ſecundum Barto.in.l.eos. in fin.ff.de falſis.ſed Bald.in hoc contra in.c.j.§.j.in titu.quid ſit inueſtitu.per illum textum, & idem tenet Bald.contra
21 Barto.in.l.nullum.C.de teſtib. †Septimum quia ſi delictum contrahitur ſolo animo, talis cõfeſſio eſt probatio plena delicti.vt.l.apud celſum.in princi.de doli excep.coniuncta.l.fulcinius.§.quid ſit latitare cum gloſ.in verbo animus.ff. quibus cau.in poſ.eat.& de iſtis ſeptem effectibus confeſſionis extraiudicialis, vide per Flor.in.l.proinde.§.notandum ſ.ad legem aquiliam, qui quaſi omnia iſta dicit, & ſunt verba Ang.ad litera m. in dicta.l.prima.C.de confeſſ.excepto primo effectu.licet.d.Flo.de eo nullam faciat mentionem, & idem dicit ad literam Ange.in.l.hac conſultiſſima.in.§.ſi
22 quis autem ad finem.C.de teſti. †Octauum effectum etiam operatur confeſſio extra iudicium, quia propter dictam

conf

cõfeſsionem factam extraiudicium, vel corã tabellione, poteſt vrgeri ad fatendum poſteà coram iudice competenti illud idem, ſecundum Innoc. quòd ita no. in. c. per inquiſitionem extra de elect. quod dictum Inno. ſemper allega. & idé Archi. in. c. fi. de iureiuran. li. vj. & idem tenet hic Ang. in fi. & idem vult ipſe Ange. in dicta. l. hac conſultiſsima. in. §. ſi quis autem. qui limitat iſtud. dicit enim ibi quòd hoc nõ intelligit verum in clerico qui confiteretur coram tabellione laico, aut coram laico iudice, quia illa confeſsio eſſet facta coram iudice prohibito ideò non valeret ſecundum Innoc. in dicto. c. per inquiſitionem, pro quo tu allega. tex. in. c. atſi clerici. in princip. extra de iudiciis. et de omnibus iſtis vide

23 quæ ſcripſi in. l. j. C. de cõfeſsis. †Nonum effectum operatur etiam confeſsio extra iudicialis, quia facit maleficium eſſe notorium extra de offic. deleg. in. c. conſeruatores. in. iiij. gloſſ. Innocen. & ita tenet etiam Albericus hic. Et de iſta confeſsione extraiudiciali vide extra de ſucce. ab inteſta. in. c. fin. in gloſſ. & per Inno. & per eundem extra de capellis mo. in. c. dilectus. in. iij. col. & extra de exceſ. præla. in. c. quàm ſit graue, & per Ray. in ſumma de lapſis, & de diſpenſat. ver. hoc tamen no. ij. & iij. & vide quod not. per Azonem in ſumma de probatio. §. probari debet per teſtes, & vide quod no in. l. cum proba. j. de teſti

24 bus & in. l. j. §. de interroga. act. †De indiciis autem, & præſumptionibus, vide quod not. in. l. non eſt veriſimile. §. quod metus cauſa. & in. l. ſiue poſsidetis. C. de proba. & in. l. indicia. C. de rei vendi. & in. l. abſentem. j. de pœnis. & ibi per Alb. & per Azonem in ſumma de no. nu. pecu. & in brocardis de confeſsionibus. iiij. parte, in ſolutione contrariorum, & plenè in Spec. de confeſſionibus. §. nunc dicendum. verſic. nunc

25 dicendum. & verſicu. ſequen. †Quæro quartò ſtatutum eſt quòd equus non redibeatur niſi ſit bulſus, duo teſtes dicunt eſſe bulſum, & duo contrà. ius cõmune dicit in omne vitium occultum redibendum, dico in dubio eſſe redibendum, ſeu eſſe in cauſa redibitionis, quia

26 †dubium facti debet decidi ſecundum naturalem æquitatem, ita dicit Bald. in auth. omnes peregrini. in fi. C. communia de ſucceſ. & in repertorio ſuorum ſtatutorum. in verbo. equus, de quo dic vt dixi. in. l. actioni. §. eod.

Bartholomæus Cæpolla.

SVMMARIVM.

1 *Venditor non poteſt petere pretium ſerui, qui eſt in cauſa redhibitionis & quare.*

CVM IN EA. †Venditor pretium ſerui, qui eſt in cauſa redhibitionis nõn poteſt cum effectu petere. h. dic. Et ratio ponitur hic in gl. quia dolo facit venditor &c. in. l. dolo facis. de excep. doli. Ité alia ratio poteſt aſsignari, quia melius eſt nõ ſoluere quam ſolutũ repetere. vt l. ij. §. de compenſatio. & l. ſi ſtipulatus eſſet in princip. de fideiuſ. & de iſta materia dolo facis, vide per Dy. de regu. iur. c. dolo &. infrà de excep. dol. l. dolo. & per Cy. in. l. ij. C. de edict. diui. Et intellig

tellige iſtam regulam dolo facis. quando excipienti debet fieri reſtitutio, ſecus ſi alii quia tunc exceptio ,dolo facis non habet obſtare,vt eſt text.melior qui ſit in iure ſecundum Ange.hic infra ſol.ma.in.l.ſi ſocer in.§.iucins. Item illud quod dixi quòd quando fieri debet reſtitutio eidem excipienti obſtat exceptio.intellige verum,in petente, non in repetẽte vt.l.cum his in. §.primo ſupra de condi,indeb.hinc eſt quod dicit gloſ. in.l.interdum. & in.d.l.cum his. §. primo.de condi . inde. quòd poteſt opponi compenſatio de debito naturali contra petentem,& non re contra petentem, & eſt ratio quia cum ſoluens indebitum propter ſuum errorem probabilem videtur ſpoliatus,& petitio ſua contineat repetitionem . ſ. reſtitutionem debet in priſtinum ſtatum reſtitui, quæ ratio ceſſat in petente, & iſta eadem ratio etiam habet locum in deponente, cui reſtitutio denegatur , vt eidem deponenti compenſatio non apponatur. vt.l. fina.C.de compenſat.coniuncta.l.ſi quis à ſe fundum&c.C.vnde vi.iſta ſunt notabi.verba Bart.in.l.eum qui. C. de iuris & fact. igno.& idem tenet Ange.hic & in dicta.l.cum is.§.j.in additiõe gloſſæ magnę.

Bartholomeus Cæpolla de Verona Iuris Vtriuſque Doctor.

## SVMMARIVM.

1 ☞ *Vitium vnius non facit alterum redhiberi,quando duo homines eiuſdem generis non officij vnico etiam pretio venduntur & numero tertio.*

2 *Et quid ſi eſſent eiuſdem officij.*

3 *Vnicum pretium non bene interpretatur ideſt vnitum.*

4 *Pretium non bene dicitur pars pretij.*

§. SI QVIS DVOS.

1 † Si duo homines vendantur qui ſint eiuſdem generis, ſed non officii, propter vitium vnius alius non redibetur, licet ſint venditi vnico pretio tantum niſi eſſent inſeparabiles.h.d. In tex.ibi duos homines dic
2 † quòd ſunt eiuſdem generis, ſed non officii,nam ſi eſſent eiuſdem officii , ex quo hic fuit vnicum precium , propter vitium vnius omnes rediberentur , vt dixi plenè in.l.cum eiuſdem . in. ij. oppo.maximè in fine.& in cõcluſionibus, dic vt ibi, quia declaraui ibi iſtum.§.

Ibi vno pretio intellige, ideſt vnito, licet glo hic aliter intelligat,& non bene vt infra dicam in prima oppoſitio.

Ibi in ea cauſa ſit &c. dic quia erant fratres,vel ſibi coniuncti ex eodem contubernio. vt.l.plerunque.ſ.eodem. Vel quia eſſent eiuſdem officii,quia tunc ex quo fuit vnicum pretium propter vitiũ vnius omnes rediberentur, vt dixi plenè in dicta. l. cum eiuſdem in ſecunda oppoſitione.& in concluſionibus, vel ſecundum Ange. quia vnus veniebat vt acceſsio ad alium . vt. l. iuſtiſsimè . in princip. & .l.quòd ſi nolit. .fina.cum.l. ſequen.ſupra eodem.
3 † Oppo.contra iſtum textum de. l. cum eiuſdem ſupra eod. vbi videtur probari quòd quando eſt vnicum pretium tunc propter vitiũ vnius omnes redibeantur,cuius contrarium ſentit iſte tex.dum dicit vno pretio.

tio. Timore huius. gloſſ. hic dicit, quòd debemus exponere vnito. i. vnico fuit tamen in ſingulis pretium conſtitutũ. Et ſic gloſſ. iſta ſentit quòd ſi fuiſſet pretium vnitum quòd tunc indiſtinctè propter vitium vnius omnes etiam non vitioſi rediberentur, quod eſt falſum, vt dixi plenè in dicta. l. cum eiuſdẽ. Præterà iſta gloſſ. deſtruit iſtum textum exponendo vnicum. i. vnitum. Præterea ſi bene conſideretur non poteſt aliquo modo exponi hic pretium vnicum. i. vnitum, quia ſecundum hoc fuiſſent hic plura pretia ſingula, quod eſt contra iſtum textum, dum dicit totum pretium, nam ſi eſſent plura pretia non diceret totum niſi impropriè diceretur, ſed deberet dicere omne vt not. per gloſſ. in verb. totum. in. l. ſi vnus. in. §. pactus ne peteret in verb. idem dicemus ſupra de pactis & not. gloſſ. inſtitu. pro ſocio in princip. Item etiam in alio eſſet contra iſtum textum, dum dicit pars pretii
4 † nam pretium non bene dicitur pars pretii, vt nota. in. d. l. prima. C. communi diui. & ita vult do. Sign. de Mediolano, in quodam ſuo conſilio, vt dixi in d. l. cum eiuſdem. in. ij. oppo. ſupra eod. & ita tenet hic Frãciſcus, & Albericus, & Rapha. quòd hic loquatur de pretio vnico, & quòd non ſit vis an ſit vnicum pretium, vel ſingula quod eſt verũ quãdo non erant eiuſdem officii, vt dixi in ſummario. Oppo. ſecundò contra iſtum textum qui dicit petetur & tamen loquitur de repetitione. gloſſ. dicit hic quòd debemus intelligere impropriè quia adhuc non fuit ſolutum. Vel dic petat. i. repetat, de quo dic vt habetur in rubri. ſol. ma. & in rub. ſupra ſi cert. pet.

Cętera quantum ad materiam huius l. vide quæ plenè ſcripſi. in. d. l. cum eiuſdem. ſ. eod. & vide quæ dicam in. l. labeo. j. eod.

Bartholomæus Cæpolla de Verona Iuris Vtriuſque Doctor.

## SVMMARIVM.

1 *Per redhibitionem omnia in priſtinum ſtatum reponuntur.*

2. *Redhibitio in integrum reſtitutioni ſimilis eſt.*

3 *Homo liber venditus ad pretium participandum, ſi vitioſus erat, & ideo facta fuit redhibitio: an priſtinam libertatem recipiat.*

*Et cui erit pretium reſtituendum, an emptori, an homini libero vendito, an vero ipſi venditori. nu. ſeq.*

1 FACTA. † Per redibitionem omnia in priſtinum ſtatum reponuntur h. d. Not. quòd redibitio in integ. reſti. ſimilis eſt. Circa quod vide extra, & quod ibi dixi. in. l. cum autem. §. iubent ædiles. & in. §. iul. ait cum ſequen. ſ. eo. Quærit
2 glo. quid ſi liber † homo vẽditus eſt ad pretium participandum, & quia vitioſus erat facta eſt redibitio, an redeat ad priſtinam libertatem, ita ꝙ non in dominio venditoris, & gl. reſpondet ꝙ ſic per iſtũ tex. & bene, quia ex quo omnia reponuntur in priſtinũ ſtatum, qui erat ante venditionem, & ante venditionem ipſe nũquàm fuit ſeruus vẽdentis, ſed liber homo, ergo facta redibitiõe debet effici liber. Sed Rapha. hic dicit ꝙ contra

hoc facit.l.ſi ex cauſa.in.§.pap.ſupra de minoribus.cum ipſe dicit quod humanius eſt quod dicit hic gloſſ. Tu autem dicas quod non ſolũ eſt humanius imò etiam de iuris rigore per iſtum text. & ad.§. papi. poteſt reſponderi, quod ibi loquitur quando ipſe liber homo minor.xxv.annis,ſe vendidit,quo caſu nõ poteſt reſtitui, quia mutat ſtatum, ſed quando eſt vitioſus tunc bene poteſt fieri reſtitutio autoritate legis, in fauorẽ ipſius emptoris,nam tunc non fit ex eo quod ipſe minor ſit læſus, ſed ex eo ꝙ emptor eſt deceptus, quia emit ipſum
4 vitioſũ ignoranter.†Quærit hîc Raph. an iſto caſu quo liber homo vitioſus eſt venditus ab aliquo ad pretium participandum, debeat reſtitui pretium emptori ab illo libero homine vendito,an verò, à venditore,& dicit Rapha.cogitabitis. Ego autem credo ꝙ ſi pretium peruenit ad manus venditoris ꝙ ipſe tenetur reſtituere,ſi verò ad manus ipſius liberi hominis venditi ille tenebitur, vel ſi pro parte prouenit ad vnũ, & pro parte ad alium, quilibet tenebitur pro ea rata,quæ peruenit ad eum, & hoc nõ videtur mihi habere magnum dubium per ea quæ habentur.in.l.j.in. §.fi. cum ſeq.&.l.ſi duo hęredes.ſ̃.de poſtu.& per ea quæ habentur.in.l. prima in fi. ff. de præt.ſtipul.

Bartholomæus Cepolla de Verona. I. V. D.

## SVMMARIVM.

1 *Vendens fundum, quem ſeruitutem pati ignorabat, tenetur actione quanto minoris.*

2 *Venditor qui ſcienter reticuit fundum quem vendebat ſeruitutem pati, tenetur ad omne intereſſe.*

3 *Et quid ſi ignorauerit talem ſeruitutem nume ro ſequen.*

4 *Aſſerens aliquem non eſſe furem, quia ignorauit quod ſit fur, tenetur ſolum actione quanto minoris non ad omne intereſſe.*

5 *Caſus in quo etiam ignorans nihil aſſeuerando tenetur actione quanto minoris.*

*Qui ſi aſſeuerauerit ad totale intereſſe tenetur, ibidem.*

l. 1 QVOTIES.†Vendens fundum, quem ſeruitutẽ pati ignorabat teneĩ actione quantominoris.hoc.d. concordat.l.ſi quid venditor. in princ.ſ̃.eo.In tex.de ſeruitute agitur intelligitur intellige quãdo venditor ignorabat ſeruitutem deberi,& nihil aſſeuerauit, aliâs autem ſi ignorans aſſeueraſſet ſeruitutem non deberi, vel ſi ſciuiſſet,& nihil dixiſſet,tunc tenetur ad omne intereſſe, & hoc eſt quod vult glo. hic in effectu. Oppo. contra iſtum tex.& videtur quod imò venditor teneatur ad omne intereſſe, vt.l. iul.in prin-
2 cip.ſ̃.eo.ſo.dicit hic glo. †aut venditor erat ſciens & non admonuit emptorẽ, & tunc tenetur ad omne intereſſe,& ita loquitur.d.l.iul.in prin.ſupra eodem.& idem ſi aſſeuerauerit contrarium dolo ſè,vt. l. ſi quis affirmauerit. ſ̃. de dolo.
3 †aut venditor erat ignorans,& tũc aut aſſeuerauit nullam ſeruitutem deberi: & tunc idem quod tenetur actione ex empto inſolidum,ad omne intereſſe, in caſu iſto,& ratio, eſt quia etiam ſi nihil aſſeuerauit,& fuit ignorans ipſe teneretur actione quanto minoris,vt.l.quo ad

ſer

ſeruitutes in princ.infra tit.primo cum ergo aſſeuerauerit temerariè, adhuc vt iſta aſſeueratio aliquid operetur oportet dicere, quod teneatur ad omne intereſſe vbi aliâs ſi nõ aſſeuerauiſſet, nõ teneretur niſi actione quanto minoris, vt dixi.aut venditor ignorans nihil aſſeuerauit, & tunc dic quod tenetur actione quantominoris tantùm, & ita loquitur hic,& dicta.l. quo ad ſeruitutes. infra tit.primo. Sed tunc opponitur de gloſſ.in.d.l.iul.in princ.in verſi.prædicationem.in fi.ſupra de actio.empt.vbi
4 gloſſ. vult † quod aſſeuerans aliquem furem non eſſe,& etiam ignorans quòd ſit fur, tenetur ſolum actione quanto minoris, non ad omne intereſſe, & illam gloſſ.tenet ibi Barto.Item eſt contra textum in.l.ſi quid venditor.in princip.ſupra eodem vbi eſt caſus,qui dicit idem quod gloſſ.in dicta. l.Iulia. Solu. ego reſpondeo quod illa gloſ.& illa.l.ſi quid venditor.loquuntur in caſu quo ſi nihil aſſeueraſſet, nullo modo teneretur,& ita dicit Bartol.in dicta. l. iuli.in
5 princip.† ſed nos loquimur quando ille qui aſſeuerauit, erat in caſu quo omnino teneretur etiam ignorans nihil aſſeuerando actione quanto minoris, vt dicta lege quod ad ſeruitutes.in principio infra titu. primo ad hoc ergo, vt iſta temeraria aſſeueratio puniatur debet intelligi quod tunc teneatur ad totale intereſſe, aliâs nihil operaretur, & eſſet idem ſi aſſeueraſſet,ac ſi nõ aſſeueraſſet quod eſſe nõ debet,& ita intelligo iſta iura, licet Docto. hoc modo non tangant.

Bartholomæus Cæpoll.de Verona
I. V. Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Pro rebus donatis non habet locum redibitoria, vel quanto minoris, niſi interueuerit dolus donantis.*

2 *Damnum pati non debet, qui ſua vtitur liberalitate.*

3 *Fraudem omnem à ſe abdicare debet, qui ſua vtitur liberalitate.*

4 *In contractu ratione conſuetudinis aliquid venit, quod aliter non veniret.*

5 *Verbum ſolet verificatur ex vnico actu.*

6 *Fraudis conſilio reuocari non debet illud, quod benigne factum eſt.*

7 *Euictio an habeat locum in donatione, & titulo lucratiuo, & quando?*

8 *Emptor an poſſit agere de euictione, vel redibitoria contra venditorem qui de euictione promiſit, ſi res illa ab alio cui eam venditor donauit euincatur, vel apud eum vitioſa appareat.*

8 *Epiſcopus præbendatario de euictione tenetur ſi præbenda, quam ei contulerat euincatur.*

10 *Hæres an teneatur de euictione pro legato euicto remiſſimè.*

*Et an vxor teneatur de euictione rei dotalis. nu.ſeq.remiſ.*

11 *Pater an teneatur de euictione pro eo, quod dedit filio ſuo emancipato pro legitima.*

1. AD RES DONATAS. Acaualo donato nõ ſi deè guardare in bocha. h. d. vel ſic ſecũdum gl.in cle. ij.ad materiã î.§.nos igiẽ in verbo gratioſæ,quæ dicit per iſtum text.non eſſe reſpiciẽdum dentem equi donati.edictum ædilium non habet locum in contractu donationis. hoc dicit.
1 Vel ſic pro rebus donatis non habet locum redibitoria,vel quanto minoris,ni

ſi interuenerit dolus donantis.hoc dicit
de quo vide in.l.& iuſto.ff.de donati.&
in.l.ij.C.de euictione. & ad intellectum
huius legis vide Baldum in. l. ſecunda.
C.de ædili. acti.& vide Bartolum in.l.
ſi id quod aurum.in principio.ff.de ver
borum obligation.Sed an actio redhibi-
toria & quanto minoris habeat locum
in aliis contractibus dicam in.l.ſequen
2 ti.†Not.primo quòd quando quis ſua
liberalitate vtitur debet ex ea pati dam
3 num.†Not.ſecundo quòd ille qui vti-
tur liberalitate, debet abdicare à ſe o-
mnem fraudem,vt infra dicam in vlti-
mo notabili. Et ex hoc textus credo
quod poſsit dici quod ſi aliquis dona-
uit vnum equum alicui volenti ire ad
bellũ,& iſte equus erat vitioſus,& ven-
ditor hoc ſciuit,& ſibi donauit propter
hoc,vt equus propter vitium ſuum fa-
ceret perire illum donatarium in bel-
lo,quod iſto caſu ipſe tenetur etiam re
dibitoria quod not.ad multa alia ſimi-
4 lia.† Nota. tertiò ad finem ibi debet &
ſolet quod in contractu ratione conſue
tudinis aliquid venit quod aliàs non ve
niret concordat.l.quod ſi nolit. §. quia
aſsidua.ſupra eo. de quo dic vt ibi ple-
nè dixi,& tangitur,vt in gloſſ.fi.in prin
cip.Not.quartò ſecundum Angel.in di
5 cto verbo ſolet†quod verbum ſolet ve
rificatur ex vnico actu vt eſt text.nota.
in.l.mella.in.§. primo. ff. de ali. & cib.
leg.ſed verbum conſuetum & vſitatum
requirunt duos actus cum concurſu de
cennii,vt. l.de quibus ſupra de legat. &
C.quæ ſit long.conſuet.l.ſecunda & ita
vult Bartol.& communiter. Doctor.in
l.prima. C.quomodo & quando iud. &
idem vult Barto.in dicta.l.mella. in. §.
ſed ſi alimenta.ff.de alimen.leg. & An-
gel.hic quod ſingulariter no.pro ſtatu-
tis. Vlti. nota.in fin. ibi quod benignè
6 not. pulchrum text. †quod illud quod
benignè factum eſt,conſilio fraudis re-
uocari non debet, ad quod concordat
de pœni.diſt. prima quantumlibet ex-
tra de filiis presbiterorum.cap.veniens
& ibi gloſſ. quæ incipit, quia quod be-
nignè.Quærit hic prima glo. quid vult
dicere hic text.dum dicit quid enim. &
dicit quod tribus modis habetur hic li-
7 tera,dic vt in ea.†Quærit ſecundò glo.
fin.an in donatione, & in titulo lucra-
tiuo habeat locum euictio, & gloſſ. hic
dicit quod nõ vt.l.ſecunda. C.de euict.
cum ſi.& hoc quando incipit,& à tradi-
tione.Secus ſi incepit à pactione, quia
tunc bene habet locum.vt. l. prima.C.
de euict.ita vult iſta glo.hic.Idem vult
gloſſ.in dicta.l.ſecunda & in.l. ariſto.ff.
de dona. & ita communiter tenetur ma
ximè per Barto. in dicta. l. ariſto. Sed
Raphael. videtur, hic tenere contra-
rium & dicit quod iura quæ allegan-
tur in gloſſ. loquuntur in cauſa onero-
ſa, vnde dicit ipſe indiſtinctè donans
non tenetur de euictione.alleg.l.ſi à ſta
tuto.§.fin.cum.l.ſequen. ff. de legi.Tu
autem teneas gloſſ.prædictas,quia ſunt
communes.Non obſtat.dicta.l. ſi à ſta-
tuto,& dicit ibi dominus Paul.de Caſt.
quod ille qui promiſit tradere vel præ-
ſtare, non tenetur de euictione per il-
lum textum. ſecus ſi promiſit dare, vel
ſimpliciter, dic vt ibi per eum. §. final.
quia ibi loquitur in legato.nec ob. etiã
lege ſequen. licet loquatur in promiſ-
ſione intelligitur quando promiſit tra-
dere, vt ibi vult gloſſ. Secus ſi dare vt
in

In illo qui promiſit donare. Et iſta diſtinctio an incipiat, à donatione, vel pactione, credo quod non habeat locum etiam in actione redibitoria, nec in caſu huius.l.quia videtur mihi quod non ſit eadem ratio. Quæro tertiò, extra
8 gloſſ. † vendidi tibi rem,& de euictione promiſi, iſtam rem alii donaſti, donatario eſt euicta, vel apud donatarium apparuit vitioſa, an tunc emptor poſsit agere de euictione, vel redibitoria contra venditorem, dic vt plenè per Bartol.in.l.iulia.in.§.qui fundum.ff.de verborum obligationibus. qui Bartol. tamen non loquitur de redibitoria, ſed ſed de euictione. Sed ego credo quòd ea quæ ipſe ibi dicit de euictione habeant locum etiam in redibitoria, quia videtur quòd in iſto caſu ſit eadem ratio.
9 †Quæro quarto epiſcopus donauit ſeu contulit vnam præbendam, quæ poſteà mihi euincitur, nunquid teneatur de euictione? videtur quòd ſic,& ſic quòd teneatur mihi ad aliam præbendam. ſeptima quæſtione prima, capitulo præſentium.& extra de præbendis capit.inter cætera & eodem titulo, capitulo cum ſecundum Apoſtolum, ſecundum
10 Albericum hîc. † Quæro quintò an pro legato euicto hæres teneatur de euictione, vide in lege cum pater.§.euictas de legat.ſecur do. & in.l. cum alienam. C.de legat.& per gloſſam, & Doctores in dicta.l.ſecunda.C.de euictionibus & in libel. Rofre.de actio.ex teſt. §.vltim.
11 †Sed an vxor teneatur de euictione rei dotalis, vide.C.de dotis promiſſi.l. eui-
12 cta.cum ibi no.† Vltimò an pater teneatur de euictione pro eo quod dedit filio ſuo emãcipato pro legitima, vide Odofredum.C.de inofficioſo teſta.l.ſcimus. & ibi notat.

Bartho.Cepolla de Vero.
I. V. Doct.

## SVMMARIVM

1 ☞ *Actio redibitoria.& quanto minoris nõ habẽt locum in contractu locationis,& conductionis.*
2 *Hæc dictio cur, aliquando determinatiuè ponitur, quandoq; interrogatiuè.*
3 *Caſus in quo actio redibitoria habet locum in libris.*
4 *Actio redibitoria, & quanto minoris ſolum habent locum in emptione,& venditione.*
*Et quare locum non habeant in locatione, & conductione ibidem, & ponitur noua ratio. nume 9.*
5 *In diſpoſitione legis quælibet cauſa præſumitur finalis,& qualiter cognoſcatur in legis diſpoſitione, an cauſa ſit impulſiua, an verò finalis.nu.ſeq.*
7 *Ratio quæ ſola reddi poteſt, licet non fuerit expreſſa, tamen pro expreſſa habetur.*
8 *Lex tollitur per non vſum.*
*Quod an indiſtinctè ſit verum vide ibidem remiſſiuè.*
10 *Legem quis condere non poteſt ſuper eo, ſuper quo iuriſdictionem non habet.*
11 *Iuriſdictionis defectus habet impedire actum fieri,& an ſententia propter defectum iuriſdictionis nulla poſſit per conſenſum partium validari ibidem.*
12 *Actio redibitoria non ſolum locum habet in venditione, ſed etiam in permutatione, & in aliis contractibus ſimilibus venditioni.*
13 *Lex, vel ſtatutu licet loquãtur taxatiuè, putà per verbu ſolus no tamẽ excludut caſus ſimiles.*
14 *Ratio quare edictum ædilitium non habet locum*

*locum in locatione, ſed in venditione ſic.*
15 *Actio redibitoria, & quanto minoris an locũ habeant in aliis actionibus, quàm in venditione, & in quibus.*

1. SCIENDVM. †Actio re
1 dibitoria & quanto mino
ris non habet locum in
contractu. locationis &
conductionis. h.d. vel ſic
actio redibitoria vel quanto minoris ha
bet locum non ſolum in ſeruis, ſed etiã
in aliis rebus, & in contractu emptio-
nis & venditionis, non autem in contra
ctu locationis & cõductionis. hoc dicit.
2 †In tex. ibi cur autem ponitur hic di
ctio cur, determinatiuè, quandoque po-
nitur interrogatiuè vt. l. ſi. ibi cur autẽ.
C. de legi. & l. j. ſ. de publiciana. & ibi
Dy. pura autem conſuetudo vbi dicitur
cur non conceditur, quandoque dicitur
cur tã variè. ſ. ad. l. aqui. l. huic ſcriptu
ræ. §. j. quandoque dicitur cur tam di-
uersè, vt. j. de vino & tri. oleo. lega. l. ſi
quis vinum legauerit in ſi. quandoque
dicitur cur autem homo, qui nihil ma-
lè ſecit, ſibi malè faciat vt eſt text. xxiij.
q. v. ſi non licet circa principium, quan
doque ponitur cur, pro quare vt in tex.
xxxj. q. ij. lotarius circa princip. ibi cur
3 illa repudiata ſit. †Nota primò tex-
tum, ibi certarum rerum, quòd hic eſt
caſus quòd actio redibitoria habet locũ
in libris, & in aliis rebus de quo dic vt
dixi in lege, ſi tamen in. §. ſina. ſ. eod. &
4 in. l. j. in princip. ſ. eod. †Not. ſecun-
dò illud quod dixi in ſummario, videli
cet quòd iſte actiones redibitoriæ ha-
bent locum ſolum in emptione, & ven-
ditione non autem in locatione, & in
aliis contractibus de quo dic vt ſupra
dicam in. j. oppo. & in. j. q. Et ratio qua-
re non habent locum in locatione & cõ
ductione, ponitur duplex prima ratio
eſt, quia nunquam fuit de hac re iuriſdi
ctio. Secunda quia locationes non fiunt
vt venditiones. nam in vẽditione tranſ-
fertur dominium, quòd non eſt in loca
tio. Sed poſſet dubitari quę ratio iſtarũ
præſumatur finalis. dic quòd vtraque,
5 †nam in diſpoſitione. l. quælibet cauſa
præſumitur finalis. gloſſ. eſt ſingularis
in. l. cum tale in. §. legato falſam in ver
bo non cohæret. ff. de conditio. & dem.
ſecundùm Ang. hic. Sed in diſpoſitione
hominis non eſt ſic. vt habetur in. l. j. in
6 §. pueritiam. ff. de poſtulãdo. †Qua-
liter autem poſſit cognoſci vtrùm ſit
cauſa impulſiua vel finalis in diſpoſitio
ne hominis, dic ſecundum Ang. hic. aut
illa cauſa pertinet ad vtilitatẽ recipien
tis, & tunc præſumitur finalis. aut non
pertinet vel non apparet & tunc præſu
mitur impulſiua vt in. l. ij. §. ſina. ff. de
7 dona. ſecundum Angelum hic. †Hĩc
adde vnum notabile, & vide Baldum
in. l. ſi repetendi. C. de condictio. ob cau
ſam. quòd quando vna ſola ratio reddi
poteſt licet illa non fuerit expreſſa, ta-
men pro expreſſa habetur vt eſt gloſſ.
notabilis in. l. quamuis. C. de fideicom-
miſsis ſecundum Baldum & dominum
Paulum de caſtro ibi, & ſecundum bal-
dum, in lege maximum vitium. C. de li-
beris præteritis. Nota tertiò ibi fue-
rit iuriſdictio, quòd hic videtur caſus
8 quòd †lex tollatur per non vſum, quia
nunquàm fuit iudicatum de ipſa ſeu ſu
per ipſa. poteſt tamen dici quòd hoc no
tabile hic non probatur nam non dicit
quòd

quòd de hoc eſſet lex.& quòd non fue-
rit ſeruata.ſed quòd nunquam fuit iu-
riſdictio,ideſt quòd nunquam fuit lex
aliqua ſuper hoc,nec in iudicio agitatũ
De iſto tamen articulo an lex tollatur
per non vſum.Vide Cynum in lege fi-
nali.C.de iure domi.impetrã.& plenius
per eundem in lege ſecunda, in prima
quæſtione principali.C. quæ ſit longa
ſit longa conſuetudo & plenè per Iaco-
bum de beluiſo in authentica de hære-
ditate &.falcidia,in penultima colum-
na principii,& per Cynum in lege rem
non nouam in ſecunda quæſtione.C.
de iudiciis,& per Antonium de butrio
& doctores in capitulo ex parte extra
de conſtitutionibus & vide latè per do-
minum meum dominum Angelum de
arena in proœmio inſtitutionum in.§.
9 igitur poſt quinquaginta. †Nó. quar
tò ex eodem verbo iuriſdictio, nouam
rationem,quare actio redibitoria non
habet locum in rebus locatis, quia de
hoc nunquam fuit iuriſdictio,quod no
ta contra illos,qui libenter,& ſine cau-
ſa volunt condere noua ſtatuta & leges.
10 contra alias. †Nota ſecundò, ſecun-
dum Baldus quòd ſuper eo quo quis ha
bet iuriſdictionem,non poteſt conde-
re legem.Vnde hic eſt expreſſum quòd
condere ſtatutum eſt iuriſdictionis.
Item condere legem eſt actus, qui ver-
11 ſatur in iuriſdictione. †Nota ſextò
quòd ad idem quòd defectus iuriſdi-
ctionis habet impedire actum fieri.Sed
nunquid ſententia propter defectum iu
riſdictionis poſsit per conſenſum par-
tium vallidari.gloſſ.eſt notabil. quòd
ſic in lege prima.C.qui pro ſua iuriſdi
ctio.Sed dicit hic Angel.quòd doctor.
communiter tenent contra per leg.ſi
expreſsim.ff.de appella.& per leg. pri-
uatorum.C.de iuriſdictio.omnium iu-
dicum & dicit quòd illud eſt verum
quòd non poſſunt validare ſententiam
nullam per eorum cõſenſum vt valeat,
vt ſententia ſed bene poſſunt facere vt
valeat vt pactum velut contractus tex.
eſt notabilis in lege ſecunda. C. com-
munia vtriuſque iudic.& ita communi-
ter tenetur,tene menti. Oppon.con-
tra iſtum textum dum dicit quòd hoc
edictum non pertinet niſi ad ſolam vẽ-
ditionem. Nam imò pertinet etiam
permutationem,vt eſt caſus in leg.ſcié-
dum.in.§.deinde autem ſupra eodem.
Timore huius contrarii gloſſ. prima fa
tetur dicens quòd iſte text.dum dicit ſo
lam venditionem debet ſubaudiri, vel
ad ſimiles contractus venditionis, ſicut
12 eſt permutatio. †Ex qua gloſſ. nota.
duo,primò quòd actio redibitoria, vel
quanto minoris non ſolum habet locũ
in venditione,ſed etiam in permutatio
ne,& in aliis contractibus ſimilibus vẽ-
ditioni,de quo dic vt infra dicam in pri
ma & in ſecunda quæſtio. Secundò no-
13 ta ex iſta gloſſ. †quòd licet lex,vel ſta-
tutum loquatur taxatiuè,putà per ver-
bum ſolus,non tamen excluduntur ſi-
miles,ad idem eſt text.cum gloſſ.in ver
bo aliam cauſam in leg.illud.C.de ſa-
croſan.eccle. & gloſſ.in leg.ſi prius.quę
incipit abſentes.ff.de noui operi nun-
tiatione &.gloſſ.& Bartol.in.leg.ita pu
14 dor.C.de adult. vbi vide †Quæro
quare hoc edictum non habet locum
in locatione.ſed in venditione ſic,dicit
hic gloſſ.quòd ratio eſt quia in vendi-
tione transfertur dominium,in locatio
ne non.

ne non. Iſta ratio quantum ad locationem poteſt eſſe bona, ſed non videtur quòd ſit bona quantum ad venditionem, quia non ſequitur transfertur dominium ex venditione ergo in ea habet locum actio. redibitoria, quia in donatione etiam venit tranſlatio dominii, & tamen in ea non habet locum, vt in. leg. præcedenti. Tamen dico quòd eſt bona ratio, quia in venditione tranſfertur dominium, & eſt cauſa oneroſa, quod non eſt in donatione quæ eſt cauſa lucratiua, & ratio ponitur in leg. præ
25 cedenti. † Quæro ſecundò, an iſta actio redibitoria, & quanto minoris habeant locum in aliis actionibus quàm in venditione, dic quòd habent locum etiam in permutatione, quæ eſt ſimilis emptioni. vt dicta lege ſciendum. §. deinde ſupra eodem & hic ponitur in gloſſ. & ſupra dixi. Item habent locum etiam in omnibus aliis contractibus, qui ſunt ſimiles emptionis, vt vult gloſſ. hic notabil. & ſatis probatur in dicto. §. deinde. verſicul. ſed ſi quis ſupra eodem. Ex quo ſequitur, quòd habebit locum in datione in ſolutum, quia iſta eſt ſimilis emptioni, & venditioni, vt eſt caſus in leg. ſi prædium. C. de euictio. cum ſimil. Item habebit locum in actione de dote, quando dos fuit data extimata tali æſtimatiōe, vt faciat emptionem, vt not. per gloſſ. & docto. in leg. ſi inter. C. de iure do. & in leg. tertia. ff. locati. Item habebit locum in omnibus aliis actionibus ſimilibus, quas enumerare potius laborioſum eſſet quàm ſubtile.

Bartholomęus Cepola de Verona.
Iuris Vtriuſque Doctor.

## SVMMARIVM.

1 *Emptor poteſt agere actione redibitoria pro vno ſeruo morboſo etiam ſi plures ſimul vnico precio emerit.*

2 *Quando plures res eiuſdem generis, vel officij venduntur, quarum vna tantum reperitur morboſa, illa ſola poteſt redibiri. vel etiam omnes ſi emptor vellet. nu. ſeq.*

4 *Aeſtimatio rei vitioſæ inter plures empta, ſi ſola redibeatur qualiter fieri debeat.*

l. LABEO SCRIBIT.
2 † Quando plures ſerui emuntur vnico pretio, & vnus reperitur morboſus, poteſt emptor agere actione redibitoria etiam pro illo tantum morboſo, & conſequetur pretium ſecundùm extimationem bonitatis ſeruorum, ſicut ſit quando pars agri pro diuiſo euincitur. h. d. In text. ibi vno pretio dic. i. vnico, vt. j. patet in litera non autem vnico. Ibi & de vno agere velis, dic etiam non conſentiente vēditore, niſi eſſent tales qui ſeparari non poſſent, vt probatur in. l. ædiles ajunt. in. §. ſi fortè. ibi tam emptori, quàm venditori, & ibi dixi, & in. l. cum eiuſdem. in fin. & ibi etiam dixi ſupra eod. licet gloſſ. hic circa princip. ibi aſſentit redibitioni, videatur velle quòd indiſtinctè non poſsit emptor de vno tantum agere. niſi venditor cōſentiat: & non bene. Et ex eo quòd iſta litera dicit agere velis poteſt dici quòd hic iſti ſerui empti erant eiudem officii, nam iſta litera dū dicit velis videtur ſentire ꝙ pro omnibus etiā nō vitioſis poſsit agere ſi vellet, aliâs autē ſi nō eſſent eiuſdē officij,

licet

licet eſſent eiuſdem generis,& vnicum pretium tantum,tamen per vitiũ vnius alii non vitioſi non poſſent rediberi, vt dixi plenè in.d.l.cum eiuſdem.§.eod.&
2 in.l.cum in ea.§.primo.§.eod. †Not. ergo primò ꝙ quando plures res eiuſdẽ generis,& officii venduntur,& vna tantum reperitur morboſa illa tantum poteſt rediberi,& etiam omnes ſi emptor vellet,vt ſtatim dixi. Nota.text.not. qualiter fiet extimatio ſerui vitioſi, nã debet fieri ſecundùm bonitatem ſuam, quod facit contra gloſſ.hic,ibi ſex tantum,ſex ergo,vt ſtatim dicam. Quæritur hic gloſſ.mag.qualiter debeat proponi caſus in iſta.l.in princip.dic vt in ea.quia bene dicit vſque ad verſiculũ verbi gratia,empti fuerunt pro decem &c.præterquam in eo quod dicit quòd venditor debet conſentire ſi agitur pro
3 vno tantum,vt dixi ſuper tex. †Quærit ſecundò gloſſ.in.d.verſicu.verbi gratia,quid ſi fuerunt ſerui empti pro minori pretio,quàm valerent pone, empti fuerunt pro.x. valebant .xv.& ſic fuerunt empti tertia parte minus veri pretii,& redibetur vnus pone qui valet in veritate nouem,ergo fuit emptus tertia parte minus.l.ſex tantum , ergo ſex tantum præſtabuntur emptori,ita vult gloſſ.hic,& licet hic docto.omnes tranſeant,tamen non credo quòd bene dicit. Nam ſecũdũ iſtũ computum fieret extimatio ſecũdũ ꝙ fingitur emiſſe,non autem ſecundũ bonitatem ſerui morboſi, quod eſt contra iſtum text.qui dicit bonitatis in gl.l.j.in fine.ibi loci qualitas. ſ.tit.j.Dico ergo ꝙ in caſu prędicto nouem emptori ſunt reſtituenda,quia nouem valebat ſeruus morboſus,licet fingatur eſſe venditus pro ſex tantũ , nam ſi emptor emit pro bono pretio,illud cedit ad lucrum ſuum,ſicut ſi malo cedit ad damnum ſuum,& conſideratur ſolũ extimatio bonitatis quæ eſt minor , vt in ſeq.exemplo,quod incipit.ibi eadem cõputatio fiet quod vltimum exemplũ etiam non videtur mihi bonum in ſui deciſione,vult enim ꝙ ſi duo valebant ſex,fuerunt empti pro nouem , morboſus valebat tria,ſubaudi tu,& per conſequens alius valebat etiam niſi tria , ſi agitur pro morboſo fingitur emptus tertia parte minus,& ſic quatuor, credo ꝙ gl. voluerit dicere tria,quia tria ſunt tertia pars de nouẽ,& non quatuor.Gl. tamẽ in hoc ſiue dicit quatuor,ſiue tria nõ bene dicit,quia imò ille ſeruus morboſus,qui valet tria , fingitur emptus pro vno tamen dimidio minus pro rata ſua,& alius eodem modo fingitur emptus pro vno cum dimidio minus,& ſic ambo ſimul pro tribus minus , & ſic pro tertia parte totius Vnde credo quòd cum iſto caſu agitur pro vno tantum morboſo,qui valet in bonitate niſi tria,debet fingi emptus pro quatuor cum dimidio,quòd tria tantum ſibi veniant reſtituenda, quia iſte text. vult quòd non conſideretur pretium quo fuit emptus , vel fingitur fuiſſe emptus ſed bonitas tantum,& valor ipſius ſerui empti morboſi quòd redibetur, & illud credo verius.Durum tamen eſſet ab iſta gloſſ.ordinaria recedere.

Bartholomeus Cepolla.

SVMMARIVM.

1 *Vendens plures res vno pretio,ſi dicat illas ſanas,*

*illas ſanas, quarum aliqua vitioſa ſint, pro omnibus tenetur emptori volenti agere redibitoria.*

*Et quid ſi emptor velit agere pro vna tantum numero.* 3.

2 *Intellectus ad.l.ſi ſeruus plurium.ſi quis cautio.*

§. 1 IDEM AIT † Si vendens plures ſeruos vno pretio dicat eos eſſe ſanos, & aliqui tamen ſint morboſi, pro omnibus poteſt emptor agere redibitoria.h.d. Et ratio eſt,quia regulariter quando ſerui ſunt eiuſdem generis, & officii, & venditi vnico pretio,etiam vno vitioſo poteſt pro omnibus agi,vt dixi plenè in.l. cum eiuſdé.ſ.eo.& iſto modo debemus intelligere quòd hic ſerui erãt eiuſdem officii,vel inſeparabiles,vt.l.plerũque. ſupra eod.& dixi in.l.cum in ea.in.§.j. ſuper tex.ſ.eo. Vel ſecundum Raph. poteſt dici quòd hic ſi talia ratio, nam Iuriſcõſultus hic in iſta.l.videtur velle ponere differentiam inter princ.huius l.& iſtũ.§.quia in iſto.§.addit ſanoſque eſſe promiſit. nã quando venditor promittit ſeruos ſanos eſſe, & promittit duplam. Iſta ſtipulatio eſt ſimilis pœnali, quæ ratione partis principalis tota. committitur.l.v.§.fi.de verb.obl.Si ergo promiſi ſanos, eo ipſo quòd pars nõ eſt ſana,tota ſtipulatio ad duplum committitur, & hoc forſitam voluerit dicere litera in iſto.§.Nec obſtat.l.ſi ſeruus
2 plurium.ſupra ſi quis cautio.†quia ibi eſt ſpeciale iudicii,cogitabitis dicit ipſe & iſte intellectus mihi placet,& eſt valde notab.Ex quo limitantur plura iura quæ volunt quòd pro vno ſeruo morboſo, omnes nõ poſſent rediberi etiam ſi eſſent venditi vnico pretio,puta quia. non eſſent eiuſdem officii, nam hoc limitatur,& fallit per iſtum tex.niſi venditor promiſerit eos eſſe ſanos, vt dixi
3 quod not. †Quærit hic glo.in verbo de omnibus,an in caſu huius.§.quo poteſt agi pro omnibus ſeruis, an emptor poſsit agere pro vno tantum, & glo.dicit quòd non niſi conſentiente venditore. Tu autem dicas contrarium, de quo dic vt dixi plenè in.l.cum eiuſdem. in princip.quæſtio.ſupra eodem. & in.l.ſi plura. in prima oppoſitione. ſupra eodem.

Bartholomæus Cepolla.

§. 1 IBIDEM AIT. † Iumentum non poteſt dici erro nec fugitiuum hoc dicit, & iterum Cyn.in.l.j. circa finem verſicul.quid de dupl. C.de ſer. fugitiuis. Oppo. de.l.quis ſit fugitiuus.in princip.ſupra eodem.vt dixi ibi in.j.oppoſitio.vel dic ſic. Vitium erronis, & fugitiui non cadit in iumentis, ſed tantum in ſeruis. hoc dicit. vel ſic. licet iumenta errent, vel fugiant non. tamen propter hoc poteſt agi redibitoria, ſecus ſi iumenta eſſent purida, & ſine cauſa turbarentur, vt eſt textus,in l.bouem. in. §.primo. ſupra eodem. & ibi dixi,hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 *Ludos aſsiduè ſpectare,picturas ſtudioſè intueri mendacium dicere, & ſimilia animi, non corporis ſunt vitia.*

2 *Redibitoria actio non competit pro animi vitijs,ſed actio ex empto ſic.*
*Et an indiſtinctè ſit verum quòd pro animi vitijs detur actio ex empto vide nu.ſeq.*

1. ANIMI POTIVS.
1 †Vitium animi eſt,& nõ corporis, ludos aſsiduè ſpectare, tabulas pictas ſtudioſè intueri, & mendax eſſe, & ſimilia vitia.h.d. In text.
2 ibi animi potius ſubaudi,& ſic † pro iſtis vitiis non competit actio redibitoria, ſed actio ex empto ſic, vt eſt caſus. in.l.ob quæ vitia. in prin.ſ.eod.In tex. ibi aſsiduè quomodo hoc verbum capiatur,dic vt dixi. in.l.quòd ſi nolit.§. quia aſsidua.ſuper tex.ſupra eo. Ibi aut ſimilibus viciis, puta quia ſit litigioſus, aut importunus, aut aleator vel vinarius,vt.d.l.ob quæ vitia.in prin.in
3 ver.item aleatoris.ſupra eo. †Quæro quia dixi, quòd pro talibus animi vitiis datur actio ex empto, an iſtud ſit verum indiſtinctè,ego credo quòd fortè non haberet locum in ſeruis pueris, qui communiter ſtant libenter ad videndum ludere, & ſic eſt commune vitium ipſorum.ergo arg.l.Iulianus.in.§. item qui furem. ſupra de actio.empti. Vnde ex iſto capite ex eo quòd ſtaret communiter ad videndum ludos, credo quòd non poteſt agi etiam actione ex empto contra venditorẽ,& ſic iſtum text.dum dicit ludos aſsiduè intelligo in illis qui non ſunt pueri, & in ludis theatralibus,vel ſimilibus,nõ autem in ludis puerorum.

Bartholomæus Cepolla
de Verona.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Morbus ſonticus dicitur ille,qui eſt perpetuus,& nocet.*
*Et an hoc ſit indiſtinctè verum, quòd noceat. numero ſeq.*

1 QVOTIENS. † Morbus ſonticus dicitur ille, qui eſt perpetuus, & nocet & ille qui incidit in hominem, poſtquàm ſanatus eſt.h.d.concordat.l.morbus ſonticus. ff.de verbo.ſigni.vbi vide de iſto morbo ſoutico,& vide per Alb.de roſa. in alphabeto, in verbo morbus ſonti-
2 cus. †Opp.contra iſtum tex.qui dicit quòd ille morbus dicitur nocere, qui eſt perpetuus, non qui tempore finitur,nam hoc non eſt verum, quia ita nocet ille morbus, qui durat tempore, ſicut ille qui eſt perpetuus huius timore glo. hic in verbo finiatur ſoluit tribus modis,primo quòd debemus intelligere de perpetuo, id eſt de illo morbo qui durat quouſque agatur actione redibitoria,& finiatur iudiciũ, aliàs enim ſi finiretur morbus antè, non diceretur morbus ſufficiens,hanc ſolutionem no. bene, quia hic eſt caſus ſecũdum iſtam glo.in prin.illius.q.quem dixi vobis in l.actioni. in.ij.q. ſ.eod.ſcilicet quòd ſi emi rem morboſam, & pendente iudicio efficiatur ſana, quòd non poteſt ſequi cõdemnatio,imò emptor venit abſoluendus. Secus ſi poſt latam ſententiam efficiatur ſana vt dixi.in.ij.&.iij. q.vbi omnino vide, & iſta ſolut.eſt vera. Secundò glo.ſoluit quòd debeamus hic ſubaudire verbum tantũ quaſi

dicat, non tantum ille morbus dicitur
nocere, qui tempore finitur, ſed etiam
ille qui eſt perpetuus. Iſta ſolutio non
eſt bona quia diuinat, & deſtruit textũ
ſubaudiendo tantum. Prætereà non eſt
bona, quia innuit quòd maior ſit dubi-
tatio de eo morbo qui ſit perpetuus,
quam de eo qui ſit temporalis quod eſt
falſum. Vnde tertiò glo. ſoluit, quòd
hic Iuriſconſultus non intendit decla-
rare quis ſit ille morbus, qui noceat, ſed
intendit declarare, quis ſit morbus ſon-
ticus, & dicit quòd ille qui eſt perpe-
tuus, non temporalis, & iſta etiam po-
teſt eſſe bona ſolutio, ſed prima eſt ma-
gis nota. Bartholomæus Cepolla de
Verona Iuris vtriuſque Doct.

SVMMARIVM.

1 ☞ *Seruus nouitius & veteranus dicitur non ex tempore ſeruiendi, ſed à qualitate ſeruiendi.*
2 *Tiro nouus miles dicitur.*
3 *Nouitij dicuntur, qui faciunt actus nouitiorũ, ſicut & profeßi dicuntur qui faciunt actus profeſſorum, etiam ante profeßionem.*
4 *Tempora diſcontinua, an idem præſtent, quod continua, vt ſi veteranus dicatur qui ſeruiuit per anonum, an ſufficiat illum ſeruiuiſſe ſex menſibus, & poſt aliquot tempora alios ſex menſes ſeruiuiſſe.*
5 *Autoris in titulum de ædilitio edicto peroratio.*

§.
1 SERVVS, † Seruus
nouitius & veteranus
dicitur non ex tempore
ſeruiendi, ſed à qualita-
te ſeruiendi. h. d. In
tex. ibi tirocinio animi,
2 id eſt, quia ſit nouus in ſeruiẽdo, † nam
tiro nouus miles dicitur, vt. C. de tiro-
nibus. lib. xj. & nouus aduocatus, vt. l.
prouidendum. C. de poſtula. ſecundum
Alb. Ibi, ſed conditione ſeruitutis. i.
à qualitate ſeruiendi, in aliquo ſimpli-
ci, & bono miſterio. No. argu. ſecun-
3 dum Bald. † quòd dicantur nouitii, qui
faciunt actus nouitiorũ. & profeſsi di-
cuntur, qui faciunt actus profeſſorum,
etiam ante profeſsionem. Oppo. cõ-
tra iſtum tex. & imò videtur quòd illi
dicantur nouitii, qui minus anno ſerui-
uerũt, veterani, qui anno vt. l. fi. §. quo-
tiens. ff. de publi. glo. timore huius con-
trarii, dicit quòd tribus modis quis di-
citur nouitius, vel veteranus vno mo-
do hic ex genere à qualitate officii, ſe-
cundò ex tempore anni, vt ibi. Ter-
tiò ex antiquitate temporis, vt. l. præci-
piunt ædiles. ſupra eo. de quo dic vt ibi
dixi, in vlt. notab. Oppo. ſecundò de
§. fin. Inſti. de iure perſonarum. Solu. vt
in gl. hic magna. in fi. quia bene ſoluit,
& ita etiam ſoluit Bart. in. l. & ſeruorũ.
ſupra de ſtatu homi. Quæro quia di-
xi quòd ille dicitur aliquando vetera-
4 nus qui ſeruiuit anno. † Modo pone
quòd aliquis ſeruiuit ſex menſibus, de-
inde interpoſito aliquo tempore ſerui-
uit poſteà ſex aliis menſibus, an iſte di-
catur ſeruiuiſſe anno, ita quòd non ſit
amplius nouitius, ſed veteranus? dic vt
per Guliel. de cun. in. l. necnon. in. §. ſi
quis. ſ. ex quib. cau. maio. & per Bart. in
l. ſi negocia. in prin. ſuprà de neg. geſt.
& per Bart. plenius in. l. fi. in. §. quotiẽs.
ff. de publ. facit. l. vbi fideiuſſor. & quod
ibi not. Bar. ff. de ſolut. & quod no. Bar.
in. l. ij. in fi. ff. de condi. inſti. & quod no.
per

per Angel. in.l.quotiens in ſtipu.ff.de verbo.oblig.& per Ang.de peru.Raph. & An.de Ar.plenè in.l.ſi hi qui ſeparatim.in.§.j.ff.de appellat.& quod not.in l.ſi idem cum eodem.in prin.de iuriſd. omn.iudic. Cætera quantum ad iſtam materiam nouitiorum,& veteranorum vide quæ dixi in.d.l.prçcipiunt ædiles. ſupra eo. Barth.Cepo.de Vero.Iuris vtriuſque Doctor Paduæ publicè legens. Laus Deo. Finis.

5 †Quia cunctis in rebus proſpere, ac fœliciter peractis, ſolent ingentes gratiæ ſummo Creatori noſtro referri, ideo ego Bartholomæus Cepolla de Verona Iuris vtriuſque Doctor in ſecundo anno mei doctoratus hic Paduæ publicè vobis legens iura ciuilia, poſtquam hunc titulum de ædi.ædic.ff. valde vtilem,& quotidianum,& per neminem plenè commentatum, quia communiter non legitur, niſi in diebus feſtiuis, quibus ordinariè non intratur, pleniſsimè vobis commẽtaui, ſummas gratias omnipotenti Deo in primis refero, ac deinde gratias ingẽtes ago Reuerendiſsimo in Chriſto patri,&.d.domino meo colendiſsimo Petro Donato de Venetiis,huius regiæ almæ ciuitatis antiſtiti digniſsimo,& huius Florentiſſimi ſtudii Paduani,& nunc in vrbe primarii cancellario bene merito, qui ex humanitate ſua clemẽtiſsima mihi hoc anno milleſimoquadricenteſimo quadrageſimoſexto ſtipẽdium, ſeu ſalarium de ſuis propriis fortunis, ac ſuo proprio motu mihi dare dignatus eſt.

Ego ſupradictus Bartholomæus Cepolla ſcripſi totũ iſtum titulum, vt ſupra manu mea propria in domo Paduæ, & dedi ſcholaribus Paduæ in ſcriptis legendo iſtum titulum ſolenniter,die,& milleſimo,vt ſuprà.

FINIS.

# INDEX QVATERNIONVM.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t v x y z
A B C D.

Omnes ſunt Quaterni.

# REPERTORIVM
## TVM AMPLISSIMVM, CVM ELEGANTISSIMVM

materiarum omnium, & rerum, quæ in doctiſsimis Commentarijs Do. Barthol. Cepolæ Veronenſis in titulum de ædilitio edicto. ff. nunc recens editis reperiuntur.

*

### De litera, A.


ACCESSORIVM quando exprimitur nomine proprio vel appellatiuo, an poſsit agi eodem modo, quo pro re principali agitur. nume. 12. fol. 131.

Acceſſorium aliquãdo facit redibere principale. nume. 13. fo. eo.

Acceſsiones omnes quas pro re empta emptor conſequitur venditione reſoluta venditori reſtituendæ ſunt. numero. 2. folio. 90.

Acceſsiones rei venditæ venditori pręſtare debet, qui redibitoria vult agere. numero. 6. folio. 109.

Accipitrem capiens, vel falconem quando expenſas repetat. nu. 4. fo. 107.

Accommodans famulos ſuos, an & quando teneatur de delicto. nu. 6. fo. 63.

Accuſatus aufugiens de carcere, an & quãdo puniatur, remiſsiuè. nu. 7. fo. 62.

Accuſatus nondum captus aufugiens, an habeatur pro confeſſo, & an in vinculis dicere cauſam teneatur. numero. 8. folio eodem.

Actio redibitoria & quãto minoris, an alio nomine appellentur. nume. 9. fo. 3.

Actionum ſunt propria nomina redibito-

ria,& quanto minoris prætoria,& in factum rectibitoria.nu.10.fo.eo.
Actio redibitoria quare ſic appelletur.numero.11.fol.eo.
Actio redibitoria quotuplex ſit ibidem.
Actio quanto minoris quando,& quomodo tranſmutatur in actionē redibitoriā numero.14.fol.4.
Actio quanto minoris an ſit vna tantum prætoria, an duæ. numero. 14. folio. eodem.
Actio quanto minoris quando cōtractum reſcindere faciat.nu.16.fo.eo.
Actio quanto minoris & redibitoria an ſint neceſſariò introductæ.numero .10. fol.eodem.
Actio redibitoria, actio quanto minoris, & actio in factum quomodo libellum formari deſiderent.numero.18.folio eodem.
Actiones per ędilitium edictum introductæ quot,& quæ ſint, & an ſint propria actionum nomina.nu.2.fo.5.
Actio redibitoria etiam locum habet in fundo habente herbas peſtiferas.numero.3.& numero.6.&.8.folio.5.&.6.
Actio redibitoria vtilis,vel quanto minoris,an & quando competat pro libro corrupto, ſeu vitioſo.numero.4. & numero.5.&.8.fo.5.&.6.
Actio vtilis redibitoria datur,quando liber eſt multum caducus ex vitio cartæ vel atramenti.numero.16.fol.7.&.8.
Actione redibitoria agi poteſt contra illum, qui promiſit ſcribere librum. & partem tantum ſcripſit. numero.8.folio.8.
Actio redibitoria competit etiam pro pannis fragidis.numero.20.fol.eo.
Actio redibitoria etiam pro rebus minimis competit.numero. vigeſimoprimo folio eodem.
Actio redibitoria & quanto minoris infra quantum tempus dentur,& proponi debeant.& poſsint.nume.1.fo.9.
Actio redibitoria datur venditori ad id, quod eſt factum deterius poſt venditionem,& ad acceſsiones,& fructus.nume. 4.folio.10.
Actio quanto minoris eſt proprium nomē actionis.nu.17.fo.14.
Actio redhibitoria an pro modico morbo, vel vitio impediente rei vſum competat.nu.34.fo.21.
Actione furti pro re minima agi poteſt.nume.116.fo.25.
Actio de dolo pro parua & minima quantitate non datur.nu.93.fo.24.
Actio quæ competat contra venditorem, qui animi vitium à corporis morbo proueniens non expreſsit.numero ſexto folio.29.
Actio quanto minoris ciuilis, & prætoria quo modo, & in quo differant.numero 8.folio.30.
Actio redhibitoria quando pro timiditate detur.nu.44.fo.34.
Actio redhibitoria datur pro vitio animi, à vitio corporis cauſato.n.7.fo.40.&.41.
Actiones ſuas remittentibus ad eas non datur amplius regreſſus.nu.1.fo.51.
Actione de dolo agi debet contra venditorem, qui pactus eſt ſe non teneri de vitiis vel morbo rei venditæ.nu.11.fol.53.
Actio noxalis pro publico iudicio non datur.nu.1.fo.75.
Actio ciuilis quando ex crimine publico oriatur.nu.2.fo.eo.
Actiones redhibitorię an ſint neceſſariò introductæ.nu.11.fo.81.&.82.

Actio quando oriatur ex pacto nudo.nume.10.fo.86.
Actio in factum redhibitoria quanto tempore duret,& quanto minoris.nu.1.2.& iij.fo. 03.
Actio indiuidua ex parte actoris,an ſit diuidua ex parte rei.nu.1.fo.114.
Actio quanto minoris bis intentari poteſt, ſi duplex eſt vitium in re vendita.numero.1.fol.119.
Actione eadem poteſt ſæpius agi,ex cauſa tamen diuerſa.nu.1.fo.120.
Actio in factum in multis locum habet nume.1.fo.eo.
Actio in factum redhibitoria an competat in redhibitione facta extra iudicium,& in iudicio.nu.7.fo.121.
Actio in factum redhibitoria,an concurrat cum alia.nu.8.fo.eo.
Actio in factum redhibitoria in quot,& in quibus caſibus redhibere volenti detur. nn.10.fo.eo.
Actionem non producit nuda conuentio in iudicio facta.nu. 4.fo.119.
Actio in factum redhibitoria an competat,ſi res vendita non ſit morboſa.num. 12.fo.130.
Actio quæ competit in caſibus.§.ſi quid ita de ædilitio edict.nu.13.fo.eo.
Actiones ſunt de iure ciuili,non de iure gentium.nu.9.fo.131.
Actione in factum redhibitoria agi poteſt ad tradendum ornamenta,& ad redhibendum ornamenta vitioſa, & durat ſexaginta diebus.numero quinto,& numero vndecimo.fo.139.& ſeq.
Actio redhibitoria quare inuenta.nume.9. folio.140.
Actio in factum redhibitoria prætoria vltra diex ſexaginta non durat.numero 14.fo.141.
Actio in factum redhibitoria an locum habeat cum venditor non pronuntiat denatione,& durat ſexaginta diebus.num. 14.fo.142.
Actio in factũ redhibitoria competit quando venditor non pronunciat de vitiis,licet animalia non ſint vitioſa.nume.16. fo.eodem.
Actio in factum redhibitoria datur contra tenentem animal in ea parte,qua vulgo iter ſit.nu.17.fo.eo.
Actio in factum redhibitoria pro iumentis vitioſis competit, & durat ſex menſes.nu.18.fo.eo.
Actio iſta redhibitoria an competat pro aliis rebus,quòd pro mancipiis.num.19. fo.eodem.
Actio ciuilis ex empto datur vbi vitium, vel morbus non reperitur, & non redhibitoria,quæ eſt prætoria.numero.10. folio.144.
Actio in factum redhibitoria vt competat pro vitio animi iumentorum,vitiũ non debet accidentale eſſe,ſed notabile.nume.1.fo.eo.
Actio quanto minoris prætoria quæ ſit.nume.3.fo.147.
Actio in factum redhibitoria datur contra tenentes vrſos,vel leones,& ſimiles feroces beſtias etiam ſi ligatę ſint in loco publico, quo vulgo iter ſit.numero.2.folio.148.
Actio in factum de pauperie an locum habeat in ædilitio edict.& quando actio in factum de pauperie locũ habeat.ibidem.nu.5.fo.eo.
Actio in factum redhibitoria an detur cõtra dominum canis,qui dedit damnum contra naturam ſui generis communis-

numero.6.nu.fo.eo.
Actio in factum redibitoria in quo differt ab actione legis aquiliæ de pauperie,& de paſtu pecoris.nu.7.fo.149.
